BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Andreä, Jacob, 1528-1590 / Andreä, Jacob, / Jeremias

Acta Et Scripta Theologorvm VVirtembergensivm, Et Patriarchae Constantinopolitani D. Hieremiae: quae vtriq[ue] ab Anno M.D.LXXVI. vsque ad Annum M.D.LXXXI. de Avgvstana Confessione inter se miserunt Graece & Latine ab ijsdem Theologis edita

Witebergae 1584

2 Polem. 152#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10150005-5
VD16 A 2491

ACTA ET SCRIPTA THEOLOGORVM VVIRTEMBERGENSIVM, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPO-litani D. HIEREMIAE:

quæ vtriq; ab Anno M. D. LXXVI. vſque ad Annum M. D. LXXXI. de AVGVSTANA CONFESSIONE inter ſe miſerunt:

Græcè & Latinè ab ijſdem Theologis edita.



VVITEBERGAE

In Officina Hæredum Johannis Cratonis,

ANNO M. D. LXXXIIII.

CONTENTA IN HOC LIBRO.

1. Præfatio Theologorum VVirtembergenſium ad Lectorem: in qua cauſa editionis horum Scriptorum redditur.

2. Epiſtolæ duæ, de Auguſtana Confeſsione ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, D. Hieremiam, miſſæ.

3. Auguſtana Confeſsio, Græcè & Latinè.

4. Primum Patriarchæ Conſtantinopolitani, D. Hieremiæ, Reſponſum ad Auguſtanam Confeſsionem: cum conuerſione Latina, ſicut & ſequentia.

5. Reſponſum Theologorum VVirtemberg. huic primo Reſponſo oppoſitum.

6. Secundum Patriarchæ Conſtantinopolit. D. Hieremiæ Reſponſum.

7. Reſponſum huic Secundo Reſponſo oppoſitum.

8. Tertium Patriarchæ Conſtantinopolit. D. Hieremiæ Reſponſum.

9. Reſponſum huic tertio Reſponſo oppoſitum.

10. Epiſtolæ aliquot: quarum vna, de compendio Theologiæ, Græcè ad Patriarcham Hieremiam miſſo: aliæ verò tres, ipſius Patriarchæ, compendio iam accepto, ſecundum Reſponſum promittentis.

THEOLOGI WIR-TEMBERGENSES pio Lectori. S.

EDIDIT HAVD ITA PRIDEM *Stanislaus Socolouius, ſereniſſimi Stephani Poloniæ Regis Theologus, Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Confeſſionem Auguſtanam, à nobis ipſi transmiſſam, reſponſum, furtim comparatum, (cenſuram Socolouius vocat) ex Græco in Latinam à ſe conuerſum linguam, qua fide, nihil moramur. Cui præfixit ad Pontificem Romanum Gregorium, eius nominis 13. præfationem valdè mordacem, odioſam, falſam, mendacem, virulentam, plenamq́; Sophiſtices & calumniarum: qua nos, noſtrasq́; Eccleſias petulanter, mendaciter, malitioſè & falſò coram toto mundo traducit, criminibusq́; atrociſſimis hæreſeos & Apoſtaſias intentatis onerat: quaſi deſerta Eccleſia Romana, nouum, & toti Eccleſiæ incognitum doctrinæ genus amplexi, ad Græcos confugere, nosq́; ab illis in communionem recipi (hæc enim ſunt ipſius verba) ſtudioſè petierimus, ipſosq́; iudices communis cauſæ conſtituiſſe vociferatur. Cùm igitur tàm ab his, quàm à Romanenſibus, quorum incredibilis ſit conſenſus, concordia ſumma, vt non eadem tantùm dicant omnes, ſed iiſdem penè verbis ſententia contra nos ſit lata: ideò non ſine cauſa nos cenſuram hanc ſuppreſſiſſe. Quare ſe hanc publicè legendam proponere, vt nos transfugas, nihil non contra Matrem noſtram molientes, nullamq́; nocendi partem relinquentes, proderet: deinde, quàm nos noſtræ nouitatis pudeat atq́; tædeat, quòd cum nulla Apoſtolica ſede coniuncti ſimus, quòd ſucceſſionem nullam demonſtrare poſſimus, quòd ἀκέφαλοι, hoc eſt, membra ſine capite, demonſtraret.*

Ad quæ ſingula accuſationis capita, conuitia & mendacia, ne crimina obiecta agnoſcere videamur, eaq́; noſtro probare ſilentio, reſpondendum, actaq́; integra & ſcripta vltrò citroq́; miſſa, edenda eſſe iudicauimus: vt non tàm verbis noſtris & oratione, calumnias & mendacia Poloni iſtius refutemus, quàm rebus ipſis, noſtram teſtatam faciamus innocentiam, cauſæq́; bonitatem demonſtremus.

ET *primùm quidem, quod ad hæreſeos crimen attinet, atrox hoc eſt & intolerabile. Sed non tàm facilè probatur, quàm intenditur. Videndum igitur initiò, quid ſit hæreſis: vnde facilè intelligetur, vtri nam ſint hæretici. Eſt autem hæreſis propriè, pertinax erroris alicuius, cum fundamento Religionis & doctrinæ Chriſtianæ pugnantis, propugnatio, nec velle credere, vbi etiam conuictus quis ex Verbi Dei vera & genuina ſententia fuerit. Quod igitur ad nos attinet, prorſus nihil pugnans cum ſacra Scriptura docemus. Sicut & hactenus nullo legitimo iudicio ex Scriptura ſacra, de vlla hæreſi ſumus conuicti. Et certi ſumus ex verbo Dei, nullius etiam in omnem æternitatem conuinci nos poſſe, etiamſi omnibus viribus coniunctis, Synagoga Pontificia, aſſeclæ & Paraſiti, Rabulæ, Sophiſtæ, Eſauitæ omnes, multis magnis clamoribus & ſcriptis multiplicibus id ſummo conentur ſtudio: fruſtrà tamen laborabunt. Nam quod ad conciliabulum Tridentinum attinet, nihili illud facimus, & floccipendimus: quòd ipſummet palpabiles tetros & horrendos propugnet errores. Quod à noſtris ad oculum copioſè eſt demonſtratum. Et iure optimo in Pontificios hoc retorquere poſſumus, cuius nos reos agunt: cùm Patroni ſint errorum ſtupendorum, craſſiſſimorum & turpiſſimorum, quos enumerare tantùm ſingulos, nimis foret prolixum: cùm numerum excedant SEPTINGENARIVM, vt à noſtris eſt annotatum.*

Quin etiam veteres quasdam hæreſes, iam olim totius Eccleſiæ iudicio & conſenſu publicè damnatas, è cineribus eruerunt.

Cum Ebionæis: ad ſalutem, ſolam Chriſti fidem, ſufficere negant: cuſtodiendam enim etiam Legis obſeruantiam, docentes.

Hiſt.Eccleſ. Euſeb.lib.3, cap.27.

Cum Valentinianis hæreticis, ingentem diuorum, diuarumq́ turbam excogitârunt. Quatuordecim quoq́ Opitulatores in neceſſitatibus, inter quos officia diſtribuerunt. Quem ad modum etiam Romanenſes Epiſcopi, Ethnico planè more, templum Idolatricum, quòd πανθεῶν dicebatur, tantùm mutato nomine, ſed retenta eadem Idolomania, D. virgini, tanquam Deûm magnæ matri, & omnibus ſanctis conſecrauerunt.

Concilij Trid.ſeſſ.6. Canone 12. Iren. lib. 1.

Sicut Collyridianorum quoq́ hæreſin, qua mulieres in nomen & honorem ſemper virginis Mariæ, placentas obtulerunt: quod rectiſſimè vanitatem, impium, nefarium & blaſphemum Epiphanius à prædicatione S.S. alienum, totum Diabolicum opus, & Spiritus immundi doctrinam vocat: Pontificiam Romanam Eccleſiam ex orco reuocâſſe, res ipſa loquitur. Teſtantur id vota eidem nuncupata, & Anathemata paſſim in omnibus Templis ipſi dicatis, ſuſpenſa. Similiter, Tituli quoq́, Epitheta, & cultus, ipſi exhibita, quibus maximè eſt illa occupata.

Epiphanius

A Montano, Encratitis, Tacianis & Manichæis, Romanenſes didicerunt leges ieiuniorum indicere: prohibere & ſoluere coniugium, diuinitus inſtitutum, & honorabile in omnibus, vt non hæreticos tantùm & Antichriſtianos ſe eſſe declarent: verùm etiam Dæmoniorum doctrinas proponere, manifeſtum facerent omnibus.

1. Tim. 4.

Pelagianorum hæreſes multiplices, pleraſq́ retinent, & tanquam pro aris & focis pugnant pro eis: concupiſcentiam non eſſe peccatum, quia naturalis. Hominem liberum habere Arbitrium etiam in ſpiritualibus. Gratiam ſecundum meritum dari. Hominem ſuis naturalibus viribus Legem poſſe implere. Per Legem, eiusq́ obſeruationem eſſe iuſtitiam. Patriarchas lege naturæ, Iſraëlitas Moſis, ſub gratia Chriſtianos, Legis nouæ obſeruatione ſaluatos, aſſerunt.

Vt interim alias taceamus ipſorum veteres & nouas hæreſes: cùm ſentina & colluuies ſit Papatus omnium errorum. Iudicet iam totus orbis Chriſtianus, iudicent omnes cordati, pij, boni, docti pariter & indocti, an ne ouum ouo ſit ſimilius, quàm Pontificij hæreticis veteribus.

Parciùs itaq́ nobis hæreticos obijcere meminerint Papæ mancipia, millies ipſi hæretici, ſeq́ in propoſito hoc contemplentur ſpeculo, tùm, quanta ſit ipſorum, apparebit, deformitas, & turpitudo, niſi quòd frontem habeant meretricis, erubeſcere neſcientes.

Defectio.

Defectionem porrò à Romana Pontificia Eccleſia, imò vt Rhetor amplificat, ab ipſo terrarum orbe, omnibusq́ Eccleſiis, quod nobis obijcit: Sciat Polonus iſte, & diſcat, ſi ignorat: non omnem defectionem vitio eſſe vertendam hominibus. Quoties enim Deus populum ſuum per Prophetas ſuos hortatus eſt, vt auerterent ſe à vijs ſuis peſſimis, quas à ſuis maioribus peſſimis didicerant, ſimiliter & ab Idolis & contaminationibus ſuis.

Et an non Saluator ipſe ſuos omnes diſcipulos hortatus eſt, vt ſibi caueant à Pſeudoprophetis? Apoſtolus canes & lupos monet cauendos. Ioannes in ſua Apocalypſi hortatur Eccleſiam, vt exeat à Babylone, (quam Hieronymus Romam intelligendam docet) ne plagarum eius fiat particeps. Et nunquid Apoſtoli Chriſti quoq́ à Pontificibus, qui in legitima erant & ordinaria ſucceſſione, defecerunt? Et rectè ac laudabiliter fecerunt.

Babylon Roma.

Damnata verò eſt Apoſtaſia, cùm à Deo agnito, verboq́ eius, religione ſyncera, & cultibus diuinitùs inſtitutis, adeoq́ à vera Chriſti Eccleſia, homines turpiter, vel ſpe emolumentorum & dignitatum, aut metu periculorum fracti, alijs'ue de cauſis, errore, leuitate, &, iudicij imbecillitate moti, deficiunt: ſeq́ publica profeſſione alij ſectæ, quæ vera Dei Eccleſia non eſt, coniungunt.

Nos verò Euangelij confeſſores, qui Auguſtanam amplectimur confeſſionem, Cæſari Carolo V. Anno 30. exhibitam, minimè vel à Deo, eiusq́ verbo, vel Catholica Chriſti Eccleſia, ſed à Pontificia Romanenſi & Antichriſtiana defecimus Synagoga: quod magna voce, plenoq́ ore profitemur libenter, idipſum dicturi, quoties iſti audire volent.

Eiusq́

Eiusq́; rei cauſas habuimus grauiſsimas. Quòd doctrinæ genus excogitârit, & ſonet illa, diuerſum & alienum à Prophetica & Apoſtolica ſcriptura, cùm docet: Quemlibet actum charitatis abſolutè mereri vitam æternam: virginitatem, maximam eſſe peccatorum ſatisfactionem & meritum vitæ æternæ: Miſſam Theatricam Pontificiam, ſacrificium eſſe pro peccatis viuorum & mortuorum, verè propitiatorium. His aſſuunt ieiunia ſua, preculas, peregrinationes ad Diuorum memorias & reliquias, quibus ſe pro peccatis ſatisfacere docent, indulgentias Papales, ad adorationem imaginum & ſtatuarum datas: Inuocationem mortuorum hominum: Ordines Monaſticos innumeros, Regulas & vota hominum otioſorum & ignauorum, qui tanquam fuci, mella, prætextu longarum precum, deuorant domos viduarum: ſicut Chriſtus de Phariſæis loquitur. Cùm verò ex verbo Dei hæc ſua nequaquam probare poſsint, errores ſuos blaſphemia palliare & tegere conantur, & in Scripturæ accuſationem conuerſi, imperfectam, obſcuram, incertam, dubiam, ambiguam, materiam litis, adeoq́; librum hæreſeωn appellant, vt olim hæretici: & ad Traditiones humanas confugiunt, eaſq́; Scripturæ ſacræ æquant, parem illis ad pietatem vim tribuentes: quòd ex illis faciliùs, quàm ex hac, ſua probare poſsint. Ideoq́; longè eas huic præferunt, pleniores ac planiores illas eſſe aſſerentes: hacq́; ſua doctrina Pontificij, cæci cæcorum duces, miſeros homines ſecum in exitium & barathrum inferni adducunt.

Thomas.
F. Petrus à Soto in ſua Catholica Eccleſiæ confeſſione.
Conciliabulum Trid.

Adhæc pios verbi Dei confeſſores perſequitur Romana Synagoga, vbicunq; locorum poteſt, per ſuos carnifices, inquiſitores, hæreticos prauiſsimos. Damnat Verbum Dei petulanter: probat libidines vagas IN PRAECIPVIS MEMBRIS, quæ exemplaria pietatis & caſtitatis, ac typi fidelium eſſe debebant in Verbo & conuerſatione: Minùs peccare Sacerdotem ſcortantem, quàm coniugem habentem propriam, vociferantes, turpiſsimi Lenones, aliorum vxores & filias permolentes, adeoq́; ipſam damnantes conſuetudinem coniugalem, peſſimè ad hoc detorto & deprauato Scripturæ teſtimonio: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. &c.

Quæ cùm ita habeant, nemo pius & prudens nos Apoſtaſiæ verè arguere poterit, cùm nequaquam à vera Dei, ſed malignantium iſta & Antichriſti Eccleſia, exemplo Apoſtolorum diſceſſerimus: quam Spiritus S. odiſſe etiam, ab eaq́; exire mandant Chriſtus & Apoſtoli. Maximè cùm Romanus Pontifex, cum ſuis Eſauitis, totoq́; ſuo Regno, Apoſtata verus ille ſit, quem Apoſtolus venturum prædixit: qui à Deo, verbo eius, veritate, fide, & Eccleſia Chriſti, Antichriſtus ipſe, ſit defecturus, apertiſsimè eſt vaticinatus, in hæc ſcribens verba: Spiritus S. manifeſtè dicit, quia in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit. Quibus verbis diſertè & expreſſè Apoſtaſiæ mentionem facit, niſi venerit, inquiens, apoſtaſia. Et iterum: ἀποςήσονται, deficient à fide, & doctrinas Dæmoniorum proponent. Quò verò faciliùs agnoſci & caueri poſsint, notas addidit certas: Vna eſt, nuptiarum prohibitio: altera ciborum abſtinentia. Hæc in Pontificem Romanum quadrare qui non videt, talpa eſt cæcior, qui non palpat, leproſus eſt. Quòd enim ad Tacianos & Encratitas hæreticos transferunt: nugæ ſunt, & putidum figmentum. Non enim de perſonis certis loquitur, Sed de rebus ipſis, quas ſint prohibituri, & ita notas certas & infallibiles, quibus Apoſtatæ doctrinas dæmoniorum proponentium agnoſci poſsint, deſcripſit Apoſtolus. Quicunq; ergò has profitentur doctrinas, à Dæmonibus impulſi, à fide defecerunt, ſuntq́; Apoſtatæ. Vtcunq; ergò ſe torqueant Romanenſes, & in quaſcunq; ſe vertant formas, nomen & crimen Apoſtatarum non effugient.

1. Tim. 4

Adhæc, quòd Mataologus iſte, nos Nouum, & toti Eccleſiæ incognitum doctrinæ

genus amplexos conuiciatur, more ſuorum id facit: ignorantium, quid vetus aut nouum
Mar.1 *ſit. Hoc ipſum olim de Chriſto eiusq; doctrina Capernaitæ mirantes dicebant: Quænam doctrina hæc noua? Vetus non eſt, quod ſecula aliquot durauit, ſicut Miſſa Papiſtica, Inuocatio mortuorum, Purgatorium Platonicum & Poëticum, Monaſtice & ſimiles impietates Pontificiæ. De his enim omnibus in Scriptura ſacra altum eſt ſilentium, & ne gry quidem reperitur. Ideoq; noua hæc ſunt. Et in hoc ſenſu rectè dicitur: Vetera tranſierunt, & ecce noua facta ſunt omnia videlicet in Papatu. Vetus, imò vetuſtiſſima eſt, & omnium prima, quam nos profitemur, doctrina & Religio, cuius initium eſt à mundo con-*
Gen. 3. *dito, primùm à Deo in Paradyſo, de ſemine mulieris benedicto, contrituro caput ſerpentis,*
Ibidem. 12. *tradita: Poſtea repetita ad Abraham, quòd in ſemine eius benedicendæ eſſent omnes fa-*
Gal.3 *miliæ terræ. Hoc ſemen eſt Chriſtus, cui teſtimonium perhibent omnes Prophetæ, remiſ-*
Act.10 *ſionem peccatorum accipere, per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Hæc doctrina & fides fuit omnium Patriarcharum & Prophetarum. Hæc fides & doctrina fuit Apoſtolorum, quam Petrus in Concilio Apoſtolorum, ſua ſententia eſt profeſſus: Quid inquiens, tentatis Deum, imponentes iugum (Legis ſcilicet) ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; nos, neq; Patres noſtri portare potuimus vnquam? Sed in nomine Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.*

Hæc eadem noſtra quoq; eſt fides & religio, & non alia. Cætera quod attinet, noui apud nos prorſus eſt nihil. Non enim noua habemus aut excogitauimus Biblia, ſed vetera illa, quæ vniuerſalis omnium temporum, & Catholica agnouit & retinet Eccleſia, ambabus amplectimur manibus. Neq; alium Baptiſmum habemus, niſi à Chriſto inſtitutum, abiectis tantùm ijs, quæ ab hominibus ocioſis ſunt addita, nihil ad rem facientia, quibusq; magis deformatur, quàm ornatur Baptiſmi Sacramentum. Nec aliam, quàm eam, quæ à Chriſto eſt inſtituta, Cœnam, vulgò Euchariſtiam dictam, in noſtris celebramus Eccleſiis, eamq; integram, quam ſe, hoc modo, à Domino accepiſſe, Eccleſiæq; Corinthiorum tradidiſſe, Apoſtolus teſtatur: mutatione, mutilatione & prophanatione ad Miſſas ſacrilegas, ex noſtris Eccleſiis exploſis. Nec mortuos homines, qui nec audire, nec iuuare poſſunt, contra verbi Dei ſententiam, inuocamus: ſed Deum Patrem, per Chriſtum, in Spiritu & veritate, ſicut à Saluatore noſtro ſumus edocti. Symbola vſitata Eccleſiæ, Apoſtolorum, Nicænum & Athanaſij, ſanctè cuſtodimus. Similiter & claues Regni cœlorum Eccleſiæ datas, & ſi quæ alia ſunt huiusmodi.

Hæc igitur verè Catholica eſt fides, doctrina & Religio, in qua nihil eſt noui: quam agnoſcimus, amplectimur & profitemur, quam etiam nobiscum amplexi ſunt & profeſſi omnes, quicunq; hinc à condito Mundo vixêre, & ſaluati ſunt. Non eſt enim aliud nomen ſub cœlo, (inquit iterum Petrus) in quo oportet nos ſaluari, niſi in nomine Ieſu. Nec eſt
Act.4 *in alio quoquam ſalus &c. Quòd ſi hanc noſtram doctrinam, fidem, & religionem veterem, quam iſti nouam, ſibiq; incognitam, quæ eadem eſt cum Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, Pontificij non ipſi quoq; nobiscum agnouerint, ſed nouam eſſe vociferabuntur & damnabunt: non habebunt partem in Regno Dei, ſed in æternum peribunt.*

Præterea, quòd calumniatur Sycophanta Polonus, nos Græcos elegiſſe, & communis cauſæ iudices conſtituiſſe, ad eosq; prouocâſſe: vtq;, quoniam ab Occidentali defecerimus, in communionem Orientalis Eccleſiæ, à Patriarcha Conſtantinopolitano reciperemur, ſtudiosè petijſſe: pura puta ſunt Poloni mendacia, ab ipſo ad prægrauandas noſtras Eccleſias hac calumnia, conficta. A ſyncera ſcilicet & incorrupta doctrina cœleſti, & religione vera, ad doctrinas & traditiones humanas, à veritate ad falſitatem & figmenta, à luce ad tenebras nos recipiemus? Hoc quid magis furioſum?

Et ſciat

Et ſciat homo iſte, per Dei gratiam non ita acciſas, attenuatas aut in anguſtum adeò redactas noſtras copias, nec ita nos inopes conſilij aut fluctuari animis: ad defenſionem noſtræ veræ & ſynceræ doctrinæ, & Religionis, quam profitemur, & Dei beneficio contra portas infernales, furores Diabolorum, & totius Mundi potentiam propugnamus: alieno vt nobis opus ſit auxilio, AVT MILITE EXTRANEO SVBSIDIARIO, QVEM EX PEREGRINIS ADVOCEMVS LOCIS, QVO MVNITI, TVTI SIMVS ADVERSVS INSVLTVS HOSTILES: NEDVM, VT TANQVAM VICTI, PROSTRATI AC FVGATI, NOS MISERIS VICTIS SVBIICIAMVS. Quis hîc vanitatem, vertiginem, imò ſtuporem mentis in homine, qui ſibi ſapere videtur, & eruditionis perſuaſione inflatus, hæc, quòd ad ſummum ſuæ Eccleſiæ caput, & Chriſti in terris, ſi Dijs placet, vicarium, audet perſcribere, non miretur? Cumq́; à Græco Monacho copiam cenſuræ Patriarchicæ de Confeſſione Auguſtana ſibi communicari petierit Socolouius: cur non pari ratione, reſponſi etiam noſtri ad illam cenſuram? cur non Epiſtolam, à quodam noſtrûm ad Patriarcham, cum qua miſſa eſt confeſſio Eccleſiarum noſtrarum communis, exhiberi ſibi petijt? Ex quibus, ſi veritate tantùm hiſtoriæ delectaretur Polonus, rem omnem certiùs potuiſſet cognoſcere. Et vt videat, nos nihil diſſimulare, verba ipſa, ex iſta Epiſtola noſtratis, cùm ipſa Confeſſione miſſa, adſcribere nos minimè pudet, quæ hæc ſunt: Deinde libellum quendam mitto, fidei noſtræ totius capita continentem, vt Sanctitas tua videat, quænam ſit Religio noſtra, & num cum doctrina Eccleſiarum Sanctitatis tuæ conſentiamus: an verò aliquid fortaſſe diſſentiat, quod ſanè nollem. Vbi hîc, Socoloui, nos in communionem recipi ſtudioſè petimus? quæ tua ſunt, ſuperbiſſime, commenta: cum vnius hominis Epiſtola ſit perbreuis, qua is fidei noſtræ confeſſionem mittit Patriarchæ, non vt iudicem Patriarcham communis cauſæ conſtituat: ſed vt videat, num eadē ſit ipſius, quæ & noſtra Religio, & quatenus conueniat inter nos, num (vt verba habent) conſentiamus vel diſſentiamus, vbi hîc nos eius ſubijcimus iudicio, vt hoc ſtemus & cadamus? Quòd enim Patriarchæ Conſtantinopolitano eos titulos in noſtris ſcriptis tribuimus, quos illi alij etiam tribuere ſolent, id ciuilitatis fuit: quam Socolouius (ſi aliquid ſani cerebri haberet) non calumniari, ſed commendare in nobis debebat. Neq; enim is, qui modeſtè & humiliter ſeſe erga alios gerit, propterea ſe, & ſua, ipſorum iudicio, ita, vt eo ſtare & cadere velit, ſubmittit. Quòd igitur Auguſtanam noſtram Confeſſionem Patriarchæ iudicio ſubiecerimus, tua ſunt, Socoloui, ſomnia, figmenta, mendacia. Credo, (ſcripſit idem Author, in alia quadam ad eundem Epiſtola, de eodem) in fundamento doctrinæ de Chriſto, & ſaluatâ fide nos omnino conſentire: Quod charitatis eſt, quæ, ſecundum Apoſtolum, omnia credit. Sed quid hæc ad Socolouij narrationes & inſtitutum? Tantum igitur abeſt, vt ad Græcos tranſire cupierimus, vt ipſos magis ad nos perducere ſimus conati. Et quod olim Dominus Ieremiæ Prophetæ ſuo dixit, eumq́; conſolatus eſt: Conuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eos: id ſibi omnes Pontificij, ſiue Orientales, ſiue Occidentales, dictum putent: nos nempe, nunquam abiectâ, (quam ex verbo Dei didicimus) religione, ad ipſos acceſſuros, etiamſi fractus illabatur orbis. Si verò æternæ animarum ſuarum ſaluti conſultum iſti cupiant, neceſſe eſt eos ad nos accedere, noſtramq́; amplecti doctrinam, aut in æternum peribunt.

Nequaquam igitur hoc conſilio communis Electorum, Principum & Ordinum Imperij reliquorum Confeſſio, quam olim Imperatori Carolo V. inuictiſſimo, noſtri exhibuerunt maiores, ad Græcos eſt ab vno noſtrûm, hoc conſilio tranſmiſſa, vt Iudices conſtitueremus ipſos, aut vt nos in ſuam reciperent communionem, (quod Polonus ſcribit, ſed mendaciter) ſtudioſè petijmus. Hoc enim etiam in vnius non fuiſſet poteſtate hominis: ſed quia Pontificij nos, noſtramq́; diffamant, ſuis clamoribus, calumnijsq́; Religionem, eamq́; ſuſpectam reddere conantur paſſim, calumnia nouitatis excogitata

& ſparſa: vt hoc nos purgaremus crimine, Auguſtanam Confeſsionem, tanquam fidei noſtræ compendium, in Orientem mittere voluimus: præſertim, cùm ad nos inde perſcriptum eſſet paſsim Conſtantinopoli Lutheranos diffamatos eſſe, quaſi nullam Religionem curarent, horrendos errores defenderent, & ſceleratè atq; flagitioſè, abſq; vllo Dei timore viuerent. Deinde eam etiam ob cauſam cum Græcis de Religione conferre voluimus, quia nos noſtræ Confeſsionis & fidei non pudet, nec de doctrina dubitamus: noluimus eam ſub modio abſcondere: ſed quia in Græcam linguam antea conuerſa fuerat, & nacti ſumus occaſionem, miſſo ex noſtra Schola vno pio, & docto Magiſtro tùm, Stephano Gerlachio, Græcæ linguæ perito, vt eſſet à Sacris, Cæſareæ Maieſtatis Oratori, Generoſo Domino Dauidi Vngnad: quò ad plures perueniret Chriſti odor gratus, noluimus eam negligere: ſed omninò mittendam eſſe, viſum eſt, ſi quo modo per gratiam Dei & operatione Spiritus S. oculi cæcutientium, hoc modo & medio aperirentur, vt erroribus vſitatis aliquot ſeculorum agnitis, eisdem valedicentes, ad veritatis agnitionem peruenirent: deinde etiam agnitam veritatem profitentes, ſecum alias plures, vt fieri ſolet, ad Regnum Chriſti perducerent. Credidi, (cecinit olim diuinus Pſaltes) propterea loquor. Et hæc natura eſt, hoc ingenium fidei, vt, ſicut bonum (quemadmodum veteres locuti ſunt) communicatiuum eſt ſui, ita ipſa quoq; ſe continere nequeat: verùm in omnes occaſiones intenta eſt, vt, quam agnouit veritatis viam, alijs quoq; monſtrare cupiat. Quod & Apoſtolis iniunctum à Chriſto fuit: & ſtudioſè hoc egerunt ipſi. Quis ergò nobis vitio vertet, quòd lucernam verbi Dei non ſub modium abſcondimus, ſed ſuper candelabrum collocauimus, eamq; lucere voluimus in Oriente; Hoccine tantum eſt flagitium, tamq; horrendum peccatum?

Non ergò eſt, quòd tantoperè triumphet Socolouius, qui inter cauſas æditionis reſponſi Patriarchici, primam hanc numerat: vt nos ſcilicet proderet, noſtras artes detegeret, nocendiq; ſtudium oſtenderet, qui, cùm contra nos lata ſit ſententia, cenſuram iſtam, quam ipſe ita vocat, ſuppreſſerimus. Nihil enim apud nos arcanum: & facilè non modò diuinare potuimus, non intra parietes, aut in occulto reſeruatum iri hæc ſcripta: ſed etiam ſedulò hoc egimus, quantum potuimus omni ſtudio, vt paſsim in tota Græcia euulgarentur, quæ vltrò citroq; ſunt ſcripta. Horum enim, vt ſuprà meminimus, nos neq; pudet, neq; pœnitet Socoloui, vt ſcias. Quid tibi vis amplius?

Quòd verò hactenus ſcriptum hoc Patriarchæ non publicauimus: factum eſt partim, vt parceremus ipſi, quòd tùm in ſummo verſaretur periculo, (ſicut & de gradu dignitatis ſuæ, ad tempus, fuit deiectus) ne illi maius ex æditione iſta crearetur periculum: partim, quòd nullum admodum ex iſta æditione ad Eccleſiam Chriſti vtilitatem peruenturam ſperare poſſemus: cùm alia extent plurima, ac meliora ſcripta, & malorum aliàs plus ſatis ſit.

Iam verò cùm tanta, tamq; multa, à vobis contra nos, totamq; cauſam ſpargantur mendacia & calumniæ, ea vt depellamus à nobis, req; ipſa potiùs, quàm verbis refutemus, viſum eſt, omnia ſcripta, vltrò citroq; miſſa euulgare, vt omnibus, quantum quidem in nobis eſt, ſatisfaceremus.

Secunda cauſa Socolouij eſt, propter quam cenſuram hanc ædiderit: Deinde, inquit, vt quantum eos ipſos huius ſuæ nouitatis pudeat atq; tædeat: quòd cum nulla Apoſtolica, veteriq; ſede coniuncti ſint: quòd ſucceſsionem nullam demonſtrare poſsint: quòd ἀκέφαλοι, hoc eſt, membra ſine capite, mutila ſint, vel ex hoc ipſorum facto demonſtrem.

Inſcitiam'ne rerum ſacrarum, in iſto Paraſita, qui linguam ſuam venalem, tàm turpiter Rom. Pontifici proſtituit: an verò leuitatem miremur, dubium eſt. Quid enim, per Deum immortalem, de noſtro cum Apoſtolicis veteribus Eccleſiis diſsidio, rabula impudentiſsime, mentiris? Nos certè non ſolùm ad has, ſed etiam omnium temporum vniuerſalem Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum

Eccleſias

Calumnia in Luth.

NB

Eccleſias prouocare non dubitamus: cum quibus nos coniunctiſsimos eſſe, luculenter ſuprà, ex ipſa ſcriptura Prophetica & Apoſtolica eſt demonſtratum: tantùm abeſt, vt nos noſtræ religionis, quam nouam eſſe conuiciatur, cuiusq́; contrarium à nobis eſt probatum, pigeat vel tædeat.

Similiter, quod ad ſucceſsionem attinet, non hæc in loco conſiſtit, in quo & canis ſedere poteſt: ſed in doctrina: quod & ex Hieronymo, & alijs ſcriptoribus Eccleſiaſticis diſcere poterat Polonus, ſi non opinionibus Pontificijs de loco faſcinatus eſſet. Quod vt videat, vnico hoc iam contenti erimus, quod Tertullianus, inter primos ſcriptores Eccleſiaſticos docet, veram Apoſtolorum ſucceſsionem in doctrinæ cognatione conſiſtere. Confingant, inquit, tale quid (de ſucceſsione perſonarum) hæretici: Quid enim illis poſt blaſphemiam illicitum? ſed etſi confinxerint, nihil promouebunt. Ipſa enim doctrina eorum, cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabit, non eſſe Apoſtoli alicuius authoris, neq; Apoſtolici. *Et poſt pauca: Ad hanc itaq́; formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis Authorem ſuum proferunt, vt multò poſteriores: quæ deniq́; quotidie inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minùs Apoſtolicæ deputantur, PRO CONSANGVINITATE DOCTRINAE.*

Tertull. lib. de præſcrip. aduerſus hæreticos.

Ἀκέφαλος porrò nos quòd blatero calumniatur, hoc eſt, abſq́; capite, quòd non agnoſcamus Antichriſtum Pontificem Rom. beſtiam iſtam, & meretricem Babylonicam, pro noſtro & Eccleſiæ capite: ſcelerate id facit, imò non abſq́; horrenda blaſphemia in Chriſtum, quem Deus Pater dedit caput SVPER OMNEM ECCLESIAM, quæ eſt corpus ipſius. Chriſtum, inquit Apoſtolus, Deus Pater dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius. Quærimus ex te, Socolouij, corporis, quod Chriſtum caput habet, membra, mutila ne ſint? Quòd ſi mutila ſunt, caput, quod eſt Chriſtus, aut mortuum eſt, aut languidum, aut non viuificans membra. Quod quàm impiè à te dicatur, nemo eſt, qui non videat. Ne vero dicas, triumphantis Eccleſiæ Chriſtum caput eſſe, Pontificem verò Romanum, militantis: vel hunc viſibile caput, & ſic vicarium Chriſti: auelles tu'ne caput à membris? Vicarius enim abſentis eſt, & mendacem facies Chriſtum dicentem: Ecce ego vobiſcum ſum, omnibus diebus &c. aut Eccleſiam monſtrum biceps facies, quam nos non agnoſcimus, contenti vno capite, Chriſto, & ſic nequaquam ἀκέφαλοι, quamdiu nobiſcum Chriſtus eſt. Vobis verò, quibus hoc non ſufficit caput à Deo Patre datum, per nos ſanè licet, corpori veſtro caput iungere Aſininum, *quale monſtrum in Tiberi vicina Romæ, noſtra eſt memoria repertum, cui nomen indiderunt,* papaſellus.

Eph. 1. 4. 5.

Pergamus ad tertiam æditionis cauſam Socolouij. Demùm, inquit, vt, quàm ſit vtriusq́; Eccleſiæ, Occidentalis, & Orientalis, de iſtis rebus, quas iſti ex ſua ſede commouerunt, incredibilis conſenſus, ſumma concordia, vt non eadem dicamus tantùm omnes, ſed ijſdem penè verbis, etiam omnibus clarum fiat.

Vtiq́; mi homo, incredibilis inter vos eſt conſenſus. Verum hoc dicis: quia nemo hominum hoc credit, cùm eius contrarium conſtet, & res loquatur ipſa. Quod, vt manifeſtum fiat omnibus, exemplis quibusdam ob oculos poſitis, planum faciemus. Etſi autem, quod ad confeſsionem auricularem, quam vocant, attinet, omniumq́; peccatorum enumerationem, bellè tam conueniat inter Græcos & Latinos: eo ipſo tamen hodierna Orientalis Eccleſia, à ſe ipſa, ſuisq́; maioribus diſsidet: à quibus illa propter ſtupratam quandam nobiliſsimam matronam in confeſsione, à Diacono, eſt abrogata. Et in iure Canonico gloſſa: Ergò neceſſaria eſt confeſsio in mortalibus apud nos, apud Græcos non: quia non emanauit apud illos talis traditio.

Hiſt. Tripartita lib. 9. cap. 35.

De pœnit. diſt. 5. ca. 1.

Sed

Sed vt vanitas Sycophantæ iſtius impudentiſſimi appareat, incredibile dictu eſt, quanta ſit inter Orientales & Occidentales, diſſenſio, quod vel ex ipſomet reſponſo Patriarchico, ad nos dato, perſpicuum eſt. Quod vt omnibus innoteſcat, verba Reſponſi Patriarchici ex translatione Socolouij, huc transſcribere viſum eſt, quæ hæc ſunt: Amplius autē Fol. 207. ad eos, quos dicitis (in confeſſione Auguſtana) abuſus, reſpondentes, dicimus: primùm, vtriusq; ſpeciei participes eſſe oportere omnes dicitis: & rectè quidem. Nam nos hoc idem, tremendis his myſterijs participantes, facimus: illi, inquam, qui his digni ſumus: præter id, quod non azymo, ſed in fermentato pane, panis ſpeciem accipimus. Secundum eſt, quod dicitis: Melius eſſe nubere, quàm vri, iuxta illud Pauli: Vnius vxoris virum, & reliqua, quæ Paulus in hoc genere præcipit: Proinde & nos illis Sacerdotibus, qui in virginitate perſiſtere non poſſunt, priusquàm tamen conſecrentur, & Sacerdotes fiant, vxores accipiendi poteſtatem damus. Deus enim matrimonium ſanxit. Illud item non ignoramus, turpitudinis germina multa ſuſcipi inter eos, qui Sacerdotes, vxores accipere, prohibent.

Quid, Socoloui, incredibilis'ne eſt inter vos Romanenſes, in his, & Orientales, conſenſus? concordia ſumma? Eadem'ne vos quoq; dicitis, & quidem ijſdem penè verbis? Quid tibi in mentem venit, bone vir, hæc cùm ſcriberes? An illorum es oblitus, quæ Patriarcha, te interprete, ſcripſit? Vbi os tuum illud impudens? vbi frons? Quis enim hominum eſt omnium, tàm ignarus rerum, imò væcors adeò, aut demens, qui ignoret, quid Romana Eccleſia de Euchariſtiæ inſtitutione à Chriſto facta, ſentiat & faciat? Hanc enim, vt hominis fortè inter pocula ebrij, aut ſtolidi reijciunt, pro ſuo libitu mutant, inuertunt, ex, OMNES, facientes, non omnes, Eccleſiæ altera parte ablata, & ſic mutilato Sacramento, Teſtamentum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti violant, ſcelerate. Homines pios & innocentes Teſtamentum Chriſti obſeruantes perſequuntur, exurunt, ſtrangulant, ſubmergunt &c. hac ſola de cauſa, quòd Teſtamentum Mediatoris ſanctè obſeruare cupiant. Interim verò negant, Chriſtum pro Laicis integrum inſtituiſſe, ſed tantum Sacerdotibus in Miſſa offerendum: cùm Apoſtolus ſub vtraq; ſpecie, vt vulgò loquuntur, ſe à Domino accepiſſe, quemadmodum tradiderit Eccleſiis Corinthiorum, non ſolis Miniſtris, teſtetur. Græci rectè nos facere, cùm vtriusq; ſpeciei participes eſſe oportere OMNES dicimus: ſe quoq; idem facere, affirmant. Vbi hîc incredibilis veſter conſenſus? vbi concordia ſumma? vbi eadem penè verba.

Præterea, idem'ne de Sacerdotum coniugio ſentitis, quod Orientales? qui Sacerdotibus, (vt verba ipſorum habent) qui in virginitate perſiſtere non poſſunt, priusquam conſecrentur, & Sacerdotes fiant, vxores accipiendi poteſtatem faciunt, coniugesq; & maritos Sacerdotes conſecrant.

Vos, ô ſceleratiſſimi, contrarium planè facitis, maritos etiam, aliâs ad Sacerdotium idoneos, tamen, niſi diuortio ab vxoribus priùs facto, ad ordines non admittitis: vt verò poſtea coniugibus, diuortio facto, pro concubinis abutantur, conceditis. Sacerdotum verò coniugium, tanquam impurum vitæ genus, damnatis: longeq; præferendum Sacerdotem ſcortantem, propriam habenti coniugem, aſſeritis. Hic'ne conſenſus eſt? hæc concordia ſumma inter Orientales & Occidentales? cum tantum inter vos ſit diſcrimen, quantum inter nigrum & album, verum & falſum, ſacrum & prophanum. Quidni exclamet hic Melicerta, periſſe frontem de rebus? Nihil hîc verbis opus eſt: Socoloui vaniſſime, res loquitur ipſa.

Nec nouum hoc eſt, ſed valdè vetus vtriusq; Eccleſiæ diuortium, ſicut in iure Canonico habetur, ex Concilio vniuerſali 6. quod hîc adſcribere voluimus: vt hinc Diſtinct. 31. Pontificij Socolouij vanitas, omnibus fiat manifeſta. Verba hæc ſunt: Quoniam in Romani ordine Canonis eſſe cognouimus traditum, eos, qui ordinati ſunt Diaconi, vel

vel Presbyteri,confiteri, quòd non ſuis iam copulentur vxoribus: Antiquum ſequentes Canonem Apoſtolicæ diligentiæ, & conſtitutiones ſacrorum virorum: legales nuptias, amodò valere volumus, nullo modo cum vxoribus ſuis eorum connubia ſoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem, in tempore oportuno. Quicunq; ergò diligens inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione,aut diaconali, aut ſacerdotali,hi nullo modo prohibentur, ad talem aſcendere gradum,pro vxoris ſuæ habitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogantur, quòd abſtinere debeant à legatis vxoris familiaritate.Item oportet eos,qui altari miniſtrant, in tempore oblationis Sanctorum, continentes eſſe in omnibus,vt à Deo poſſint conſequi, quæ ſuppliciter poſtulant. Si quis igitur præſumpſerit,contra Apoſtolicos Canones, aliquos Presbyterorum & Diaconorum priuare à contactu & communione legalis vxoris ſuæ, deponatur. Similiter & Presbyter ac Diaconus,qui Religionis cauſa vxorem ſuam expellet, excommunicetur. Si verò in hoc permanſerit,deponatur.Hactenus verba Canonis.

Vbi Gratianus addit: hoc autem ex loco *intelligendum eſt.Orientalis enim Eccleſia (cui ſexta Synodus viuendi Regulam præſcripſit) votum caſtitatis in Miniſtris alteris non ſuſcepit. Vnde Stephanus Papa ait: ALITER ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum, ALITER huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, aut Subdiaconi in matrimonio copulantur.Iſtius autem Eccleſiæ, vel Occidentalium, nullus Sacerdotum, à Subdiacono, vſq; ad Epiſcopum habet coniugium ſortiendi licentiam.*

Sed quid argumentis multis opus eſt, quibus diuortium Græcæ & Latinæ Eccleſiæ probemus? Cum hoc vnicum maximi momenti ſufficiat quòd Patriarcha Conſtantinopolitanus, quotannis, Dominica Inuocauit, Romanum Pontificem,cum tota ſua Eccleſia, Solenni ritu, tanquam Schiſmaticum, inter alios Hæreticos excommunicat.

Tam bellè itaq; conuenit Græcis atq; Latinis. Hic incredibilis ille eſt,Socoloui audin', conſenſus: hæc concordia ſumma inter Orientalem & Occidentalem, quam tantoperè Polonus prædicat, hacq; de cauſa Patriarchæ cenſuram euulgandam ſibi eſſe exiſtimauit, vt conſenſus ille declaretur. Sed turdus ipſe ſibi malum.

Quibus Socolouij calumnijs,vanitatibus ac mendacijs refutatis: nos,vt, quàm candidè totam hanc egerimus cauſam,quàm nihil diſſimulare cupiamus,aut tegere, quamq; nos Confeſſionis noſtræ non pudeat,vel pigeat, vt alias plures iam taceamus cauſas: ſcripta contraria omnia hinc inde miſſa, quorum ſex ſunt numero (licet poſtremum,num Patriarcha Conſtantinopolitanus acceperit,ignoremus) hoc volumine ædenda cenſuimus: vt æquus Lector videat, nos nequaquam,ſicut Polonus mentitur,Græcos conſtituiſſe communis cauſæ iudices, neq; ſtudioſè ab illis recipi petierimus: ſed hoc egiſſe ſtudioſè,quod bonos, cordatos, & pios decet viros, vt ad agnitionem ſyncera doctrinæ Religionis eos perduceremus.

Quo conſilio etiam Calendis Octobris, Anni 77. Compendium Theologiæ Iacobi Heerbrandi Doctoris, à M. Martino Cruſio in Græcam linguam conuerſum, ad Patriarcham miſſum, &,vt cæteris quoq; Epiſcopis communicaret,eſt rogatus. Vbi additum eſt in Epiſtola ab eiſdem ad ipſum data: Neminis libellum iſtum continere damnationem, niſi eius, qui Chriſto repugnet, ſeq; ſupra Sacras literas, Chriſtum & veritatem collocet, planeq; abſolutam ſibi poteſtatem in Eccleſia Chriſti vendicet. Quid? Num hic quoq; Socoloui, ad Græcos confugimus, ab eiſq; nos in communionem recipi ſtudioſè petijmus? Num Iudices ipſos communis

cauſæ conſtituimus? An potiùs, vice verſa, Iudicum Partes nobis ſumpſimus, omnes illos, quicunq; veritati verbi Dei, quam nos profitemur, contradicunt, ſiue Orientales illi ſint, ſiue Occidentales, damnantes? Quo tamen accepto ille libro, & Epiſtola, benignè reſpondit: ſe accuratè lecturum, & poſtea ad eundem reſponſurum, (quod ex adiectis in huius libri fine, ipſius ad nos datis Epiſtolis, apparet) ſed tamen id hactenus factum non eſt, ſed nec fiet vnquam: ſicut in poſtremo ſuo ſcripto pugnam detrectat.

POſt Socolouij aditionem, diuerſis in locis Reſponſum hoc Patriarchæ, à Papicolis eſt typis euulgatum, additis præfationibus, quibus ſeriò triumphant, quòd ὁμόψηφον *ipſum ſuæ impietatis, in multis habere videantur, vbi alij alias excogitârunt & ſparſerunt de nobis, & Actis cum ipſo fabulas. In primis VVilhelmus Lindanus, Eccleſiæ Ruræmundenſis Epiſcopulus, qui ſibi præcipuè videtur ſapere, opinione, neſcio cuius ſingularis eruditionis inflatus, & Papatum propemodum euerſum, erigere, & ſuffulcire conatur, monſtratis ſcilicet medijs quibusdam, quibus inſtaurari eum poſſe ſomniat, & fruſtra ſperat. Spes enim impiorum peribit, & olim prædictum eſt à*
Concor. diſcord. fol. 22 *Propheta: Nemo auxiliabitur ei. Hic inter reliquas ſuas ineptias, & vanitates vaniſsimas, ſuauiter nugatur, (ne quid dicamus atrocius, quod impudens ipſius merebatur audacia) nos miſſo legato ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, Stephano Gerlachio, precio, precibus adprobationem noſtræ Doctrinæ ab ipſo petijſſe. Cùm hic minimè à nobis ad Patriarcham ſit miſſus, ſed ad generoſum Dominum, Dauidem* Vngnadt *Baronem in* Sonenberg *&c. Cæſareæ Maieſtatis Legatum tùm, ad Imp. Turcicum: petentem à nobis, vt ſibi virum doctum, linguarum peritum mitteremus, qui ſibi à ſacris eſſet Conſtantinopoli, dum legatione illa fungeretur.*

Tale eſt & illud eiuſdem figmentum: Nos donis Thalerorum plurimorum non le-
Ibidem fol. 283. *uiculis, Patriarchæ domeſticos & officiales etiam pertentâſſe.*

Nos verò bona fide affirmare poſſumus, vt ſcias Lindane, ne vnum quidem Thalerum à nobis illis miſſum, ne dum plurimos: niſi quod Notario propter præſtitam operam in comparandis Græcis libris, & Authoribus vetuſtis, miſſum eſt honorarium exiguum: nequaquam autem, vt à nobis corrumperetur. Quid igitur Epiſcopum tam doctum, tam ſapientem Conſiliarium, totius regni Pontificij, tam impudenter mentiri iuuat.

Ibid. fol. 323 *Quale hoc quoq; eſt: Nos ſeptem Synodos Oecumenicas fraudulenter profeſſos (vt eius blandiremur fauorem) Schiſmatico illi Patriarchæ, doloſè ſimulâſſe velle ſubijcere, atq; cum Schiſmatica eius, Germanicam voluiſſe coniungere Eccleſiam.*

Quod ad Septem Synodos attinet, ita res habet. Scripſerat Patriarcha ad D. Iacobi Andreæ, & M. Martini Cruſij literas, quibus adiunctæ fuerant duæ noſtrorum Conciones, vna de bono paſtore, altera de regno Cœlorum, ad ipſum miſſas: & inter cætera precatus eſt illis, ne recederent ab his quæ diuinitus dicta ſunt, à Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, & Sanctis Apoſtolis, diſcipulisq; ipſius, & à ſeptem Synodis ſanctis, & reliquis diuinis, ſanctisq; patribus. Tandem etiam precatur idem Patriarcha ipſum paſtorum principem, vt nos quoq; nullum aliud fundamentum ſeruemus, præter id quod poſitum eſt, quod eſt angularis lapis, videlicet Chriſtus, qui eſt veritas, nec peregrinam vocem quorundam res nouas molientium audiamus, qui non per Euangelij ianuam ingrediuntur.

Hic noſtri ſuprà nominati inter cætera reſponderunt, ſe ante menſes circiter quinq; quàm exoptatas ipſius literas accepiſſent, miſiſſe Patrum noſtrorum beatiſsimorum confeſsionem, Carolo V. Imperatori, in Comitijs Auguſtæ exhibitam, quam à multis iam hactenus annis, non pauca Martyrum millia ſuo ſanguine comprobârint.

Sperantes

Sperantes etiamſi fortè, propter tantorum locorum interuallum differentia inter nos aliquorum ſit rituum: omnino tamen in præcipuis ſaltem ſalutis conſequendæ capitibus, nos nihil innouare: ſed illam quæ à ſanctis Apoſtolis & Prophetis, & Spiritum S. habentibus Patribus ac Patriarchis, & ſuper diuinas literas ædificatis ſeptem Synodis, tradita eſt, fidem, (quantum quidem nos intelligimus) amplecti & conſeruare. Et rurſus: prorſus enim nullum aliud fundamentum fidei (ſicut amantiſſimè Sanctitas tua precatur) præter id quod poſitum eſt, qui eſt immotus ille angularis lapis, Chriſtus, ipſa veritas, retinere, Deo iuuante, cogitamus, excluſa omni innouatione, & claudicatione.

Quibus verbis non ſimpliciter omnia, quæcunq; in illis ſeptem Synodis decreta ſunt, noſtri ſe amplecti profeſſi ſunt. Nam & olim ante plurima ſecula, ſeptimæ illi Synodo, ſic falſò dictæ, alia à Carolo Magno eſt oppoſita, quæ inuocatio ſanctorum Idolatrica, quæ ſtipula fuit, & eſt, ſuper fundamentum in illa ſeptima exſtructa, damnata eſt, & rectè verbo Dei exuſta. Sed diſertis verbis, de fide dictum eſt, quæ à Sanctis Apoſtolis, & Prophetis, & ſuper diuinas literas ædificatis ſeptem Synodis, de præcipuis ſalutis capitib., & fide & Apoſtolis & Prophetis tradita dicitur. Et poſtea ſeptem Synodis, quatenus cum illorum ſcriptis conſentiunt, eatenus ſe ea amplecti proteſtantur. Sicut & fundamentum aliud nullum, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus, ſe retinere profitentur, excuſſis omni innouatione, & claudicatione.

Quemadmodum ergò, non ſimpliciter ſeptem Synodos ſe amplecti, noſtri ſunt profeſſi, ſed quatenus cum Sacra Scriptura Prophetica, & Apoſtolica conſentiunt, maximè verò propter fidem, & Symbola, quatuor primorum Conciliorum, quæ in ſubſequentibus ſunt repetita Synodis: ita nec fraudulenter hæc à noſtris ſunt ſcripta, nec dolosè noſtri ſimulauerunt, ſe ei velle ſubijcere, cùm hoc in mentem illis nunquam venerit, aut vt Ruramundenſis fingit, cum Schiſmatica eius Germanicam voluiſſe coniungere Eccleſiam.

Cupimus quidem in viam reuocare, & Chriſto lucrifacere, quoſcunq; poſſumus noſtra opera. Hoc enim & Deo, & ipſis errabundis ouiculis, nos debere arbitramur. Sed vt id dolo, fraude & impoſtura faciamus, vel vt nos cum diuerſam à nobis colentib. Religionem in Eccleſia coniungamus, id verò Deus propitius clementer à nobis auertat. Et quæ noſtra ſit Doctrina, quæ Confeſſio, & Religio, omnibus manifeſtum facimus, & eſſe volumus.

Malè enim aliàs conſtant, malè conciliata.

Poſtremò, ne vllus ferè ordo, cœtus Papiſtici in hac publica congratulatione deſit: non ita pridem ſurrexit, Rabula quidam forenſis, Ioannes Baptiſta Fickler, Archiepiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius: qui Reſponſum hoc Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Socolouij additiones, vel notationes, vt omnibus hæc innoteſcerent, rem ſuis gratam, quaq; eos ſibi demereretur, Eccleſiæ vtilem, & ſalutarem, nobis verò moleſtam, & ægrè faceret (vt quorum doctrina & Religio, neq; in Scriptura Sacra fundamenta habeat, neq; à quoquam, ſiue intra, ſiue extra Eccleſiam (vt & ipſe ſibi loqui permiſit) acceptetur) populari lingua reddidit, præmiſſa prolixa præfatione, mendaciorum, & calumniarum virulentiſſimarum, pleniſſima: quibus in noſtram (præter ſuam vocationem) doctrinã, & Religionem, venalem ſuis proſtituens linguam, quò nos odio apud omnes grauaret, inuehitur. Auguſtanam Confeſſionem, pixidem Hæreſeωn appellans, Socolouijq; mendacia
,, *repetens, nos Eccleſiæ hoſtes, hanc Patriarchæ Conſtantinopolitano, eo miſiſſe conſilio, vt*
,, *eam ſi approbaret, ipſum pro capite noſtro agnituros, idq; clandeſtinè, & ſubdolè nos egiſ-*
,, *ſe, ne citiùs cuiquam innoteſceret, quàm peractum eſſet, totum illud, quicquid eſt negotij.*
,, *Deum verò conſilia hæc noſtra, ad vtilitatem Eccleſiæ retexiſſe, noſq; confuſos, & inſtar*
,, *vpuparum, proprium noſtrum nidum fœdâſſe, & conſpurcâſſe, & alia quàm plurima, de*
,, *quibus in ſequentibus.*

Fic. 41

Ex iſta conficta Socolouij narratione repetita (cùm melius nihil poſſet ipſe excogita-
» re) quod Patriarcham Conſtantinopolitanum pro capite noſtro amplecti, & agnoſcere vo-
» luerimus, Leguleius iſte nos ſuggillat, ſubſannat, & inſultat: quòd poſteaquam à Ponti-
» fice Romano, & Eccleſia Catholica defecerimus, reipſa, & malo noſtro tandem, enatis tot
» ſectis à nobis, edocti, ſeriò de capite vno, & nouo Papa cogitauerimus. Hinc accidiſſe, vt
» Lutherum noſtri pro capite elegerint, quo facto, contentiones de primatu inter nos exor-
» tas. Hunc autem primatum, Carolſtadium, Cinglium, Oecolampadium, Monetarium,
» Bucerum, Eislebium, noluiſſe concedere Luthero, ſeq́; illi Oſiandrum, Caluinum, Amsdorf-
» fium, Brentium, Sarcerium, Schuuenckfeldium, & alios quàm plures; ſingulos ſe ei oppo-
» ſuiſſe, ſingulos primatum hunc ſibi vendicâſſe, ſingulos, peculiares ordinationes Eccleſia-
» ſticas excogitâſſe. Hinc diſſidia, & Sectas inter nos innumeras. Quæ vt componerentur,
» tandem Formulam Concordiæ excuſam, ex qua tamen plura incommoda, & mala, quàm
» commoda ſint exorta: quòd plures ſint, qui ſe illi opponant, quàm aliàs nunquam.

Cùm igitur noſtra cauſa ſemper peius habeat, Deus pœnas nobis immittat, vitia apud
» nos creſcant, ſperandum eſſe, & optandum, vt tandem ad gremium Eccleſiæ redeamus.
» Et alia plurima, quæ Rabularum more congerit, & vociferatur declamator.

Sed quid te adeo turpiter mentiri iuuat, Rabula? Iuriſconſultus dicitur vir bonus, iuris, Iuſticiæ, & æquitatis obſeruans: quorum in hac tua contumelioſa præfatione, vel inuectiua potius, nihil, ſed planè contrarium eſt videre. Quòd ſi Ioannem Baptiſtam, cuius præfers nomen, imitari voluiſſes, domi habebas, & in veſtra Eccleſia, apud Pontifices veſtros quod illius exemplo acriter reprehenderes, eosq́; progeniem, & genimina viperarum, propter genus doctrinæ prauum, & peruerſum, quo non ſolùm ipſi ſunt infecti, ſed & omnes, qui ipſos audiunt, inficere ſolent, cum ipſo vocares.

Idq́; ex practica etiam Ferrarienſis Iuriſconſulti, cùm iuris tu peritus eſſe videri velis, facere poteras, qui in Pontifices Romanos non iniuſtè inuectus eſt: ſed ne id faceres, crimine falſi veſtros in ea excudenda, vſos eſſe perhibetur, mutilatum ædentes librum detruncatis ijs & exemptis, quæ ille ante Lutherum diuinitus excitatum contra Pontifices ſcripſit. Verùm hæc non grata fuiſſet oratio, nec πρὸς ἄλφιτα, & magis ex re tua eſt, maioremq́; ſperas gratiam, & mercedem à tuis, ſi audacter nos fueris calumniatus, quod facis impudenter.

Ne verò impunè hanc maledicendi licentiam feras, aut tibi ſapere videaris, reſpondere tibi viſum eſt, ſecundum ſtulticiam tuam, eaq́; publicè ſpectanda, proponenda, vt omnibus innoteſcat.

Reſponſum autem ſuperiùs à nobis eſt, ad calumnias Socolouij, quas tamen ex eodem repetere voluiſti Logodædale, vt tuis gratificareris, paraſita: ſicut ſeruulus ille ſummi Pontificis, Chriſto alapam infringens: nempe de crimine Hæreſeos, Apoſtaſia ab Eccleſia, ſucceſſione ordinaria loci, Nouitate doctrinæ, (qui ſunt vſitati veſtri clamores, quos communes habetis cum priſcis Iudæorum impijs Pontificibus, qui eodem modo quo veſtri, veris Domini Prophetis, Chriſto, eiusq́; Apoſtolis ſeſe oppoſuerunt) Item de noſtro conſilio, & ſtudio, quo Confeſſionem Auguſtanam ad Patriarcham miſimus. Iudices nos elegiſſe, & conſtituiſſe controuerſiæ Græcos, ad quos confugerimus, & pro capite noſtro agnituros, ſi noſtram approbâſſent doctrinam.

Hæ calumniæ à Socolouio deſumptæ, à nobis in præcedentibus ſunt refutatæ, monſtrata rei veritate.

Mentitur itaq́; Fic klerus, cum Socolouio, ex cuius præfatione, ille, ſua eſt ſuffuratus. Sicut & cùm prolixè declamitat contra Lutherum, Rabula iſta impudentiſſimus. Quòd Lutherus Papam, ſe, & caput Eccleſiæ conſtituerit, à noſtrisq́; ſit agnitus. Et hinc ortam eſſe inter eum, & ſocios ſuos, contentiones de primatu.

De

De Primatu inter Lutherum,& ſocios,Brentium, Amsdorffium,Sarcerium, VVigandum &c. contentio,vel ambitio nulla fuit, ſed ſummus ſemper inter eos conſenſus,ſumma animorum coniunctio,quod ſcripta eorum teſtantur,& res ipſa loquitur. Agnouerunt hi,dona Dei eximia, & admiranda in illo viro, & Heroëm eſſe diuinitus,ad repurgandam doctrinam cœleſtem,quæ à veſtris Pontificibus turpiſſimè fuit corrupta,& deprauata,inuectis in Eccleſiam erroribus tetris,& horrendis,Idolomaniaq; multiplici,& abominanda,& plus quàm Ethnica,excitatum. Hîc enim opus erat Hercule, qui Augiæ repurgaret ſtabulum. Ad hoc inquam diuinitus excitatum Lutherum, libenter, & grato animo agnouerunt.

Quod verò ſcribit Ficklerus, Lutherum curâſſe hos duos verſiculos, in fronte ſuorum librorum ſcribi:

Chriſtus habet primas, habeas tibi Paule ſecundas,
At loca poſt illos proxima Luther habet.

Miranda,& portentoſa eſt Rabulæ iſtius vanitas maxima. Tam enim alienus Lutherus fuit,ab ambitione,& oſtentatione,vt ſua ſcripta omnia deleta,præ ſcripturæ S. excellentia optauerit: Quod ipſemet teſtatur in librorum ſuorum, qui in Tomos ſunt redacti, præfatione. Et ſanè,bona fide,hæc nos nunquam,in libris ipſius,quos diligenter legimus, & etiam antequam in Tomos redigerentur,quidam noſtrûm plæroſq; viderunt, vel audiuiſſe,ne dum legiſſe,teſtari poſſumus. Quod ſi maximè poëta quispiam,poſt mortem Lutheri, agnoſcens dona Spiritus S.,in ipſum diuinitus collata, & quantum ipſe in Eccleſia Dei,per Chriſtum,effecerit,tale quid de ipſo ſcripſiſſet, de quo,vt dictum eſt, nihil vnquam audiuimus,hoc nomine, apud iudices non iniquos, excuſationem mereretur.

Nam quod ad doctrinam & labores,in Eccleſia Dei vtiles,& ſalutares,ſicut hac ratione Electum Dei organum D. Apoſtolus Paulus,verè ſe commendat,& gloriatur,omnibus Apoſtolis reliquis,ſe abundantius laborâſſe: ita non dubitamus Lutherum eadem ratione,non ſolùm huius ſeculi Doctoribus omnibus, ſed omnium temporum poſt Apoſtolos,præferre.

Quod verò ad aduerſarios Lutheri,Carolſtadium, Zuuinglium, Monetarium, Eislebium attinet,quo conſilio ei ſe oppoſuerint: certè non de primatu certauerunt illi cum Luthero, ſicut Pontifices Romani, dolo, fraude, crimine falſi, & mendacijs,damnatum,& maledictum ſuum Primatum in Eccleſia rapere,& ſtabilire, initiò ſunt conati: quæ deteſtanda illorum perfidia à Concilio Africano, cui & D. Auguſtinus interfuit, in lucem eſt producta: ſed de doctrina quæſtio fuit,& contentio. Ideoq; ineptè à Ficklero cauſidico, ad contentionem de primatu,qui nullus eſt in Eccleſia Chriſti,adducitur.

Quòd verò Sectas odioſè nobis obijcit,more Ethnicorum Idolatrarum,id facit Iuriſperditus. Quibus, teſte D. Auguſtino,maledicis,hoc ſolùm,inquiens,remanſit,quod contra nos dicant: Quare inter vos non conſentitis? Gentiles pagani,qui remanſerunt,non habentes,quod contra Chriſti nomen dicant,diſſenſionem Chriſtianorum, Chriſtianis obijciunt. Hactenus Auguſtinus Libro de Ouib. cap. 15

Diuerſitatem quoq; Ordinationum Eccleſiaſticarum nobis exprobrat,difficilis,& moroſus iſte cenſor: ſingulas etiam Eccleſias,peculiares excogitâſſe. Vnde plures ferè exortas,quam Hiſpanicos Pileolos,ita vt ſingula ferè oppida,proprias habeant ordinationes. Sed quid hoc ad te Ficklere? Et quis te conſtituit noſtrarum Eccleſiarum iudicem? ſatis pro imperio. An verò ignoras tu ἀδιάφορα hæc eſſe,& variare pro locorum,temporum & perſonarum circumſtantijs? Et pro libertate Chriſtiana, Eccleſias poſſe in his ſtatuere, quæ ad ordinem & ædificationem faciunt? Quis igitur tu es, qui iudicas alienum

ſeruum? hypocrita. An verò ignoras (ſicut te ignorare arbitramur, aliàs enim non tam odioſè hæc ſeſquipedalibus verbis exagitares) diuerſitatem Ceremoniarum, non tollere fidei vnitatem? Quanta, obſecramus, varietas fuit, & diuerſitas, vt alia taceamus, ieiunij quadrageſimalis (quod vos præcipuum, ſtatuitis eſſe cultum) in primitiua Eccleſia?

Scribit D. Irenæus ad Victorem Epiſcopum Romanum, non ſolùm inquit de die Paſchæ agitur controuerſia, ſed & de ipſa ſpecie ieiuniorum. Quidam enim putant vno tantùm die obſeruari debere ieiunium. Alij duobus. Alij verò pluribus. Nonnulli eorum quadraginta, ita vt horas diurnas nocturnasq; computantes, diem ſtatuant. Quæ varietas obſeruantiæ, non nunc primùm, neq; noſtris temporibus cœpit: ſed multò ante nos. Et tamen nihilominus, omnes iſti etiam cum obſeruantia variarent, inter ſemetipſos, & pacifici fuerunt ſemper nobiſcum, & ſunt: nec diſſonantia ieiunij, fidei conſonantiam rupit. Et poſtea. Et ita ab inuicem plena fide, pace integra, & firma charitate diſcedunt (Polycarpus, & Anicetus Epiſcopus Romanus) vt omnes Eccleſiæ, ſiue quæ ita de paſcha, ſiue quæ non ita obſeruarent, inter ſe tamen Concordiam cuſtodirent. Hæc Irenæus.

Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 24.

Similiter & Formulam Concordiæ, inſtar canis rabioſi, ne quid intactum, Theonino ſuo dente, Rabula relinquat, inſectatur, arrodit, mordet, & lacerat: ad componenda diſſidia noſtrorum excuſam clamitans. Ex qua tamen plura incommoda, quàm commoda ſint exorta. Plures enim eſſe, qui ſe illi opponant, quàm aliàs nunquam.

An verò tibi ſtudium pacis, & Concordiæ diſplicet, qui nos propter diſcordiam exagitas? ſed hoc tibi, cum tuæ fecis hominibus dolet, quod per Dei gratiam huius Concordiæ Formulæ, vaniſſimi veſtri clamores, & calumniæ, & hæc pauſibilis oratio, atq; argumentum, de noſtrorum diſſidijs ſint adempta, mendacijq; conuicta, quibus nos proſcidiſtis, & proclamâſtis, Sycophantæ: Non duos vel tres, in noſtris Eccleſijs reperiri paſtores, qui per omnia, de omnibus doctrinæ Chriſtianæ capitibus, & articulis conſentiant, reipſa ſunt refutata.

Quæ autem incommoda ex iſta Concordiæ Formula ſint enata, nos nec videmus, nec ſcimus. Plurimos verò in Fide confirmatos, & Deo pro iſta in Religionis Syncera Concordia pulcherrima, agere gratias, Eccleſiasq; plantari, pace aurea frui, Dei beneficio videmus. Quòd ſi qui deficiunt, vel retrocedunt, id nullo noſtro, ſed ipſorum incommodo, & diſpendio fit maximo.

Nec nouum hoc eſt, nec ſynceræ imputandum Doctrinæ, quam iſti non intelligunt. Hoc enim ipſum Chriſto quoq; contigit docenti, quòd eius doctrina offenſi, diſcipulorum multi, defecerunt ab eo, nec amplius eum ſunt ſecuti. Vnde & reliquis duodecim dixit: Nunquid & vos vultis abire? ſed id quod tùm Petrus reſpondit: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: idem nos quoq; tibi Ficklere, tuisq; & alijs quibuscunq; Formulam Concordiæ ſuggillantibus, reſpondemus. Siue ergò Hypocritæ, ſiue Capernaitæ, murmurantes, & dicentes: quomodo hic poteſt in cœna Corpus, vel carnem ſuam manducandam dare? Pium Eccleſiarum noſtrarum conſenſum, in Formula Concordiæ comprehenſum reprehendant: non ideo profeſſio veræ, & ſynceræ Doctrinæ eſt abijcienda, nec deſerenda veritas, quæ in ea eſt comprehenſa. Et ſatius eſt multò, illos apertos ferre hoſtes, quàm domeſticos ſerpentes in ſinu fouere, vt caueri faciliùs poſſint.

Ioh. 6.

Quæ de Monarchia diſputat, aut potius declamitat Ficklerus: optimum eſſe Reipub. ſtatum, idq; ex Philippo Melanchthone probare conatur, ideoq; ſummo aliquo Pontifice eſſe opus. In illo nondum omnes conſenſiſſe videmus. Sunt enim multi, qui Ariſtocratiam præferunt, ſicut experientia notum eſt: optimatum gubernatione, Romanam creuiſſe, & in immenſum auctam Rempublicam, ad ſummumq; perueniſſe. Quâ forma Reipub. mutata in Monarchiam, ſtatim imperium Romanum decreſcere cœpit, ad hæc noſtra vsq; tempora.

Verùm vt vt iſta habeant, non ſunt hæc politica ad formã Eccleſiæ accommodanda: quòd ingens inter hæc duo ſit diſcrimen. Saluator enim noſter dulciſſimus, Pilato de ſuo regno quærenti reſpondit: hoc non mundanum eſſe, & nolle eum tale quoddam vnum caput

viſibile

viſibile præeſſe, & Papam vnum, quem reliqui omnes agnoſcant Dominum, quiq́; poteſtatem habeat condendarum legum, qualis eſt Pontifex Romanus, qui multa de ſuo primatu, & poteſtate, in ſuis bullis rugit, Leo infernalis. Chriſtus diſertis verbis docuit, Apoſtolis de eodem ex propoſito diſputantibus, quis nam futurus eſſet maior, dicens: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. Refutans carnalem ipſorum de Monarchia, & primatu in ſuo regno, conceptam opinionem. Quale autem Chriſti Regnum eſt in hoc mundo, Spirituale nempe: tale etiā habet caput, vnum, quod eſt Chriſtus, quem Deus Pater dedit caput ſuper omnem Eccleſiā, inquit Apoſtolus. Hoc caput non procul ab ea abeſt, ſed proximus, & præſentiſſimus adeſt, ſicut inquit: Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationē ſeculi: Item vbicunq; duo vel tres, in meo nomine congregati fuerint, in medio illorum ſum. Hunc quodammodo reprobauit Eccleſia Romana, eiusq́; Pontifices, ne regnaret ſuper eos, electo alio capite, & ſic monſtrum biceps factum eſt, duo habens capita, Chriſtum Spirituale, inuiſibile, & Pontificem Romanum viſibile, corporale, & carnale, reuera Antichriſtum, quem ſeruuli ipſius agnoſcunt, venerantur, obſeruant, colunt, quòd defenſorib. ſuis diſtribuat diuitias, opes huius mundi, dignitates &c. Quod Daniel tā olim prædixit, & iam euētus docet. Aliàs facilè & ſtatim, ipſo deſerto, ad nos tranſituri.

De Auguſtana Confeſſione quoq; reſpondendum erat, quam pixidem Hæreſeωn vocat: ſed indigna eſt hæc vox reſponſo, fulmine cœleſti potiùs, quàm verbis refutanda. Maior autem eſt veritatis euidentia in ea, quàm vt à Iuriſta hoc infamari poſſit. Laborauerunt in hoc Pontificij doctores annos iam quinquaginta ampliùs, ſed fruſtrà, & tam putida & pudenda, fuit illorum confutatio, in comitijs Auguſtanis Anno triceſimo, cùm primùm eſſet exhibita: vt noſtris eam tùm communicare, vel publicare, non ſint auſi.

Taceat igitur Rabula, ne pro ſue gruniēte habeatur, aut certè anſer ſtridens inter olores.

Tandem concludit Orator vehemens, diſputator parum ſubtilis: quòd, cum cauſa noſtra ‟
ſubinde peiùs habeat, pœnis immiſſis, Deus animaduertat in nos, vitia apud nos creſcant, ‟
ſperandum eſſe, & optandum, vt tandem ad gremium Eccleſiæ, à qua defecerimus redea- ‟
mus. Reſpondemus, quod ad Eccleſiarum noſtrarum ſtatum attinet, per Dei gratiam, tolerabilem, & bono eum eſſe loco, quòd Doctrinam Synceram eius beneficio retineamus, & hactenus Deus mediocrem nobis conceſſerit tranquillitatem ſperamusq́; Deum, Opt. Max., ſi qua erit poſteritas, ad hanc quoq; eam, quam ſonamus tranſmiſſurū Doctrinā. Regnum verò Antichriſti Romani, quē ſpiritu oris ſui interfecit, etſi adhuc palpitet, eumq́; collapſum inſtaurare, & erigere Eſuitæ conentur: fruſtrà tamen laboraturos, omnes illorum conatus irritos fore, illuſtriq́; ſuo aduentu inſtante, Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, deſtructurum illum, & in inferni infima, cum omnibus ſuis defenſoribus, & aſſeclis abiecturum in perpetuos cruciatus. Hoc enim ipſorum merentur ſtudia.

Pœnas quod attinet, ſcimus iudicium à domo Domini incipere: ſed quis futurus ſit ‟
finis impiorum, ipſi viderint, & experientur.

De vitijs, quæ apud nos Ficklere dicis creſcere, Hypocrita: quid vides feſtucam in oculo ‟
fratris tui, trabem verò in oculo tuo, tuorumq́; non conſideras? Hypocrita, eijce priùs trabem ex oculo tuo, deinde ſollicitè quæras, quomodo feſtucam ex noſtro extrahas.

Non feruntur apud nos vitia manifeſta, ſicut apud vos Ganea, & Lupanaria. Et aliàs veſtris licet impune ſcortari, mœchari, aliasq́; libidines inconceſſas exercere.

Interim aſtutè & callidè, diſſimulas, & retices, horrendos papatus, & abominandos errores, in doctrina de Pœnitentia, Iuſtificatione hominis peccatoris, de dubitatione perpetua, de gratuita peccatorum remiſſione, de bonis operibus, & de cultibus Deo gratis. Idolatriam turpiſſimam, in Inuocatione mortuorū hominum, Tyrannidem Item, & perſecutiones ſæuiſſimas, piorum & innocentum, quas exercent veſtri. Hæc, hæc ſunt atrocia, quæ agnoſcenda, & emendanda erant à veſtris.

Tacemus iam mores, veſtrorum Pontificum, eiusq́; complicum corruptiſſimos, quos totus mundus nouit, & à veſtris hominibus ſunt decantati: pauca tantùm generalia commemorantes. Sic autē Franciſcus Petrarcha Romam deſcribit: videres Chriſtum Romæ exulē, Antichriſtū Dominum, Beelzebub iudicē, Item futuræ ibi vitæ ſpes, inanis quædā fabula.

Et quæ de inferis narrantur, fabuloſa omnia. Reſurrectio carnis, & mundi finis, & Chriſtum ad Iudicium venturum, inter nænias habent. Veritas ibi dementia eſt. Abſtinentia verò, ruſticitas, pudicitia probrum: Ingens deniq; peccandi licentia, magnanimitas, & libertas eximia, & quò pollutior, eò clarior vita, quò plus ſcelerum, eò plus gloria, bonum nomen, cœno vilius, atq; vltima mercium fama eſt.

Verùm hi iam olim fuêre mores Romanorum, iam verò melius habent. De hoc audiamus ipſorummet confeſsiones. Sic enim Adrianus VI. in inſtructione legati ſui ad comitia Norinbergenſia Anno. 1522. Scimus, inquit, in hac Sancta ſede, aliquot iam annis, multa abominanda fuiſſe, abuſus in Spiritualibus, exceſſus in mandatis, & omnia deniq; in peruerſum mutata.

Sic delecti quoq; Cardinales, in ſuo Conſilio de emendanda Eccleſia ad Paulum III. Per nos, inquimus, per nos, nomen Chriſti blaſphematur apud gentes. Ibid. Nomen Chriſti iam oblitum à gentibus, & à nobis Clericis.

Mantuanus Monachus, qui paulò ante exortum Lutherum mortuus eſt, cuiq; Romæ viciniori, mores aulæ illius fuêre noti, ſcribere non eſt veritus:

Petriq; domus polluta, fluente
Marceſcit luxu. Nulla hîc arcana reuelo,
Non ignota loquor, liceat vulgata referre.
Sic vrbes populiq; ferunt, ea fama per orbem
Iam vetus Europam, mores extirpat honeſtos.
Sanctus ager ſcurris, venerabilis ara Cynædis
Seruit, honorandæ Diuûm Ganymedibus ædes.
Et paucis interpoſitis: Venalia nobis
Templa, Sacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,
Ignis, Thura, cœlum, eſt venale, Deusq;.

Hæc tibi ſi dolet Ficklere Loquutuleie, audire, memineris Comici dicentis: qui quæ vult dicit, quæ non vult audit.

Poſtremò quòd ſperandum eſſe dicis, & optandum, vt ad gremium Eccleſiæ redeamus. Reſpondemus reditu non eſſe opus, qui nunquam exiuimus de Chriſti Eccleſia, in qua manemus perpetuò: ſed ab Antichriſto, Diaboli Synagoga, ſeceſsionem nos feciſſe non imus inficias, cuius nos nec pudet, nec piget, nec pœnitet. Quod niſi factum eſſet, faceremus adhuc. Et Deus Pater liberatoris noſtri Ieſu Chriſti clementer auertat, ne vnquam ad Antichriſti Romani ſentinam redeamus, nos, vel noſtri poſteri. Ideoq; illud optari à vobis, magis quàm ſperari poteſt. Quid enim à Chriſtóne, ad Antichriſtum? A luce, ad tenebras? A veritate, ad mendacia? A vero Deo, ad Diabolum? A verbo Dei, quod lux eſt, & lucerna pedum noſtrorum, ad traditiones humanas, ſomnia, figmenta, & commenta humana, & ſcrinium pectoris Pontificij? imò ad doctrinas Dæmoniorum prohibentium nubere. Quis hic furor? quæ inſania? Apageſis in malam rem, cùm iſta tua nugacitate Rhetorcule. Tuis hæc ventribus, Epicuri de grege porcis dicito, vt ſimiles habeant labra lactucas. Nos enim neq; te, neq; tuam garrulitatem, aut minas tuas, quæ fulgur ſunt è pelui, (rectè nobis conſcij) curamus.

Quòd minaris nobis, vaticinans quaſi Propheta, cùm non Sacerdos ſis, ſed pſeudopropheta: „Ni ad vos redeamus, futurum, vt principum aliquis noſtrorum præcipuus, oculos a„periat & videat, quorſum à nobis ſint abducti, & quibus cum hominibus hactenus ſibi „fuerit negocium: Tùm futurum, vt magno numero homines ad Papam ſint reuerſuri. „Canes ſcilicet ad vomitum, & ſues loti, ad volutabrum cœni.

Nihil apud nos Ficklere arcani eſt, non ſumus verſipelles, nihil ſimulamus, vel diſsimulamus, nec aliud profitemur, aut ſonamus, quàm quod nouimus, ſentimus credimus, quodq; non ſolùm coram noſtris, ſed toto mundo ex fundamentis S. Scripturæ probare poſſumus, et facere parati quouis ſumus tempore. Non cæci ſunt noſtri Principes, nec alienis vident

oculis, aut adeo ignaui, vt non ipſi cognoſcant doctrinam, ſed à nobis ſolis dependeant. Nec enim eos à lectione, & cognitione cauſæ, & controuerſiarum, veſtro more, arcemus. Ideoq́ nihil ab illis nobis eſt periculi, vt tu fingis, maleq́ ominaris Ficklere.

Deniq́ quod addis, doctrinam noſtram, neq́ in S. S. fundatam, neq́ à quoquam, ſiue intra, ſiue extra Catholicam approbatam, longiſſimè falleris. Quin imò hoc tibi affirmare poſſumus, omnes quotquot vnquam à mundi exordio & primo Abele (fide in promiſſum ſemen mulieris iuſto) mortui ſunt, & ſaluati: eadem fide, quam & nos profitemur, ſalutem conſecutos eſſe. Et hunc conſenſum eſſe, totius veræ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ omnium temporum, hinc à mundo condito, quem & Apoſtolus D. Petrus his expreſſit verbis: huic (Chriſto) omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionẽ peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Hoc ipſum, & non aliud nos quoq́ docemus. Qui vero hanc, quam nos amplectimur, & ſonamus doctrinam, recipere, & ſequi noluerint, illi omnes ſine dubio in æternum peribunt, & vos cum illis. Quod tibi dictum memineris, & alta mente repone, Ficklere. Heb. 11. Act. 10.

Stultè igitur agis, fruſtraq́ laboras, tu, tuiq́ gregis Sauitæ, quòd nos noſtroſq́ homines, eiusmodi libellorum æditionibus, & præfatione, ad veſtram retrahere cogitatis Eccleſiam, quæ Diaboli eſt Synagoga. Ideoq́ meliùs tempus, & horas bonas collocâſſes, ſi codicem Iuſtinianum interea legiſſes, quàm quòd falcem in alienam miſiſti meſſem, operam dans, verſioni cenſuræ, quam ſic vocatis, Patriarchicæ, de Confeſſionis Auguſtanæ articulis, oleum, operamq́ perdens: ſed hominibus tuis ſtudens rem gratam facere, populo ſcilicet, vt placerent fabulæ, præfatione præmiſſa, nos ita temere, falsò, & mendaciter, noſtramq́ doctrinam & Religionem, ſtylo tamen non nouo (commune enim hoc eſt, vobis omnibus) exagitare voluiſti, eaq́ tractanda ſuſcepiſti, quæ nec didiciſti, nec ſcis, nec intelligis. Ne ſutor vltra crepidam, ſed hanc quisq́ quam didicit artem exerceat. An vobis deſunt Theologi docti, in aula Archiepiſcopi, eiusq́ ditione ampliſſima, vt his tacentibus, res ad cauſidicos et ſic triarios, ſit deuoluta. Intra limites igitur, & terminos vocationis manere, multò tutius & conſultius, quàm ita animos potentum, contra nos, ſine iuſta cauſa inflammare. Aliàs non arcemus à cognitione rerum Eccleſiaſticarum, politicos, ſi normam verbi Dei ſequantur, & non nugas traditionum humanarum, & maiorum, quod facitis vos.

Et hæc ad Fickleri præfationem, quam verſioni ſuæ præfixit ille, reſpondere viſum eſt.

Cùm igitur hæc Socolouij, Lindani, & Fickleri, aliorumq́ ſociorum, & complicum eorum, quæ de nobis, & actis noſtris, cum Patriarcha Conſtantinopolitano, in vulgus ædiderunt, ſint vaniſſima, alioſq́ multos, craſſos errores contineant: Re ipſa, & eadem facilitate, qua ab ipſis mendaciorum Architectis finguntur, aſſeruntur, & in vulgus ſparguntur, nulloq́ refutari poſſunt negotio.

Iudicet itaq́ iam totus orbis Chriſtianus de toto negotio, noſtraq́ actione, num quid iniuſtè, fraudulenter, quod viris bonis indignum ſit, egerimus: quamq́ vera ſint, quæ Polonus iſte & Lindanus Epiſcopus, Thraſonicis ſuis verborum ampullis, & clamoribus, ad ſuum Pontificem alioſq́ ſuæ farinæ homines pleno ore ebuccinârunt: ſi vel tandem toties ἐπ' αὐτοφώρῳ *deprehenſos, ſuæ vanitatis, & mendaciorum turpiſſimorum, quæ ſubinde contra nos excogitant, & in totum orbem odio noſtri euomunt, pudeat, & ad ſaniorem mentem perueniant. Quod illis ex animo precamur à Deo Patre Liberatoris noſtri Ieſu Chriſti: quem ſupplices oramus, vt nos in agnita verbi ſui veritate protegat, hancq́ lucem, quam poſtremis hiſce temporibus accendit, foueat, nec extingui propter multorum ingratitudinem, contemptum, Tyrannidem, & perſecutionem aduerſæ partis, ſinat: ſed propter ſemetipſum & gloriam nominis ſui, propter Filium ſuum dilectum, conſeruet apud nos, & ad poſteritatem quoq́ noſtram propaget, vt inde verè eum agnoſcere & inuocare diſcamus, perpetuoq́ & in hac, & in futura vita eum cum omnibus S. celebremus. Amen.*

Scriptum Tubingæ Calend. Septembr. Anno M.D.LXXXIII.

EPISTOLÆ DVÆ, DE AVGVSTANA CONFESSIONE AD PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITAnum, D. Hieremiam, miſſa.

α. ΤΩι ΠΑΝΑΓΙΩΤΑΤΩι ΤΗΣ ΕΝ ΤΗι ΚΩΝσταντίνου πόλει, καὶ πέριξ, χριστιανικῆς ἐκκλησίας πατριάρχῃ, κυρίῳ τιμιωτάτῳ.

Ἐν τῷ σωτῆρι ἡμῶν χαίρειν.

ΕΠΕΙΔΗ, ΠΑΝΑγιώτατε κύριε, ἐδηλώθη μοι: τὴν ἁγιότητά σου, ἃ πρότερον ἔγραψα, σφόδρα εὐνοϊκῇ ψυχῇ δέξασθαι: ταύτῃ ἐγὼ νῦν θαῤῥήσας, αὖθις τῇ ἁγιότητί σου ἐτόλμησα προσφωνεῖν: τῆς ἴσης τεύξεσθαι συγγνώμης ἐλπίζων. Πρῶτον μὲν οὖν, ὑπὲρ τῆς πατρικῆς χρηστότητός σου ταύτης, χάριν ἔχω μετ' αἰδοῦς τὴν προσήκουσαν. Εἶτα δὲ, βιβλάριόν τι πέμπω, τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν ὅλης κεφάλαια περιέχον: ὅπως ἡ σου ἁγιότης βλέπῃ τὴν θρησκείαν ἡμῶν, τίς ἐστι: καὶ, εἰ ἄρα τῇ παρὰ ταῖς τῆς ἁγιότητός σου ἐκκλησίαις διδασκαλίᾳ συμφωνοῦμεν, ἤ τι τάχα διαφωνοῦν ἐστιν: ὅπερ οὐκ ἂν θέλοιμι. Δέομαι δὲ μεγάλως: τὴν ἁγιότητά σου, αὐτὸ, μετὰ τῆς αὐτῆς, ἧς τὰ πρότερα, εὐνοίας δέχεσθαι: καὶ, εἰ μὴ βαρὺ, τὴν σοφωτάτην ἑαυτῆς περὶ τούτων κρίσιν εὐνοϊκῶς δηλοῦν: εἰ ἄρα, τοῦ θεοῦ διδόντος, τὰ αὐτὰ ἐν χριστῷ φρονοίημεν. Ἔῤῥωσο, παναγιώτατε πάτερ, σὺν τῇ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίᾳ πάσῃ, ἐπὶ μήκιστον: τὴν χριστοσεβῆ μου σπουδὴν μετὰ πατρικῆς διαθέσεως σκοπῶν. Ἐν Τυβίγγῃ, τῇ ις. μηνὸς μαιμακτηριῶνος, ὃν σεπτέμβριον καλοῦμεν: ἔτει τῆς σωτηρίας ͵αφοδ.

Ἰάκωβος ὁ Ἀνδρέου, τῆς θεολογίας διδάσκαλος: τῆς τε ἐν Τυβίγγῃ ἐκκλησίας πραιπόσιτος, καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀκαδημίας καγκελλάριος.

Κἀγὼ Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος, λατινικὸς καὶ ἑλληνικὸς ἐνταῦθα διδάσκαλος, συνῄνεσα.

SANCTISSIMO CONSTANTINOPOLEOS, & circumiacentium Eccleſiarum Chriſtianarum, Patriarchæ, D. honoratiſsimo. I.

Per Saluatorem noſtrum S.

QVANDOQVIdem, ſanctiſsime Domine, ſignificatum mihi eſt: Sanctitatem tuam meas priores literas, magna cum beneuolentia accepiſſe: Hac ego nunc fretus, denuo Sanctitatem tuam appellare auſus ſum: quòd æquè nunc, atq; antea, veniam me conſecuturum ſperem. Principiò igitur pro paterna iſta bonitate gratiam habeo, quam debeo, reuerenter. Deinde, libellum quendam mitto, fidei noſtræ totius capita continentem: vt S. tua videat, quænam ſit Religio noſtra: &, num cum doctrina Eccleſiarum S. tuę conſentiamus, an verò aliquid fortaſſe diſſentiat: quod ſanè nollem. Magnopere autem S. tuam oro: vt eum pari, qua priora mea, beneuolentia accipiat: ac, niſi graue ſit, ſapientiſsimum ſuum de his capitibus iudicium beneuolè ſignificet: ſi fortè, Deo dante, idem in Chriſto ſentiamus. Vale, ſanctiſsime pater, vnà cum tota veſtra Eccleſia, quàm diutiſsimè: pium ſtudium meum, paterna animi inclinatione ſpectans. Tybingæ, 15. Septemb. Anno Salutis 1574.

Iacobus Andreæ, Theol. D. & Tybing. Eccleſiæ Præpoſitus, Academiæq; Cancellarius.

Et ego Martinus Cruſius, lat. & Græcæ linguæ hîc Profeſſor, conſenſi.

II. *SANCTISSIMO ET OECVMENICO PAtriarchæ, D. Hieremiæ, Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, nouæ Romæ, Domino pio.*

S. Per Chriſtum.

ACCEPIMVS honorabilem Epiſtolam ſanctitatis tuæ, pie Domine, initio nunc currentis anni: quæ tantò maius attulit nobis gaudium: quantò ardentius fuerat deſiderium noſtrum, quo ipſam longo iam tempore expectaueramus. Gratias itaque ex animo agimus: primùm quidem, vero noſtro Deo, & conſeruatori Chriſto: deinde etiam honorandæ tuæ ſanctitati: illi quidem vt paternè res diſponenti: huic verò, vt benè ergà nos affectæ. Re enim vera, nequaquam paruum beneficiũ eſt, nec paruus honor: S. tuam, in tam alto dignitatis gradu conſtitutam, nos longè inferiores reſponſo dignatam eſſe. At quali reſponſo? Maximè, ſapienti & pio, de paſtore bono, & Regno cœlorum: paterno item, & curæ de ſalute noſtra pleno: vt nempe in fide ſana, & ſalutaribus primarij paſtoris Chriſti præceptis, per Miniſtros S. ſpiritu afflatos datis, ſine innouatione & claudicatione perſeueremus: & proinde ad cœleſte Regnum perueniamus. Adeo ſapienter & amanter, ſanctitas tua. Scito igitur ea, nobis nihil magis in ſtudio eſſe his. Pontifex quidem Romanus, nouitatis ſtudium nobis obijcit: propterea, quòd ante quinquaginta annos, à viro quodam, diuinitus egregiè illuminato, & æmulatione veritatis incenſo, Martino Luthero, meliora edocti noſtrates homines, & aliorum Germaniæ locorum multi, à dogmatibus & traditionibus eius, quæ nimium S. literis repugnabant, receſſerunt. Pietatis verò ſtudioſiſsimi Principes, Theologiquè noſtri,

ΤΩ͂Ι ΠΑΝΑΓΙΩΤΆΤΩΙ ΚΑῚ ΟἸΚΟΥΜΕΝΙΚῷ Πατριάρχῃ, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ, ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης, κυρίῳ θεοφιλεστάτῳ. β'.

χαίρειν ἐν χριστῷ.

ἘΔΕΞΆΜΕΘΑ τὴν τιμίαν ἐπιστολὴν τῆς ἁγιότητός σου, θεοφιλέστατε κύριε, ἐνισταμένου τοῦ νῦν ἔτους: ἣ τοσούτῳ μείζονα τὴν χαρὰν ἤνεγκεν ἡμῖν: ὅσῳ μετὰ διακαεστέρου τοῦ πόθου, πολὺν ἤδη χρόνον ἡμῖν προσεδεδόκητο. Εὐχαριστοῦμεν οὖν ἐκ ψυχῆς: πρῶτον μὲν, τῷ ἀληθινῷ ἡμῶν θεῷ, καὶ σωτῆρι χριστῷ: εἶτα δὲ, τῇ τιμίᾳ σου ἁγιότητι: τῷ μὲν, οὕτω πατρικῶς τὸ πρᾶγμα ᾠκονομηκότι: τῇ δὲ, οὕτω φιλοφρόνως πρὸς ἡμᾶς ἐσχηκυίᾳ, καὶ ἐχούσῃ. Τῷ γὰρ ὄντι, οὐδαμῶς μικρὸν τὸ εὐεργέτημα, οὐδὲ μικρὰ ἡ τιμή: τὸ, ἐν οὕτως ὑψηλῷ βαθμῷ ἀξιώματος οὖσαν τὴν ἁγιότητά σου, ἡμᾶς παμπολὺ αὐτῆς ὑποβεβηκότας, ἀποκρίσεως ἀξιῶσαι. Ποίας δὲ ἀποκρίσεως; σοφῆς μὲν, καὶ εὐσεβοῦς μάλιστα, περί τε τοῦ ποιμένος τοῦ καλοῦ, καὶ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν: πατρικῆς δὲ καὶ κηδεμονικῆς πάνυ, ὑπὲρ ἡμῶν τῆς σωτηρίας: ὅπως δηλαδὴ τῇ ὑγιεῖ πίστει, καὶ ταῖς σωτηρίοις ἐντολαῖς, ταῖς ὑπὸ τοῦ ἀρχιποίμενος χριστοῦ, διὰ τῶν θεοπνεύστων ἑαυτοῦ διακόνων προστεταγμέναις, ἄνευ νεωτερισμοῦ καὶ χωλάνσεως ἀεὶ ἐμμένωμεν: καὶ τοὐντεῦθεν τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς βασιλείας τυγχάνωμεν. Οὕτως ἄρα σοφῶς τε καὶ φιλοστόργως, ἡ ἁγιότης ἡ σή. Ἴσθι τοίνυν αὐτὴ, ἡμῖν οὐδὲν μᾶλλον σπουδάζεσθαι τούτων. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχιερεὺς ὁ ῥωμαῖος, νεωτερισμὸν ἡμῖν ἐγκαλεῖ: διότι πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν, διὰ ἀνδρὸς, θείᾳ ἐλλάμψει, καὶ ζήλῳ τῆς ἀληθείας, διαφέροντος, Μαρτίνου τοῦ Λουθήρου, τὰ βελτίω διδαχθέντες, οἱ περὶ τοὺς ἐνταῦθα τόπους, καὶ ἀλλαχοῦ τῆς γερμανίας πολλοὶ, τῶν ταῖς θείαις γραφαῖς λίαν μαχομένων ἐκείνου δογμάτων καὶ παραδόσεων ἀπεχώρησαν. Οἱ δὲ θεοσεβέστατοι ἄρχοντες καὶ θεολόγοι ἡμῶν,

ἡμῶν, ἐπιτομὴν τῆς ἀρχαίας, καὶ ἐκ τοῦ
παραδείσου ἐφ' ἡμᾶς περιελθούσης, πίστε-
ως, συγγραψάμενοι: πρὸ τεσσαρακον-
τατεσσάρων ἐτῶν, τῷ ἀοιδίμῳ ἐν Αὐτο-
κράτορσι, Καρόλῳ τῷ πέμπτῳ, τότε ἐν
Αὐγούστῃ, τῶν Οὐινδελικῶν πόλει, συνάξιν
ἄγοντι, ἐπιδιδόντες, τῆς ἑαυτῶν ὀρθοδοξί-
ας λόγον ὑπέχον: ἥτις ἐπιτομὴ καὶ Αὐ-
γουσταία ὁμολογία διὰ τοῦτο ἐπεκλήθη: ἧς
ἔτι καὶ νῦν ἡμεῖς ἐχόμεθα. Ταύτην οὖν τὴν τῶν
μακαριτῶν πατέρων ἡμῶν περιβόητον ἐξο-
μολόγησιν (δι' ἣν, ἀπὸ πολλῶν μέχρι δεῦρο
ἐτῶν, μυριάδες μαρτύρων ἐγένοντο) τῇ σοῦ
ἁγιότητι, πρὸ πέντε που μηνῶν, πρὶν τὰ αὐ-
τῆς περιπόθητα γράμματα ἐλθεῖν, ἐπέμ-
ψαμεν: ἐλπίζοντες, ἡμᾶς, εἰ τάχα καὶ πε-
ρί τινα διαλλάττομεν ἔθιμα, διὰ τὸ
πάμπολυ ἐκτετοπισμένον ἡμῶν: πάντως
γ' οὖν ἐν τοῖς κυρίοις τῆς σωτηρίας κεφα-
λαίοις, μὴ νεωτερίζειν: ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τῶν
ἁγίων ἀποστόλων τε καὶ προφητῶν, καὶ τῶν
θεοφόρων πατέρων καὶ πατριαρχῶν, καὶ τῶν
τῶν θεοσδότοις γραφαῖς ἐπῳκοδομημένων
ζ. συνόδων, παραδοθεῖσαν πίστιν (ὅσον ἡμᾶς
γε συνιέναι) περιπτύσσεσθαί τε, καὶ διαφυ-
λάττειν. Τοιγαροῦν, ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἐ-
κρίναμεν δεῖν, διὰ πλειόνων τῇ ἁγιότητί
σου ἐνοχλεῖν: ὡς ἄλλως περὶ τὸ τὰς ἑαυτοῦ
ἐκκλησίας πιστότατα ποιμαίνειν, καὶ τὰ πρὸς
τὴν σωτηρίαν αὐτῶν φέροντα φιλαγρύπ-
νως σπουδάζειν, ἀσχολωτάτῃ οὔσῃ: ἀλλὰ τὴν
σοφωτάτην αὐτῆς, καὶ θεοσεβεστάτην, περὶ
ἧς ἐπέμψαμεν ὁμολογίας, κρίσιν, καὶ ἀπό-
κρισιν περιμένειν: ἣν καὶ ἐν τῷ ἱκνουμένῳ
καιρῷ (μόνον μὴ ἐπαχθεῖς τῇ ἁγιότητί σου
ὦμεν) ἡμῖν πατρικῇ ψυχῆς διαθέσει γί-
νεσθαι, μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ ταπεινώσεως
δεόμεθα: εἰ ἄρα ὁ οἰκτίρμων οὐράνιος πα-
τήρ, διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἑαυτοῦ υἱοῦ, τοῦ μόνου κοι-
νοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἡμᾶς ἑκατέρωθεν ποιή-
σειεν: εἰ καὶ πλεῖστον ἀλλήλων τῇ οἰκήσει
διωρίσμεθα: ἀλλὰ τῇ περὶ τὴν ὀρθοδοξί-
αν γε συναφείᾳ ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι:
καὶ τὴν Κωνσταντίνου τε, καὶ τὴν Τύβιγ-
γαν, χριστιανικῆς ὁμοδοξίας καὶ ἀγάπης
δεσμῷ ἀλλήλαις συνδεῖσθαι: οὗτινος οὐδὲν
ἂν ἡμῖν

noſtri compendium quoddam anti-
quæ, atq; ex ipſo paradiſo ad nos deri-
uatæ, fidei, conſcripſerunt: idq; qua-
drageſimo quarto ab hinc anno, cele-
berrimæ inter Imperatores memoriæ,
Carolo eius nominis quinto, qui tunc
Auguſtæ Vindelicorum, comitia age-
bat, exhibentes: ſuæ rectæ de Religio-
ne ſententiæ rationem reddiderunt:
qui libellus, eam ob cauſam Auguſta-
na confeſsio appellata fuit: ex cuius
ſententia nos etiam nunc pende-
mus. Hanc itaq; notiſsimam beato-
rum patrum noſtrorum confeſsionem
(quam à multis iam hactenus annis,
non pauca Martyrum millia ſuo ſan-
guine comprobârunt) tuæ ſanctitati,
ante menſes circiter quinq;, antequam
optatas ipſius literas accepiſſemus, mi-
ſimus: ſperantes, etiamſi fortè pro-
pter tantum locorum interuallum,
differentia inter nos aliquorum ritu-
um ſit: omnino in præcipuis ſaltem
ſalutis conſequendæ capitibus, nos
nihil nouare: ſed illam, quæ à ſanctis
Apoſtolis & Prophetis, & Spiritū ſan-
ctum habentibus patribus ac Patriar-
chis, & ſuper diuinas literas ædifica-
tis VII. Synodis, tradita eſt, fidem
(quantum quidem nos intelligimus)
amplecti & conſeruare. Ideo, in
præſentia non iudicauimus, plus mo-
leſtiæ exhibendum S. tuæ: vt quæ ali-
âs circa ſuas Eccleſias fideliſsimè pa-
ſcendas, & ſalutis viam vigilanter tra-
dendam, occupatiſsima ſit: ſed eius
ſapiens, & pium maximè, de confeſsi-
one à nobis miſſa, iudicium & reſpon-
ſum expectandum: quod etiam ſuo
tempore (modò ne S. tuæ moleſti ſi-
mus) nobis paterno animo mitti, re-
uerenter & humiliter oramus: ſi fortè
miſericors pater cœleſtis, per dilectum
ſuum filium, vnicum conſeruatorem
noſtrum, vtrobiq; faciat: vt nos etiam,
ſi longiſsima locorum intercapedine
diſiuncti ſimus: attamen recto de Re-
ligione ſenſu, propinqui inuicem fia-
mus: & Conſtantini vrbs Tybingaq;,
Chriſtianæ concordiæ & charitatis
vinculo mutuò copulentur: quo nihil

 optati-

optatius contingere nobis poſſet. Prorſus enim nullum aliud fundamentum fidei (ſicut amantiſsimè ſanctitas tua precatur) præter id, quod poſitum eſt (qui eſt immotus ille angularis lapis, Chriſtus, ipſa veritas) retinere, Deo iuuante, cogitamus: excluſa omni innovatione & claudicatione. Vale, ſanctiſsime Domine, cum venerabilibus Presbyteris tuis: Chriſtiano gregi diu feliciter prouidens: nosq́; venia dignans, & in paternam tuam curam beneuolè recipiens. Tybingâ 20. Martij, anno CIƆ IƆ LXXV.

Iacobus Andreæ, Theol. D. Eccleſiæ Tybing. Præpoſitus, & Academiæ huius Cancellarius.

Martinus Cruſius, Tybingæ latinus & Græcus Præceptor.

ἂν ἡμῖν εὐκτότερον γένοιτο. Πάντως γάρ, οὐδένα θεμέλιον ἄλλον τῆς πίστεως (κατὰ τὴν φιλοφρονεστάτην τῆς ἁγιότητός σου εὐχὴν) παρὰ τὸν κείμενον (ὅς ἐστιν ὁ ἀκίνητος ἀκρογωνιαῖος λίθος, χριστὸς, ἡ αὐτοαλήθεια) τηρεῖν σὺν θεῷ ἐνθυμούμεθα, ἀνεωτερίστως τε καὶ ἀχωλάντως. Ἔρρωσο, πανάγιώτατε κύριε, μετὰ τοῦ σεμνοτάτου σου πρεσβυτερίου: ἐπιπολὺ τῆς χριστωνύμου ποίμνης εὐτυχῶς προνοῶν: καὶ ἡμᾶς συγγνώμης τε ἀξιῶν, καὶ εἰς τὴν πατρικήν σου κηδεμονίαν εὐνοϊκῶς ἀναλαμβάνων. Ἀπὸ Τυβίγγης, τῇ κ'. Μηνὸς Μαρτίου, ἔτει τῆς σωτηρίας α φ ο ε.

Ἰάκωβος ὁ Ἀνδρέου, τῆς θεολογίας διδάσκαλος: τῆς τε ἐν Τυβίγγῃ ἐκκλησίας πραιπόσιτος, καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀκαδημίας καγκελλάριος.

Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος, ἐν Τυβίγγῃ τῆς λατινίδος τε καὶ ἑλλάδος παιδείας διδάσκαλος.

ΕΞΟΜΟ.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ,

τουτέστι διδαχῆς χριστιανικῆς, προσενεχθεῖσα Καρόλῳ τῷ τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτορι ἀνικητοτάτῳ, ἐν τῇ τοῦ σεβαστοῦ παρωνύμῳ τῆς Γερμανίας πόλει, ἔτει ἀπὸ τῆς χριστογονίας αφλ, μεταφρασθεῖσα ὑπὸ Παύλου τοῦ Δολσκίου πλαέως.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ, Ἢ ἌΡΘΡΑ τῆς ὑγιαινούσης καὶ σωτηρίου πίστεως ἐξαίρετα.

Τὸ πρῶτον.

Ὁμοφρονοῦσαι αἱ παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαι διδάσκουσι, τὸ τῆς κατὰ νίκαιαν γενομένης συνόδου δόγμα περὶ ἑνότητος τῆς θείας οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἢ προσώπων ἀληθὲς εἶναι, καὶ χωρὶς παντὸς δισταγμοῦ πιστευτέον, μίαν μὲν δηλαδὴ θείαν οὐσίαν εἶναι, τήν τε λεγομένην καὶ οὖσαν θεὸν ἀΐδιον, ἀσώματον, ἀμέριστον, ἀμετρήτῳ δυνάμει, σοφίᾳ, ἀγαθότητι, κτίσαντα καὶ διασώζοντα πάντα, τά τε ὁρατὰ καὶ ἀόρατα. Ὑποστάσεις δὲ τρεῖς, ὁμοουσίους, ὁμοδυνάμους καὶ συναϊδίους, ἤγουν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ τῷ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματι χρῶνται ἐν τῇ αὐτῇ σημασίᾳ, καθ' ἣν καὶ οἱ ἐκκλησιαστικοὶ ξυγγραφεῖς ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ αὐτῷ κέχρηνται, ἵνα μὴ μέρους ἢ ποιότητος ἐν ἄλλῳ ὑποκειμένης σημαντικὸν ᾖ, ἀλλὰ τὸ ἰδιάζον, καὶ ἰδίως ὑφιστάμενον ἐμφαίνῃ. *Οὐσία μία ὑποστάσεις τρεῖς.*

Καταδικάζουσι δὲ πάσας αἱρέσεις, τὰς τόδε τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἄρθρον βλασφημησάσας· Οἷον εἰ τὴν τῶν μανιχαίων, δύο ἀρχὰς διαπλασάντων, τὴν μὲν τὸ ἀγαθόν, τὴν δὲ τὸ πονηρόν. Καὶ τὴν τῶν βαλεντινιανῶν, καὶ τῶν ἀρειανῶν, καὶ τῶν εὐνομιανῶν, καὶ τῶν μαωμετιστῶν, καὶ συνελόντι εἰπεῖν, πάσας τὰς τῶν ἄλλων τούτοις παραπλησίων. *Μανιχαῖοι.* Προσέτι δὲ καὶ τὴν τῶν περὶ σαμοσατέα παῦλον, τῶν τε παλαιῶν καὶ νεωτέρων, οἵτινες διατεινόμενοι μίαν μόνον ὑπόστασιν εἶναι, *Σαμοσατ.*

περὶ

CONFESSIO FIDEI,

EXHIBITA INVICTISSIMO Imperatori Carolo V. Cæſari Auguſto in Comitijs Auguſtæ, Anno 1530.

ARTICVLI Fidei præcipui.

I.

ECCLESIAE magno conſenſu apud nos docent, decretum Nicenæ Synodi de vnitate eſſentiæ diuinæ, & de tribus Perſonis, verum, & ſine vlla dubitatione credendum eſſe. Videlicet, quòd ſit vna eſſentia diuina, quæ & appellatur, & eſt Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, immenſa potentia, ſapientia, bonitate, creator & conſeruator omnium rerum, viſibilium & inuiſibilium, & tamen tres ſint perſonæ, eiuſdem eſſentiæ & potentiæ, & coæternæ, pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Et nomine perſonæ vtuntur ea ſignificatione, qua vſi ſunt in hac cauſa ſcriptores Eccleſiaſtici, vt ſignificet non partem aut qualitatem in alio, ſed quod propriè ſubſiſtit. *Vnus & trinus Deus.*

Damnant omnes hæreſes, contra hunc articulum exortas, vt Manichæos, qui duo principia ponebant, Bonum & Malum, item Valentinianos, Arianos, Eunomianos, Mahometiſtas, & omnes horum ſimiles. *Manichæi.* Damnant & Samoſatenos, veteres & Neotericos, qui, cùm tantùm vnam perſonam eſſe contendant, *Samoſat.*

 de

de Verbo, & de Spiritu ſancto aſtutè & impiè rhetoricantur, quòd non ſint perſonæ diſtinctæ, ſed quòd verbum ſignificet verbum vocale, & ſpiritus motum in rebus creatum.

II.

Peccatum originis.

ITem docent, quòd poſt lapſum Adæ, omnes homines, naturali modo propagati, naſcantur cum peccato originis, hoc eſt, ſine metu Dei, ſine fiducia erga Deum, & cum concupiſcentia. Intelligimus autem peccatum originis, quod ſic vocant ſancti patres, & omnes orthodoxi, & piè eruditi in Eccleſia, videlicet reatum, quo naſcentes, propter Adæ lapſum, rei ſunt iræ Dei & mortis æternæ, & ipſam corruptionem humanæ naturæ, propagatam ab Adam: Et hæc naturæ humanæ corruptio, defectus iuſticiæ ſeu integritatis, ſeu obedientiæ originalis, & concupiſcentiam complectitur.

Eſtq; defectus horribilis cæcitas, & inobedientia, ſcilicet carere illa luce ac noticia Dei, quæ fuerat futura in natura integra: item carere illa rectitudine, hoc eſt, perpetua obedientia, vera, pura ac ſumma dilectione Dei, & ſimilibus donis integræ naturæ. Eſtq; vitium originis verè peccatum, damnans & afferens nunc quoq; æternam mortem his, qui non renaſcuntur per baptiſmum & Spiritum ſanctum.

Pelagiani.

Damnant Pelagianos, & alios, qui vitium originis negant eſſe pecca-

περὶ τοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πανούργως τε καὶ ἀσεβῶς ῥητορεύουσι, καὶ σοφίζονται· ὡς οὐ διωρισμένων ὑποστάσεων οὐσῶν, ἀλλὰ τοῦ μὲν λόγου τὸν κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν λόγον σημαίνοντος, τοῦ δὲ πνεύματος κίνησίν τινα ἐν τοῖς οὖσι κεκτισμένην.

Τὸ δεύτερον.

ἔμφυτον φαῦλον.

ΕἾτα δὲ καὶ τοῦτο διδάσκουσι, μετὰ τὸ τοῦ πρωτοπλάστου ἀδὰμ παράπτωμα, πάντας ἀνθρώπους πατρόθεν τε καὶ μητρόθεν τῇ φύσει ἁμαρτωλοὺς γεννᾶσθαι, τουτέστι χωρὶς φόβου τοῦ θεοῦ, χωρὶς πεποιθήσεως τῆς ἐπὶ τὸν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ξὺν ἐπιθυμίᾳ καὶ ἀταξίᾳ, τὸ ἔμφυτον φαῦλον, καὶ μοχθηρὸν ἐνδεδυμένους. προσαγορεύουσι δὲ τὸ ἔμφυτον φαῦλον, καὶ μοχθηρὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, συμφρονέντως, καὶ ἀκολούθως τῇ τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γνώμῃ τε καὶ διδαχῇ, τὸ ὑπόδικον, καὶ ἔνοχον τῇ αἰωνίᾳ κατακρίσει πάντων ἀνθρώπων, διὰ τὸ τοῦ πρωτοπλάστου παράπτωμα, ἐφ᾽ ᾧ πᾶς ἄνθρωπος τέκνον τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τῇ φύσει γεννᾶται, καὶ τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ ὑπαίτιος, καὶ ὑποχείριος· Καὶ δὴ καὶ τὴν παραφθορὰν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὴν ἀπὸ τοῦ ἀδὰμ, παντὶ τῷ ἐμφυεῖσαν, ἢ καὶ τὴν στέρησιν, ἢ τὸ ὑστέρημα τῆς ἀρχῆθεν δικαιοσύνης, καὶ ὁλοκληρίας, ἢ ὑπακοῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν περιέχει.

Ἔστι δὲ τὸ ὑστέρημα, δεινή τις τυφλότης, καὶ ἄγνοια τοῦ θεοῦ, καὶ ἀχλὺς ἢ ἐπισκότησις τῆς θείας ἐλλάμψεως καὶ θεογνωσίας, ἥτις τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὁλοσχερῶς καὶ ἀπταίστως ἔτι ἐχούσῃ ἐνηυγάσατ᾽ ἂν, καὶ διαστροφὴ τῆς ὀρθότητος· Τουτέστι φθορὰ τοῦ ἀμεταπτώτου καὶ διηνεκοῦς τῆς ὑπακοῆς, καὶ τοῦ ἀνυποκρίτου καὶ ἀκραιφνοῦς καὶ ἀνυπερβλήτου τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις, τῇ εἰλικρινεῖ καὶ οὔπω παραπεπτωκυίᾳ ἀνθρωπίνῃ φύσει θεόθεν ἐγκεχαραγμένων. Λέγοντες τοῦτο τὸ νόσημα, ἢ κακίαν τῆς ἐφθαρμένης τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὄντως ἁμαρτίαν εἶναι, καταγινώσκουσαν καὶ μέχρι τοῦ παρόντος αἰώνιον θάνατον πάντων, τῶν μὴ ἀναγεννηθέντων διὰ τοῦ τε βαπτίσματος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Πελαγιανοί.

Οὕτω δι᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν φρονέντων τε καὶ διδασκόντων, κατακρίνονται οἱ πελαγιανοὶ ἐπονομα-

ἐπονομαζόμενοι, καὶ προσέτι καὶ ἄλλοι, οἵτινες οὖν, οἱ ἀρνούμενοι τὴν δὲ τὴν ἐκ γενετῆς μοχθηρίαν καὶ φαυλότητα, ἁμαρτίαν εἶναι πρὸς ἀτιμίαν τῆς ἀπολυτρώσεως, καὶ τῶν εὐεργετημάτων τοῦ χριστοῦ, διαμάχονται λέγοντες, τὸν ἄνθρωπον ταῖς οἰκείαις τῆς ψυχῆς δυνάμεσι, οἷόν τε εἶναι τὸν νόμον τοῦ θεοῦ πληρῶσαι καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ δικαιωθῆναι.

peccatum, & vt extenuent gloriam meriti & beneficiorum Chriſti, diſputant, hominem legi Dei ſatisfacere, & proprijs viribus rationis coram Deo iuſtificari poſſe.

Τὸ τρίτον.

Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, ἓν τῶν παρ' ἡμῖν διδασκομένων καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅτι ὁ λόγος, ἤγουν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν κοιλίᾳ τῆς μακαρίας ἀειπαρθένου μαρίας ἀνέλαβεν, ἵνα δύο φύσεις, ἡ θεία δηλονότι καὶ ἡ ἀνθρωπίνη, ἐν ἑνώσει ὑποστατικῇ ἀχωρίστως συνδεθεῖσαι, ἀεὶ διαπλῶσιν. Εἷς τοίνυν ὁ χριστὸς, ὄντως θεὸς, καὶ ὄντως ἄνθρωπος, τεχθεὶς ἐκ μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, ὄντως παθὼν, σταυρωθεὶς, θανὼν, καὶ ταφεὶς, ὥστε τὸν πατέρα ἡμῖν ἀποκαταλλάξασθαι, καὶ θυσίαν γενέσθαι, οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀρχαίου παραπτώματος, καὶ τοῦ ὑπαιτίου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντων, ὅσα παρανομοῦντες οἱ ἄνθρωποι καταδίκης ἄξια ἐργάζονται. Ὁ αὐτὸς καὶ εἰς ᾅδου κατῆλθε, καὶ ἀληθῶς ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀνέστη, κἄπειτα εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθε, καθεζόμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, ἀδιαλείπτως καὶ ἀτελευτήτως βασιλεύων, καὶ κυριεύων πάσης τῆς κτίσεως, καὶ ἁγιάζων τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, πέμψας εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διευθῦνον, παρηγοροῦν, καὶ ζωοποιοῦν αὐτοὺς, καὶ δὴ καὶ ὑπερασπίζον αὐτῶν κατὰ τοῦ τε διαβόλου, καὶ τοῦ τῆς ἁμαρτίας κράτους. Οὗτος ὁ χριστὸς περιφανῶς καὶ ἐνδόξως ἀπονοστήσειν μέλλει, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, κατὰ τὸ τῶν ἀποστόλων σύμβολον. Κατακρίνονται δὲ κἀνταῦθα, ὡς ἐν τοῖς περὶ τοῦ κεφαλαίοις, αἱ τόδε τῆς πίστεως ἄρθρον καταστρέχουσαι αἱρέσεις.

Δύο φύσεις χριστοῦ.

Ὃς ἱκανοποίησεν ὑπὲρ τοῦ ἀρχαίου παραπτώματος καὶ παρανομιῶν.

III.

ITem docent, quòd verbum, hoc eſt, filius Dei, aſſumſerit humanam naturam, in vtero beatæ Mariæ virginis, vt ſint duæ naturæ, diuina & humana, in vnitate perſonæ inſeparabiliter coniunctæ, vnus Chriſtus, verè Deus, & verè homo, natus ex virgine Maria, verè paſſus, crucifixus, mortuus, & ſepultus, vt reconciliaret nobis Patrem, & hoſtia eſſet non tantùm pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus actualibus peccatis hominum. Idem deſcendit ad inferos, & verè reſurrexit tertia die, deinde aſcendit ad cœlos, vt ſedeat ad dexteram patris, & perpetuò regnet & dominetur omnibus creaturis, ſanctificet credentes in ipſum, miſſo in corda eorum ſpiritu ſancto, qui regat, conſoletur, ac viuificet eos, ac defendat aduerſus diabolum & vim peccati. Idem Chriſtus palàm eſt rediturus, vt judicet viuos & mortuos reſuſcitatos, iuxta Symbolum Apoſtolorum.

Duplex natura Chriſti.

Qui pro originalibus & actualibus peccatis ſatisfecit.

Τὸ τέταρτον.

Ἵνα δὲ τούτων τῶν εὐεργετημάτων τοῦ χριστοῦ, τῆς ἀφέσεως δηλαδὴ τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῆς δικαιοποιΐας, καὶ ζωῆς τῆς αἰωνίου, ἐπιτυχεῖς γενώμεθα, διέταξεν ὁ χριστὸς τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἀνακήρυξιν, δι' ἧς αὗται αἱ μεγαλοδωρίαι τοῦ λυτρωτοῦ ἡμῖν προσφέ-

Τοῦ εὐαγγελίου ἀνακήρυξις.

IIII.

VT autem conſequamur hæc beneficia Chriſti, ſcilicet remiſsionem peccatorum, iuſtificationem, & vitam æternam, dedit Chriſtus Euangelium, in quo hæc beneficia nobis propo-

Euangelij prædicatio.

proponuntur, ſicut ſcriptum eſt Lucæ vltimo, prædicari pœnitentiam in nomine eius, & remiſsionem peccatorum inter omnes Gentes. Cùm enim omnes homines, naturali modo propagati, habeant peccatum, nec poſsint verè legi Dei ſatisfacere, Euangelium arguit peccata, & oſtendit nobis Mediatorem Chriſtum, & ſic docet nos de remiſsione peccatorum.

Gratis, ſola fide iuſtificamur.

Cùm Euangelium arguit peccata noſtra, corda perterrefacta ſtatuere debent, quòd gratis nobis propter Chriſtum donentur remiſsio peccatorum, & iuſtificatio per fidem, qua credere & confiteri debemus, hæc nobis donari propter Chriſtum, qui pro nobis factus eſt hoſtia, & placauit Patrem. Quanquam igitur Euangelium requirit pœnitentiam: tamen vt remiſsio peccatorum certa ſit, docet eam gratis donari, hoc eſt, non pendere ex conditione dignitatis noſtræ, nec dari propter vlla præcedentia opera, aut dignitatem ſequentium. Fieret enim incerta promiſsio, ſi ita ſentiendum eſſet, tum demum nobis contingere remiſsionem peccatorum, poſtquam eam præcedentibus operibus meriti eſſemus, aut ſatis digna eſſet pœnitentia.

Non operibus noſtris.

Conſcientia enim in veris pauoribus nullum inuenit opus, quod poſsit opponere iræ Dei, & Chriſtus nobis donatus & propoſitus eſt, vt ſit propiciator. Hic honos Chriſti non debet transferri in noſtra opera. Ideo Paulus dicit: gratis ſaluati eſtis.

Item,

προσφέρονται. Ὡς γέγραπται ἐν τῇ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελικῇ διηγήσει, κεφαλαίῳ τῷ ἐσχάτῳ, κηρυχθῆναι δεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Πάντων γὰρ ἀνθρώπων, ὡς προείρηται, τὸ τῆς φύσεως νοσερὸν καὶ ἀκάθαρτον περιβεβλημένων, καὶ πατρόθεν τε καὶ μητρόθεν ἁμαρτωλῶν γεννηθέντων, καὶ τὸν θεῖον νόμον παραβαινόντων, καὶ μὴ φυλάττειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, μήτ᾽ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὸν θεὸν ἀγαπᾶν δυναμένων, τὸ εὐαγγέλιον μέντοι καὶ τὰς ἁμαρτίας διελέγχει, καὶ τὸν μεσίτην καὶ λυτρωτὴν χριστὸν ἡμῖν ἀποδεικνύει, καὶ περὶ τῆς ἀφέσεως τῶν παραπτωμάτων ἡμᾶς μαθητεύει.

Δωρεὰν μόνῃ τῇ πίστει δικαιούμεθα.

Χρὴ γὰρ ἐξελεγχομένων καὶ καταφωρωμένων διὰ τοῦ εὐαγγελίου τῶν ἁμαρτιῶν, τοὺς ἐμφόβους ἐπ᾽ αὐταῖς, καὶ κατανυσσομένους τὰς καρδίας, ἐπερεισθέντας ταῖς ἐπαγγελίαις, ἀναμφιβόλως καὶ ἄνευ δισταγμοῦ πιστεύειν, δωρεὰν διὰ τὸν χριστόν, γενόμενον ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν, καὶ ἐξιλασάμενον ἡμῖν τὸν πατέρα, πασῶν ἡμᾶς ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπιτυγχάνειν, καὶ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δικαιοῦσθαι. Τοιγαροῦν εἰ καὶ ἀπαιτεῖ τὸ εὐαγγέλιον τὴν μετάνοιαν, ὅμως δ᾽ εἰς τὸ βεβαίαν εἶναι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, προῖκα καὶ δωρεάν, τουτέστι μὴ δι᾽ ἀξίαν τῆς ἀγαθουργίας ἡμῶν, μήτε διὰ τὰ προηγησάμενα ἢ παρεπόμενα τῶν ἡμετέρων κατορθωμάτων προσφέρεσθαι αὐτὴν ἡμῖν διδάσκει. Σφαλερὰ γὰρ καὶ ἀβέβαιος ἂν ἐγίνετο ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, εἰ νομιστέον ἂν ἦν, τηνικαδὴ ἐπιτεύξεσθαι ἡμᾶς αὐτῆς, ὅταν τοῖς προηγησαμένοις τῶν ἀγαθουργημάτων αὐτὴν μισθαρνήσωμεν, ἢ ἀξία ἱκανῶς τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως αὐτὴ ἡ μετάνοια οὖσα τυγχάνῃ·

Μὴ δι᾽ ἀγαθουργίαν ἡμῶν.

Ἐπειδὴ ἀδημονοῦσα καὶ στενοχωρουμένη ἡ συνείδησις οὐδὲν ἔργον εὑρίσκειν δύναται, ὃ τῇ τοῦ θεοῦ ὀργῇ ἀντιπαρατάσσοιτ᾽ ἄν· Καὶ δι᾽ αὐτὴν τήνδε τὴν αἰτίαν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὥστε μόνον αὐτὸν ἱλαστῆρα γενέσθαι. Διὸ χρὴ ταύτην τὴν τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ ἐξιλασμοῦ, μόνῳ τῷ χριστῷ ὀφειλομένην τε καὶ προσήκουσαν, οὐδαμῶς τοῖς ἡμετέροις ἔργοις προσνεμηθῆναι. Οὕτως οὖν καὶ ὁ παῦλος πρὸς ἐφεσίους ἔγραψε· Τῇ χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι, διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Καὶ πρὸς τοὺς ῥωμαίους·

Διὰ

Εἰρήνη τῆς συνειδήσεως.

Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν. Τότε γὰρ ἀσφαλῶς καὶ ἀμετακινήτως ἔχει τὸ συνειδὸς ἀμφὶ τὸ πιστεύειν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ὅταν ἀκούῃ, οὐκ ἐξηρτῆσθαι αὐτὴν τῆς ἀξίας ἡμῶν, ἀλλὰ χάρισμα εἶναι, καὶ δῶρον τοῦ θεοῦ, διὰ τὸν χριστὸν ἡμῖν διδόμενον. Αὕτη ἄρα ἡ παραμυθία βεβαία τε, καὶ τοῖς περιλύποις καὶ τεθλιμμένοις τὴν ψυχὴν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἀναγκαία ἐστι, καὶ τῇ τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων διδαχῇ συνᾴδει. Ὁ γὰρ Ἀμβρόσιος ὧδέ που φησί· Διετάγη ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῦτο, σωθῆναι τὸν πιστεύοντα εἰς χριστὸν, χωρὶς ἔργου, μόνῃ τῇ πίστει τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπιτυγχάνοντα.

Ἡ τῆς πίστεως λέξις.

Ἡ δὲ τῆς πίστεως λέξις οὐ μόνον τὴν ἱστορικὴν γνῶσιν ἐμφαίνει, ἀλλὰ καὶ τῆς πεποιθήσεως, καὶ συγκαταθέσεως σημαντική ἐστι, τῆς προσοικειούσης ἡμῖν τὴν περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ δικαιώσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου ἐπαγγελίαν, καὶ αὐτὴν τοῖς ἱστορουμένοις περὶ τοῦ χριστοῦ προσήκουσαν. Διὸ κἂν τῷ τῶν ἀποστόλων συμβόλῳ τῇ ἱστορίᾳ τοῦτο τὸ ἄρθρον πρόσκειται, πιστεύω ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὃ καὶ πάντων τῶν ἄλλων κορυφαῖόν ἐστι. Ταύτην γὰρ τὴν χάριν οἷον τέλος καὶ πέρας ὅλης τῆς ἱστορίας λέγων τις εἶναι, οὐκ ἂν ἀφαμαρτάνοι τοῦ ἀληθοῦς· Παθόντος γε καὶ ἀναστάντος διὰ τοῦτο τοῦ χριστοῦ, ὥστε δι᾽ αὐτὸν τὴν ἄφεσιν ἡμῖν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ ζωὴν αἰώνιον δοθῆναι.

Τὸ πέμπτον.

Τί τοῦ εὐαγγελίου κήρυγμα περιέχει.

Διέταξε τοίνυν ὁ χριστὸς τὴν διακονίαν τοῦ εὐαγγελίου, τήν τε μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀνακηρύττοντος. Ἔστι δ᾽ ἀμφότερον τὸ κήρυγμα καθολικόν. Πάσας γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀπελέγχει, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἄφεσιν αὐτῶν ἐπαγγέλλεται, ἵνα μὴ σφαλερὰν τις αὐτὴν καὶ ἀμφισβητήσιμον ἢ ἀβέβαιον εἶναι ὑπολαμβάνῃ· ἀλλ᾽ ἵνα πάντες οἱ ἐστενοχωρημένοι καὶ συντετριμμένοι τὰς καρδίας, τῇ ἐπιγνώσει τῶν ἁμαρτιῶν εἰδῶσι πιστευτέον εἶναι, τῇ χάριτι αὐτοῦ διὰ τὸν χριστὸν, καὶ μὴ διὰ τὴν ἰδίαν ἱκανοποιίαν ἢ ἀξιότητα τούτων ἀφίεσθαι. Καὶ οὕτως ἄρα παρηγοροῦντες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπαγγελίαις ταῖς ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἀνεγειρόμενοι τῇ πίστει, ἀνενδοιάστως τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπιτυχεῖς γινόμεθα, καὶ ἅμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ θεὸς ἡμῖν χαρίζεται.

Ἐπειδὴ

Pax conſcientiæ.

Item, ideo ex fide gratis, vt ſit firma promiſsio, hoc eſt, ita erit certa remiſsio, cum ſciemus, eam non pendere ex conditione noſtræ dignitatis, ſed donari propter Chriſtum. Hæc eſt firma & neceſſaria conſolatio pijs & perterrefactis mentibus. Atq; ita docent & S. Patres: Et extat apud Ambroſium memorabilis & inſignis ſententia, his verbis: hoc conſtitutum eſt à Deo, vt qui credit in Chriſtum ſaluus ſit, ſine opere ſola fide, gratis accipiens remiſsionem peccatorum.

Fidei vocabulum.

Et fidei vocabulum, non ſolùm cognitionem hiſtoriæ de Chriſto ſignificat: ſed etiam credere & aſſentiri huic promiſsioni, quæ eſt Euangelij propria, in qua propter Chriſtum nobis promittuntur remiſsio peccatorum, iuſtificatio, & vita æterna. Nam & hæc promiſsio ad hiſtoriam de Chriſto pertinet: ſicut & in Symbolo additus eſt hiſtoriæ hic articulus: Credo remiſsionem peccatorum. Et ad hunc articulum, reliqui de hiſtoria Chriſti referri debent. Nam id beneficium eſt finis hiſtoriæ: ideo Chriſtus paſſus & reſuſcitatus eſt, vt propter ipſum nobis donarentur remiſsio peccatorum & vita æterna.

V.

Quid in prædicatione Euangelij contineatur.

Itaq; inſtituit Chriſtus miniſterium docendi Euangelij, quod prædicat pœnitentiam & remiſsionem peccatorum. Eſtq; vtraq; prædicatio vniuerſalis: omnium peccata arguit, & omnibus credentibus promittit remiſsionem peccatorum, vt non ſit incerta remiſsio, ſed vt omnes perterrefactæ mentes ſciant, ſe debere credere, quòd certò ipſis donetur remiſsio peccatorum propter Chriſtum, non propter ipſorum merita, aut dignitatem. Hi omnes certò conſequuntur remiſsionem peccatorum. Et cùm hoc modo conſolamur nos promiſsione ſeu Euangelio, & erigimus nos fide, ſimul datur nobis Spiritus ſanctus.

Nam

Nam Spiritus ſanctus datur & eſt efficax per verbum & per Sacramenta. Cum Euangelium audimus aut cogitamus, aut Sacramenta tractamus, & fide nos conſolamur, ſimul eſt efficax Spiritus ſanctus, iuxta illud Pauli ad Galatas tertio: vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti detur credentibus. Et ad Corinthios: Euangelium eſt miniſterium Spiritus. Et ad Rom. Fides ex auditu eſt. Cum igitur fide nos conſolamur & liberamur à terroribus peccati, per Spiritum ſanctum, concipiunt corda cæteras virtutes, agnoſcunt verè miſericordiam Dei, concipiunt veram dilectionem, verum timorem Dei, fiduciam, ſpem auxilij diuini, inuocationem, & ſimiles fructus ſpiritus.

Contra dubitationem de ſalute.

Damnantur illi, qui de hac fide, qua remiſsio peccatorum accipitur, nihil docent, ſed iubent conſcientias dubitare, an conſequantur remiſsionem peccatorum. Et addunt, hanc dubitationem non eſſe peccatum. Item, docent homines conſequi remiſsionem peccatorum, propter propriam dignitatem, non docent, credendum eſſe, quòd gratis propter Chriſtum, remiſsio peccatorum donetur.

Anabaptiſtæ.

Damnant Anabaptiſtas & alios, qui ſentiunt, Spiritum ſanctum contingere ſine verbo externo hominibus, per ipſorum præparationes & opera.

VI.

Fides debet beneſaciendo actuoſa eſſe.

Item docent, quòd fides illa debeat bonos fructus parere, & quòd oporteat bona opera à Deo mandata facere, propter voluntatem Dei, non vt confidamus, per ea opera iuſtificationem coram Deo mereri. Nam

ἐπειδὴ διά τε τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν μυστηρίων, καὶ παραγίνεται αὐτὸ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐνεργάζεται, ἀκροωμένοις γε καὶ μελετῶσι τὴν εὐαγγελικὴν διδαχὴν, καὶ χρωμένοις τῇ τῶν μυστηρίων κοινωνίᾳ, καὶ τῇ πίστει ἑαυτοὺς παραμυθουμένοις. Λέγει γοῦν ἐν τῷ τρίτῳ τῆς πρὸς γαλάτας ἐπιστολῆς ὁ Παῦλος, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως ἰησοῦ χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. Καὶ πρὸς τοὺς κορινθίους γράφων ὁ αὐτὸς, τὸ εὐαγγέλιον διακονίαν τοῦ πνεύματος καλεῖ. Καὶ τοῖς ῥωμαίοις ἐπιστέλλων, ἡ πίστις, φησὶν, ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ. Διὸ παρακαλούντων ἡμῶν ἑαυτοὺς διὰ πίστεως, καὶ ἐλευθερουμένων τῶν ταραχῶν καὶ ὠδινῶν τῆς ἁμαρτίας διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀπογεννητικοῦ καὶ ἐμποιητικοῦ ταῖς καρδίαις ἡμῶν ὄντος καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, ἀληθῶς ἤδη τὸ εὔσπλαγχνον καὶ φιλάνθρωπον ἢ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ ἐπιγινώσκομεν, καὶ ἀγαπῶμέν τε καὶ φοβούμεθα αὐτὸν, πεποίθησιν, καραδοκίαν τῆς βοηθείας τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπίκλησιν αὐτοῦ μόνου, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια τῷ πνεύματι καρποφοροῦντες.

Κατὰ δισταγμοῦ περὶ σωτηρίας.

Οὕτω δὲ διδάσκοντες οἱ παρ' ἡμῖν θεολογοῦντες, καταγινώσκουσι πάντων τῶν μὴ καὶ αὐτῶν ταύτην τὴν πίστιν, ἀφέσεως δηλονότι τῶν ἁμαρτιῶν μόνην καταληπτικὴν διδασκόντων, ἀλλὰ διστάζειν καὶ ἀμφιβόλως ἔχειν τὰς συνειδήσεις κελευόντων, περὶ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καὶ λεγόντων τὸν δισταγμὸν οὐχ ἁμαρτίαν εἶναι καὶ δὴ κἀκείνων, οἵ τινες διδάσκοντες τοὺς ἀνθρώπους οὐ κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατ' ἀξίαν τὴν οἰκείαν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἐπιτυχεῖν, οὐ πιστευτέον εἶναι φασὶ, δωρεὰν αὐτοὺς διὰ τὸν χριστὸν δικαιοῦσθαι.

Ἀναβαπτισταί.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τῶν ἀναβαπτιστῶν, καὶ ἄλλων πάντων τούτοις παραπλησίων φρονούντων τε καὶ διδασκόντων τὸ ἅγιον πνεῦμα χωρὶς καὶ παρεκτὸς τοῦ ἐξωτέρου λόγου, καὶ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου ταῖς ἰδίαις παρασκευαῖς καὶ ἀγαθουργίαις τοὺς ἀνθρώπους λαμβάνειν.

Τὸ ἕκτον.

Πίστιν τῷ ἀγαθουργεῖν ἐνεργὸν εἶναι δεῖ.

Ἐχόμενον δὲ τῶν εἰρημένων καὶ τόδε, δεῖν τήνδε τὴν πίστιν οὐκ ἀργὴν καὶ ἄκαρπον εἶναι, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἐνεργὸν καὶ καρποφόρον. Καὶ χρῆναι τοὺς πιστοὺς τὰ καλὰ τῶν ἔργων, τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐντεταλμένα, ἀπεργάζεσθαι, διὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πρόσταγμα· ἀλλὰ μὴ, ἵνα θαῤῥῶσι δι' αὐτῶν τῆς ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης καταξιωθῆναι,

Ἡ γὰρ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ δικαιοσύνη, τῇ πίστει καταλαμβάνεται, καθὼς μαρτυρεῖ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ χριστοῦ φωνή, φάσκοντος· ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν. Οὐ γὰρ δύναται ἡ ἀνθρωπίνη συνείδησις τὸ τῶν ἁμαρτιῶν καθαρὸν καὶ ἀνέγκλητον ἢ ἀθῷον ἑαυτῆς, τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ θεοῦ ἀντιπαρατάσσειν: καθάπερ λέγει ψαλμὸς ὁ ρμβ. μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ὁ ζῶν. Καὶ ὁ ἰωάννης ἐν τῇ προτέρᾳ κεφαλαίῳ τῷ πρώτῳ φησίν. ἐὰν εἴπωμεν, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας.

φίζεσθαι καὶ διαβάλλειν τὸ ῥητὸν οἷός τ' εἴη ἄν, τοῖς ἱερεῦσι μόνον τόδε λελέχθαι διατεινόμενος μαρτυρεῖ ὁ Παῦλος ἐν τῷ τῆς προτέρας πρὸς κορινθίους ἐπιστολῆς ἑνδεκάτῳ, ὅλην τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν ἀμφοτέρῳ τῷ εἴδει κεχρῆσθαι. Ἱστοροῦσι δὲ καὶ οἱ ἐκκλησιαστικοὶ ξυγγραφεῖς, μέχρι πολλοῦ οὕτω τὸ ἔθος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τετηρῆσθαι, ὥστε τῶν ἀδήλων καὶ ἀγνοουμένων εἶναι, πότε καὶ ὑφ' οὗ ἂν μεταβεβλημένον ᾖ. Ὁ Κυπριανὸς ἐν διαφόροις τόποις λέγει, ἀμφότερον τὸ εἶδος τῷ λαῷ δοθῆναι. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ ἐν ὁσίοις Ἱερώνυμος διϊσχυρίζει, ὧδε γράφων· οἱ ἱερεῖς τῇ εὐχαριστίᾳ ὑπηρετοῦσι, καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ τοῖς λαοῖς διανέμουσι. Πρὸς τούτοις δὲ αὐτὸς ὁ γελάσιος, ὁ πρόπαλαι ἐν ῥώμῃ ἀρχιερεὺς γενόμενος, διαιρεῖσθαι τοῦτο τὸ μυστικὸν δεῖπνον ἀποκωλύει, διορισμῷ β'. περὶ καθιερώσεως, κεφαλαίῳ ἀρχικὴν λέξιν λατινιστὶ ἔχοντι τὸ κομπερίμους. Εὑρεθείη δ' ἂν οὐδὲ εἷς τῶν κανόνων, ἑνὶ μόνον εἴδει χρῆσθαι κελεύων, ὥστε χθὲς δὲ πρωὶ (φασὶ) οὕτω τὸ ἔθος λεληθότως εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεισεληλυθέναι. Ἔστι δὲ τῶν ἀναντιρρήτων, πᾶν ἔθος τοῖς τοῦ θεοῦ προστάγμασιν ἐναντιούμενον, ἀθετεῖσθαι δὲ ἀποδοκιμάζεσθαι δεῖν, κατ' αὐτὴν τῶν κανόνων ἐπιμαρτυρίαν, διορισμῷ η'. κεφ. τῇ ἀληθείᾳ, μετὰ τῶν ἑξῆς. Οὐ συναδούσης οὖν τῆσδε τῆς συνηθείας, περὶ ἧς ὁ παρὼν λόγος ἐστὶν, οὔτε τῇ ἁγίᾳ γραφῇ, οὔτε τοῖς παλαιοῖς τῶν κανόνων, οὔτε τῷ τῆς ἐκκλησίας παραδείγματι, οὐκ ἔδοξεν ἡμῖν τοὺς κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ διάταξιν τῷ κυριακῷ δείπνῳ χρῆσθαι βουλομένους, πρὸς τὸ ἄλλως ποιεῖν, ἐναντίως γε τῇ τοῦ Χριστοῦ παραγγελίᾳ, καὶ βλαβερῶς τῇ ἰδίᾳ συνειδήσει βιάσασθαι.

Κἀπειδὴ ἡ τοῦ κυριακοῦ δείπνου διαίρεσις τῇ τοῦ Χριστοῦ προστάξει ἐναντιοῦται, δὲ ἡ ἐν ἔθει πρὸ τοῦ γενομένη περιφορὰ μηκέτι παρ' ἡμῖν γίνεται.

Περὶ γάμου τῶν ἱερέων.

ΤΗν τῶν ἱερέων ἀσέλγειαν οὐδείς ἐστιν ὁ ἀγνοῶν, μεμψαμένων αὐτοῖς κοινῇ πάντων τοῦ ἀνεγκρατοῦς καὶ αἰσχρουργοῦ τῶν τρόπων. Διὸ καὶ πάπας ὁ εὐσεβὴς ἐπικλήδην προσαγορευόμενος εἰρηκέναι λέγεται, αἴτια μέν τινα γεγονέναι τοῦ γάμων ἀπειρχθῆναι τοὺς ἱερεῖς, πολλῷ δὲ μείζω καὶ ἀξιολογώτερα εἶναι τοῦ συγχωρεῖσθαι αὐτοῖς τὸ γαμεῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον τῷ πλατινᾷ. Βουλόμενοι τοίνυν οἱ παρ' ἡμῖν ἱερεῖς φυλάττεσθαι τοιαῦτα τὰ

δημόσια

hoc ad ſacerdotes tantùm pertineat, Paulus ad Corinthios teſtatur, totam Eccleſiam vtraq; ſpecie vſam eſſe. Et diu manſit hic mos in Eccleſia: nec conſtat quando, aut quo autore mutatus ſit. Cyprianus aliquot locis teſtatur, populo ſanguinem datum eſſe. Idem teſtatur Hieronymus: Sacerdotes Euchariſtiæ miniſtrant, & ſanguinem Chriſti populis diuidunt. Immò Gelaſius Papa mandat, ne diuidatur Sacramentum, diſt: *2.* de conſecratione, cap. comperimus. Tantùm conſuetudo non ita vetus aliud habet. Conſtat autem, quòd conſuetudo, contra mandata Dei introducta, non ſit probanda, vt teſtantur canones diſtinct. *81.* cap. veritate, cum ſequentibus. Hæc verò conſuetudo non ſolùm contra ſcripturam, ſed etiam contra veteres canones, & exemplum Eccleſiæ, recepta eſt. Quare ſi qui maluerunt vtraq; ſpecie Sacramenti vti, non fuerunt cogendi, vt aliter facerent, cum offenſione conſcientiæ.

Et quia diuiſio Sacramenti non conuenit cum inſtitutione Chriſti, ſolet apud nos omitti proceſsio, quæ hactenus fieri ſolita eſt.

De coniugio Sacerdotum.

PVblica querela fuit de exemplis Sacerdotum, qui non continebant. Quam ob cauſam & Pius Papa dixiſſe fertur: fuiſſe aliquas cauſas, cur ademtum ſit Sacerdotibus coniugium, ſed multò maiores eſſe cauſas cur reddi debeat. Sic enim ſcribit Platina. Cùm igitur Sacerdotes apud nos publica illa

ſcandala

ſcãdala vitare vellent, duxerũt vxores, ac docuerunt, quòd liceat ipſis contrahere matrimoniũ. Primùm quia Paulus dicit: vnuſquiſq; habeat vxorem ſuam propter fornicationem. Item, melius eſt nubere quàm vri. Secundò, Chriſtus inquit: non omnes capiunt verbum hoc: vbi docet, non omnes homines ad cœlibatum idoneos eſſe, quia Deus creauit hominem ad procreationem, Gen. *1.* Nec eſt humanæ poteſtatis, ſine ſingulari dono & opere Dei, creationem mutare. Igitur qui non ſunt idonei ad cælibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei & ordinationem, nulla lex humana, nullum votum tollere poteſt. Ex his cauſis docent ſacerdotes, ſibi licere vxores ducere. Conſtat etiam in Eccleſia veteri ſacerdotes fuiſſe maritos. Nam & Paulus ait, Epiſcopum eligendum eſſe, qui ſit maritus. Et in Germania primùm ante annos quadringẽtos, ſacerdotes vi coacti ſunt ad cœlibatum, qui quidem adeò aduerſati ſunt, vt Archiepiſcopus Moguntinus, publicaturus edictum Rom. Pontificis, penè ab iratis ſacerdotibus per tumultum oppreſſus ſit. Et res geſta eſt tam inciuiliter, vt non ſolùm in poſterum coniugia prohiberentur, ſed etiã præſentia, contra omnia iura, diuina et humana, contra ipſos etiam canones factos, non ſolùm à Pontificibus, ſed à laudatiſsimis Synodis, diſtraherentur.

Germanis ſacerdotibus cœlibatus vi impoſitus.

δημόσια σκάνδαλα, ἐγάμησαν ἐξεῖναι τοῦτ' αὐτοῖς διδάσκοντες, πρῶτον μὲν ὅτι ὁ Παῦλος τοῖς κορινθίοις ἐπιστέλλων φησὶ, διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Καὶ μετ' οὐ πολύ· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. Εἶτα δὲ, ὅτι αὐτὸς ὁ χριστὸς λέγει, οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἐμφαίνων, οὐ πάντας πρὸς τὸ ἀγάμως ζῆν ἐπιτηδείους εἶναι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ γεννᾶν καὶ τεκνογονεῖν, τὸ ἄρρεν ὁ θεὸς καὶ τὸ θῆλυ ἔκτισεν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ τῆς Γενέσεως πρώτῳ. Καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπου οὔτινος οὖν ἔργον εἶναι λέγοι ἂν, ἄνευ ἐξαιρέτου τινὸς τῆς ἐγκρατείας χαρίσματος θεοδωρήτου γε τὰ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ μεταβάλλειν. Διὸ τοὺς ἀνεπιτηδείως ἔχοντας πρὸς φυλακὴν τῆς παρθενίας, γαμεῖν χρεὼν, ἐπεὶ τὸ πρὸς τοῦ θεοῦ ἐντεταλμένον οὐδεὶς νόμος τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ οὐδεμία εὐχὴ ἀναιρεῖν δύναιτ' ἄν. Τούτοις πίσυνοι ἄρα τοῖς αἰτίοις, διδάσκουσιν οἱ παρ' ἡμῖν τὴν διακονίαν καὶ ἱερουργίαν τοῦ εὐαγγελίου πεπιστευμένοι, ἐξεσόν σφιν εἶναι τὸ γαμεῖν. Οἴδαμεν δὲ κἀν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ τοὺς ἱερεῖς γεγαμηκέναι· Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι κελεύει τὸν γαμετὴν ὄντα, κἀν τῇ Γερμανίᾳ πρὸ ἐτῶν τετρακοσίων οἱ ἱερεῖς τὸ πρῶτον τοῦ γάμου κατὰ κράτος ἀπηλάθησαν, οὕτω δυσχεραίνοντες πρὸς τοῦτο τὸ πρόσταγμα, ὥστε τὸν μογουντινέα ἀρχιεπίσκοπον δημοσιεύειν ἐπιχειροῦντα τὸ τοῦ ῥωμαϊκοῦ ἀρχιερέως περὶ τῆς ἀγαμίας ψήφισμα, μικροῦ δεῖν ὑπὸ τῶν δυσμενῶς αὐτῷ καθ' ὑπερβολὴν ἐχόντων ἱερέων, ἐν θορύβῳ τινὶ καὶ συστροφῇ ὑπ' αὐτῶν γινομένῃ διαφθαρῆναι. Ἐπράχθη δὲ μετὰ τοσαύτης ἀνεπιεικείας τόδε τὸ πρᾶγμα, ὥστε μὴ μόνον τὸ γαμῆσαι εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον τοῖς ἱερεῦσι ἀπαγορευθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰς γινομένας πρότερον, καὶ οὔσας ἤδη συζυγίας, παρὰ πάντας τούς τε θείους καὶ ἀνθρωπείους νόμους, καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς τοὺς κανόνας, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ᾀδομένων πανταχόθι συνόδων πεποιημένους διαλυθῆναι.

Οἱ τῆς γερμανίας ἱερεῖς ἠναγκασμένοι πρὸς ἀγαμίαν.

Et cùm, ſeneſcente mundo, paulatim humana natura fiat imbecillior, conuenit proſpicere, ne plura vitia ſerpant in Germaniam.

Ἔχεται δὲ τῶν εἰρημένων καὶ τόδε, οὐκ ἐλάχιστον τῶν τοῦ γαμεῖν δεῖν αἰτίων ὄν· ὅτι δηλαδὴ γινομένης, γηράσκοντος ἤδη τοῦ κόσμου, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καθημέραν ἀσθενεστέρας, καὶ μᾶλλον πρὸς τὸ φαῦλον ῥεπούσης, προσεκτέον ἄρα τὸ νῦν, καὶ φυλακτέον ἐστὶ παντὶ τρόπῳ, ὅπως μὴ πλῆθος κακιῶν μεῖζον εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν τὴν Γερμανίαν παρεισελθὸν ἡμᾶς λάθῃ. Ὅσῳ γὰρ ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον καὶ ἀτονώτερον τὰ τῆς φύσεως ὑποῤῥεῖ, τοσοῦτον ἐπακμάζειν τὸ μοχθηρὸν καὶ φιλήδονον εἴωθε.

Porrò Deus inſtituit coniugium, vt eſſet remedium humanæ infirmitatis. Ipſi canones veterem rigorem interdum poſterioribus temporibus, propter imbecillitatem hominum, laxan-

Διέταξε δὲ τὸν γάμον ὁ θεὸς, ὡς θεραπείαν τινὰ καὶ φάρμακον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας· καὶ αὐτοὶ οἱ κανόνες τὸ ἄνω κεκρατημένον ἀκριβὲς, ἐνίοτε κατὰ τὸν μετέπειτα χρόνον, διὰ τὸ ἄῤῥωστον τῶν ἀνθρώπων, ἐπιεικίζε-

ἐπιεικίζεσθαι δεῖν κελεύουσιν, ὥστε δὴ ἵνα κἂν τούτῳ νυνὶ τῷ πράγματι γένοιτο, τῶν εὐκταιοτάτων καὶ ποθεινοτάτων εἴη ἄν. Πρὸς δὲ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀποίμαντα ἔσεσθαι, καὶ μετ᾽ οὐ πολλὺν χρόνον διδασκάλων ἐνδεῶς ἕξειν φαίνεται, ἐὰν μὴ τὸ γαμεῖν τοῖς ἱερεῦσι συγχωρηθῇ.

ἐγκειμένης οὖν τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ, καὶ φανεροῦ ὄντος τοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ πρόπαλαι ἐθισμένου, τοῦ βίου τῶν ἀγάμως ζώντων ἀσελγοῦς παμπλεῖστα σκάνδαλα, μοιχείαν λέγω καὶ ἄλλα αἰσχρουργήματα τιμωρίας παρὰ τῶν ἀρχόντων ἄξια ἀποτίκτοντος, οὐκ ἀπεικότως θαυμαστόν τινι φαίνοιτ᾽ ἄν, κατ᾽ οὐδενὸς ἄλλου τοσαύτῃ ἀπηνείᾳ χρῆσθαι τοὺς κωλύοντας τὸ γαμεῖν, ὡς κατὰ τοῦ γάμου τῶν ἱερέων. Ὁ θεὸς ἔντιμον εἶναι τὸν γάμον προστάττει, καὶ οἱ νόμοι ἐν πάσαις ταῖς εὐνόμοις τῶν πολιτειῶν, καὶ παρ᾽ αὐτοῖς τοῖς ἔθνεσι διὰ τιμῆς αὐτὸν ἄγουσι τῆς μεγίστης. Νυνὶ δὲ οἱ ἱερεῖς ὄντες, ὧν ἐν πρώτοις ἔδει φείσασθαι, ὡς κακοποιοί τινες ἐπ᾽ οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ ἐπὶ γάμῳ, τιμωρίαις παρὰ τοὺς κανόνας κολάζονται ταῖς βαρυτάταις. Ὁ παῦλος δαιμονίων διδασκαλίαν καλεῖ τὴν ἀπαγορεύουσαν τὸ γαμεῖν, ἐν τετάρτῳ τῆς προτέρας πρὸς Τιμόθεον. Ὅπερ συνιέναι τῶν ῥᾴστων ἐστὶ, τοιαύταις κολάσεσι καὶ ἐπιτιμίοις τῆς τοῦ γάμου ἀπαγορεύσεως προασπιζομένης.

Τὰς τῆς ἐγκρατείας εὐχὰς τοῖς ἀδυνάτοις οὐ τηρεῖν ἔξεστι.

Ὥσπερ δὲ οὐδεὶς τῶν ἀνθρωπίνων νόμων οἷός τε τὰ θεόθεν κελευόμενα καταργεῖν, οὕτως οὐδὲ δὴ αἱ εὐχαὶ τοῦτο ποιεῖν δύναιντ᾽ ἄν. Διὸ καὶ ὁ Κυπριανὸς γαμεῖν ταῖς γυναιξὶ συμβουλεύει, ταῖς μὴ καθ᾽ ὑπόσχεσιν ἁγνευούσαις, καὶ ἐγκρατευομέναις. Ἔχει γὰρ τὸ γεγραμμένον αὐτῷ ἐν τῷ ά. τῶν βιβλίων ἐπιστολῇ ιά. ὧδε· ἐὰν δὲ προσκαρτερεῖν ἤτοι μὴ δύνωνται, ἢ μὴ ἐθέλωσι, κρεῖττόν ἐστι γαμεῖν αὐτὰς, ἢ τρυφώσας εἰς πῦρ ἐμπεσεῖν. Μηδαμῶς γε τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ τὰς ἀδελφὰς σκανδαλιζέτωσαν. Καὶ αὐτοὶ οἱ κανόνες ἐπιεικείᾳ τινὶ χρῶνται πρὸς τοὺς πρὸ τῆς προσηκούσης ἡλικίας εὐξαμένους, ὥσπερ δὴ μέχρι τοῦ παρόντος γενέσθαι εἴωθε.

Περὶ λειτουργίας.

Τὴν λειτουργίαν μετὰ ὀρθοτέρας ἤτοι τῆς κυριακῆς διανομῆς κατέχομεν.

Ψευδῶς ἐγκαλοῦσι τοῖς ἡμετέροις, οἱ λέγοντες ἀνῃρηκέναι αὐτοὺς τὴν λειτουργίαν. Γίνεται γὰρ ἔτι παρ᾽ ἡμῖν ἡ λειτουργία πολλῷ εὐλαβεστέρως τε καὶ σεβασμιωτέρως ἢ παρ᾽ αὐτοῖς τοῖς ἀντιδίκοις ἡμῶν, καὶ νουθετοῦνται οἱ λαοὶ συχνάκις περὶ τῆς κοινωνίας. Τίνος ἕνεκα καὶ ὑφ᾽ ὅτου διατέτακται, καὶ πῶς τις αὐτῇ χρῆσθαι ὀφείλει. Ἤγουν πρὸς παράκλησιν τῆς ἀ-

θύμως

laxandum eſſe dicunt, quod optandum eſt vt fiat & in hoc negocio. Ac videntur aliquando Eccleſijs defuturi paſtores, ſi diutius prohibeatur coniugium.

Cùm autem extet mandatum Dei, cùm mos Eccleſiæ notus ſit, cùm impurus cœlibatus plurima pariat ſcandala, adulteria,& alia ſcelera, digna animaduerſione boni magiſtratus: Tamen mirum eſt, nulla in re maiorem exerceri ſæuitiam,quàm aduerſus coniugium Sacerdotum. Deus præcipit honore afficere coniugium: Leges in omnibus rebus publicis benè conſtitutis, etiam apud Ethnicos, maximis honoribus ornauerunt: At nunc capitalibus pœnis excruciantur,& quidem Sacerdotes contra canonum voluntatem, nullam aliam ob cauſam, niſi propter coniugium. Paulus vocat doctrinam dæmoniorum, quæ prohibet coniugium, 1. Tim. 4. Id facilè nunc intelligi poteſt, cùm talibus ſupplicijs prohibitio coniugij defenditur.

Ne caſtitatis quidem vota, ab impotentibus ſeruanda.

Sicut autem nulla lex humana poteſt mandatum Dei tollere, ita nec votum poteſt tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus ſuadet, vt mulieres nubant, quæ non ſeruant promiſſam caſtitatem. Verba eius ſunt hæc, lib. 1. Epiſt. 11. Si autem perſeuerare nolunt, aut non poſſunt,melius eſt vt nubant, quàm vt in ignem delicijs ſuis cadant, certè nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant. Et æquitate quadam vtuntur ipſi canones erga hos, qui ante iuſtam ætatem vouerunt, quomodo ferè hactenus fieri conſueuit.

De Miſſa.

Miſſam, rectiore cæna dominice adminiſtratione, retinemus.

Falſò accuſantur Eccleſiæ noſtræ, quòd Miſſam aboleant. Retinetur enim Miſſa apud nos, & ſumma reue-

rentia

rentia celebratur, ſeruantur vſitatæ ceremoniæ ferè omnes, præterquam, quòd latinis cantionibus admiſcentur alicubi Germanicæ, quæ additæ ſunt ad docendum populum. Nam ad hoc vnum opus eſt ceremonijs, vt doceant imperitos, & tractatio verbi Dei excitet aliquos ad verum timorem, & fidem, & inuocationem. Et non ſolùm Paulus præcipit vti lingua intellecta populo, ſed etiam ita conſtitutum eſt humano iure.

Ceremoniarum vſus.

Adſueſit populus, vt vnà vtantur Sacramento, ſi qui ſunt idonei. Id quoque auget reuerentiam & religionem publicarum ceremoniarum. Nulli enim admittuntur, niſi priùs explorati. Admonentur etiam homines de dignitate & vſu Sacramenti, quantam conſolationem adferat pauidis conſcientiis, vt diſcant Deo credere, & omnia bona à Deo expectare & petere. Hic cultus delectat Deum, talis vſus Sacramenti alit pietatem erga Deum.

Conſtat autem, hanc quoq; publicam & longè maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuiſſe, quòd miſſæ profanarentur, collatæ ad quæſtum. Non enim obſcurum eſt, quàm latè pateat hic abuſus, in omnibus templis, à qualibus celebrentur miſſæ, tantùm propter mercedem aut ſtipendium, quàm multi contra interdictum canonum celebrent. Paulus autem grauiter minatur his, qui indignè tractant Euchariſtiam, cum ait: qui ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Miſſarum ob quæſtum celebratio impia.

Neq; ignorauerunt hos abuſus Epiſcopi, qui ſi correxiſſent eos in tempore, minus nunc eſſet diſſenſionum. Antea ſua diſsimulatione multa

Epiſcopis oſcitantibus, abuſus Miſſæ creuerunt.

θύμους ἐχούσης συνειδήσεως, συντηροῦνται δὲ καὶ αἱ συνήθεις τῶν τελετῶν σχεδὸν πᾶσαι, πλὴν ὅτι τοῖς λατινιστὶ ᾄδεσθαι εἰωθόσιν, ἔσθ' ὅπου τευτονικαί τινες ᾠδαὶ προσμίγνυνται, ἐπὶ τῷ συνεισενεγκεῖν αὐτὰς πρὸς τὴν διδαχήν, ὥστε καταμαθεῖν τὸν λαὸν τὴν τοῦ χριστιανισμοῦ κατήχησιν. Ἔστι γὰρ ἡ χρεία τῶν τελετῶν ἀληθινὴ ἥδε, διδάσκειν τοὺς ἀφελεστέρους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τῆς πραγματείας τοῦ θείου ῥήματος, τινὰς τῶν παρόντων ἤτοι πρὸς φόβον τοῦ θεοῦ, ἢ πρὸς πίστιν καὶ ἐπίκλησιν διεγείρειν. Καὶ οὐ μόνον ὁ Παῦλος γλώσσῃ τῇ εὐσυνέτῳ καὶ γνωρίμῃ τῷ λαῷ χρῆσθαι κελεύει, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ νόμῳ οὕτω προστέτακται.

Χρῆσις τῶν τελετῶν.

Ἐθίζεται δὲ ὁ παρ' ἡμῖν λαὸς συνηθροισμένως τῇ κοινωνίᾳ χρῆσθαι, ὄντων τινῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὸ μεταλαμβάνειν αὐτῆς. Ὅπερ καὶ αὐτὸ τῶν συμβαλλόντων ἐστὶ πρὸς αὔξησιν τῆς εὐσεβείας, καὶ τιμῆς τῶν τελετῶν. Οὐδένα γὰρ προσίενται οἱ ἡμέτεροι τῶν μὴ πρότερον ἐξετασθέντων, καὶ κατηχοῦνται οἱ ἄνθρωποι περὶ τῆς τε ἀξίας καὶ χρείας τοῦ κυριακοῦ δείπνου, ὅσην δηλαδὴ παραμυθίαν φέρει ταῖς συντετριμμέναις καὶ ἐκτεταραγμέναις τῶν συνειδήσεων, ὥστε μαθεῖν αὐτὰς τῷ θεῷ πιστεύειν, καὶ πάντα τὰ καλὰ παρ' αὐτοῦ μόνου προσδοκᾶν τε καὶ ζητεῖν. Αὕτη ἡ λατρεία ἀποδεκτός ἐστι τῷ θεῷ, καὶ τοιαύτη τῆς κοινωνίας χρῆσις τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειαν διατρέφει.

Κατάδηλον δ' ἐν τοῖς μάλιστα καὶ τόδε, πάντας τοὺς θεοσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων πάνυ δυσφορῆσαι, καὶ δὴ καὶ δημοσίως μέμψασθαι τῇ βεβηλώσει, καὶ μεταφορᾷ τῆς λειτουργίας εἰς πορισμόν. Οὐ γὰρ τῶν ἀποκεκρυμμένων ἐστὶν, ἐφ' ὅσον πλάτος αὔξει ἐν πᾶσι τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἡ τῆς λειτουργίας ἀπόχρησις, καὶ ὁποῖοί τινες εἰσὶν οἱ τόδε τὸ μυστήριον λειτουργοῦντες, μόνον ἐπὶ μισθῷ τινι, καὶ ὅσον πλῆθός ἐστι τῶν παρὰ τοὺς κανόνας οὕτω ποιούντων. Ὁ δὲ Παῦλος δεινῶς ἀπειλεῖ τοῖς ἀναξίως τὴν εὐχαριστίαν μεταχειριζομένοις, φάσκων ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τῆς προτέρας πρὸς Κορινθίους· ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου· νουθετηθέντες οὖν οἱ παρ' ἡμῖν ἱερεῖς περὶ ταύτης τῆς ἁμαρτίας, ἔληξαν τῶν κατ' ἰδίαν λειτουργιῶν, γινομένων σχεδὸν ἁπασῶν ἐπ' οὐδεμιᾷ τινι ἄλλῃ αἰτίᾳ, εἰ μὴ ἐπὶ πορισμῷ.

Τῶν λειτουργιῶν εἰς πορισμὸν μεταβολὴ ἀνόσιος.

Ταύτας δὲ τὰς καταχρήσεις οἱ ἐπίσκοποι οὐκ ἠγνόησαν· ἃς εἰ ἔφθησαν ἐν καιρῷ κατορθώσαντες, ἧττον ἂν ἤδη ἦν διαφωνιῶν. Προσποιούμενοι δὲ οὐχ ὁρᾶν τὰ τοιαῦτα, πολλὰς μὲν

μοχθηρίας

Χασμωμένων τῶν Ἐπισκόπων αἱ τῆς λειτουργίας παραχρήσεις ηὔξαν.

μοχθηρίας καὶ πλημμελείας εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὑπεισδῦναι ἀνέχοντο, ὄψε νῦν δυσχεραίνειν, καὶ σχετλιάζειν, καὶ ταλανίζειν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀρχόμενοι τῶν θορυβοποιουμένων ἐν αὐτῇ, οὐκ ἀλλαχόθεν εἰμὴ ἀπ' ἐκείνων τῶν παραχρήσεων ἀφορμὴν λαβόντων, οὕτω καταδήλων οὐσῶν, ὥστε ἀφορήτους καὶ οὐκ ἀνασχέτους ἔτι εἶναι. Διὸ περὶ τῆς λειτουργίας διαφωνίαι τῶν μεγίστων τινες ἐγένοντο, καὶ δοκεῖ ἡ οἰκουμένη τοσούτῳ ἄχθει τῶν συμφορῶν καὶ ἀθλιοτήτων πεφορτισμένη, δίκην δοῦναι τῆς βεβηλώσεως τῶν λειτουργιῶν, ἣν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τῆς τοῦ χριστοῦ διαταγῆς καταχρατῆσαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οἴδαμεν, σιγώντων πρὸς τόδε καὶ ἡσυχαζόντων ἐκείνων, οἵτινες ὤφειλόν τε καὶ οἷοί τε ἦσαν τὸ διεστραμμένως καὶ μὴ ὑγιῶς ἔχον, διορθοῦν καὶ θεραπεύειν. Γέγραπται γὰρ ἐν δεκαλόγῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ. Καὶ μέντοι ἀπὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου μηδὲν τῶν θείων οὕτω πρὸς πορισμὸν μετενεχθῆναι φαίνεται, ὡς ἡ λειτουργία.

Ἐντεῦθεν τῶν συμφορῶν ἀρχή.

multa vicia paſſi ſunt in Eccleſiam ſerpere. Nunc ſerò incipiunt queri de calamitatibus Eccleſiæ, cùm hic tumultus non aliunde ſumſerit occaſionem, quàm ex illis abuſibus, qui tam manifeſti erant, vt tolerari amplius non poſſent. Magnæ diſſenſiones de Miſſa, de Sacramento extiterunt. Fortaſſe dat pœnas orbis tam diuturnæ profanationis Miſſarum, quam in Eccleſijs tot ſeculis tolerauerunt iſti, qui emendare & poterant & debebant. Nam in decalogo ſcriptum eſt: qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus. At ab initio mundi nulla res diuina ita videtur vnquam ad quæſtum collata fuiſſe, vt Miſſa.

Epiſcopis oſcitantibus, abuſus Miſſæ creuerunt.

Hinc calamitatum origo.

Ταῖς λειτουργίαις παραπτώματα τῶν ζώντων καὶ τεθνηκότων ἀναιρεῖσθαι ἐνόμισαν.

Ἐγένετο δὲ τῶν αὐξησάντων τὰς κατ' ἰδίαν λειτουργίας εἰς ἄπειρον καὶ αὕτη ἡ κακοδοξία, ἱκανοποιῆσαι μὲν τὸν χριστὸν τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι ὑπὲρ τῆς ἀρχαίας λώβης, τουτέστι τῆς παρὰ τῶν πρωτοπλάστων παραπεσόντων ἤδη, καὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ὑπερβάντων πᾶσιν ἀνθρώποις προστριφθείσης τε καὶ ἐμπεφυτευμένης ἁμαρτίας· διατάξαι δὲ τὴν λειτουργίαν, ὅπως προσφορὰ δι' αὐτῆς γένοιτο, ὑπὲρ τῶν καθημέραν πλημμελουμένων ἡμῖν θανατηφόρως τε καὶ συγγνωστῶς. Τῆσδε τῆς ψευδοδοξίας οἱονεὶ ῥίζης τινὸς κἀκείνη ἡ οἴησις ἀπογέννημά ἐστι, ἔργον τι εἶναι τὴν λειτουργίαν καὶ τελετὴν, τὴν δι' αὐτὸ ἐπιτετελέσθαι αὐτὴν, τὰς τῶν ζώντων καὶ νεκρῶν ἁμαρτίας αἴρουσαν. Ὅθεν ἀφορμῆς τινες λαβόντες, διαπορεῖν ἤρξαντο, πότερον μία τις λειτουργία, ὑπὲρ πολλῶν γινομένη, ἰσοδυναμεῖ ταῖς καθέκαστα. Καὶ αὕτη ἡ διαπόρησις ἀμύθητον καὶ ἄπειρον πλῆθος τῶν λειτουργιῶν ἀπεγέννησε.

Acceſsit opinio, quæ auxit priuatas miſſas in infinitum, videlicet quòd Chriſtus ſua paſsione ſatisfecerit pro peccatis originis, & inſtituerit Miſſam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus & venialibus. Hinc manauit publica opinio, quòd Miſſa ſit opus, delens peccata viuorum & mortuorum ex opere operato. Hîc cœptum eſt diſputari, vtrum vna Miſſa pro pluribus tantundem valeat, quantùm ſingulæ pro ſingulis. Hæc diſputatio peperit iſtam infinitam multitudinem Miſſarum.

Miſsis putarunt peccata actualia viuorum & mortuorum tolli.

Τοῦτο ἐξουδενοῖ τὸ τοῦ χριστοῦ πάθημα.

Περὶ τοιούτων ὑπολήψεων ἐνουθέτησαν οἱ ἡμέτεροι τοὺς κατηχουμένους τὴν χριστιανικὴν ὀρθοδοξίαν, λέγοντες οὐ συμφωνεῖν αὐτὰς ταῖς ἁγίαις καὶ θεοπνεύστοις γραφαῖς, μᾶλλον δὲ λυμαίνεσθαι τὴν δόξαν τοῦ παθήματος τοῦ χριστοῦ. Τὸ γὰρ τοῦ χριστοῦ πάθος προσφορὰ καὶ ἱκανοποιΐα ἐγένετο οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχαίας ὀφειλῆς, τουτέστι τῆς ἐγγενομένης ἡμῖν πατρόθεν τε καὶ μητρόθεν μοχθηρίας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν λοιπῶν ἁμαρτημάτων.

Καθὼς

De his opinionibus noſtri admonuerunt, quòd diſſentiant à ſcripturis ſanctis, & lædant gloriam paſsionis Chriſti. Nam paſsio CHRISTI fuit oblatio & ſatisfactio, non ſolùm pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus reliquis peccatis,

Hoc extenuat paſsionem Chriſti.

vt ad

vt ad Ebræos ſcriptum eſt: Sanctificati ſumus per oblationem Ieſu Chriſti ſemel. Item: vna oblatione conſummauit in perpetuum ſanctificatos.

Item, ſcriptura docet, nos coram Deo iuſtificari per fidem in Chriſtum, cùm credimus nobis remitti peccata propter Chriſtum. Iam ſi Miſſa delet peccata viuorum & mortuorum, ex opere operato, contingit iuſtificatio ex opere Miſſæ, non ex fide, quod ſcriptura non patitur.

Vſus communionis Miſſæ.

Sed Chriſtus iubet facere in ſui memoriam. Quare Miſſa inſtituta eſt, vt fides in ijs, qui vtuntur Sacramento, recordetur, quæ beneficia accipiat per Chriſtum, & erigat & conſoletur pauidam conſcientiam. Nam id eſt meminiſſe Chriſti, beneficia meminiſſe, ac ſentire, quòd verè exhibeantur nobis. Nec ſatis eſt hiſtoriam recordari, quia hanc etiam Iudæi & impij recordari poſſent. Eſt igitur ad hoc facienda Miſſa, vt ibi porrigatur Sacramentum his, quibus opus eſt conſolatione, ſicut Ambroſius ait: quia ſemper pecco, ſemper debeo accipere medicinam.

Noſtra Miſſæ celebratio.

Cùm autem Miſſa ſit talis communicatio Sacramenti, ſeruatur apud nos vna communis Miſſa, ſingulis ferijs, atq; alijs etiam diebus, ſi qui velint vti Sacramento, vbi proponitur Sacramentum ijs, qui petunt. Neq; hic mos in Eccleſia nouus eſt. Nam veteres ante Gregorium, nō faciunt mentionem priuatę Miſſæ: de communi Miſſa plurimum loquuntur. Chryſoſtomus ait: Sacerdotem quotidie ſtare ad altare, & alios ad communionem accerſere, alios arcere.

Chryſoſtomus.

Et ex

Καθὼς γέγραπται ἐν τῇ πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῇ κεφαλαίῳ τῷ δεκάτῳ· ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ. Καὶ μετ᾽ ὀλίγον· μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

Ἔτι δὲ, διδάσκει ἡ γραφὴ διὰ πίστεως εἰς χριστὸν ἔμπροσθεν ἡμᾶς τοῦ θεοῦ ἁγιάζεσθαι, πιστεύοντας δηλονότι, ἀφίεσθαι ἡμῖν τὰ ἡμαρτημένα διὰ τὸν χριστὸν μόνον. Αἰρούσης δὲ τῆς λειτουργίας τὰς ἁμαρτίας τῶν τε ζώντων καὶ νεκρῶν, ἐπὶ τῷ γενέσθαι ἐπιτελὲς αὐτὸ τὸ ἔργον, ἀναγκαῖον ἡμᾶς τῆς δικαιοσύνης ἐπιτυχεῖν, δι᾽ αὐτὸ τὸ ἔργον τῶν λειτουργιῶν, καὶ μὴ ἐκ πίστεως, ὅπερ τῶν τῇ γραφῇ πολεμιωτάτων ἐστίν.

Χρεία κοινωνίας τῆς λειτουργικῆς.

Ὁ μέντοι χριστὸς κελεύει ποιεῖν εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν. Τοιγαροῦν ἡ κοινωνία διετάγη, ἵνα ἡ πίστις ἐν τοῖς κοινωνοῦσι τοῦδε τοῦ μυστηρίου ἀναμνησθῇ, ὧν εὐεργετημάτων διὰ τὸν χριστὸν μεταλαμβάνει, καὶ ἵνα διεγείρῃ τε καὶ παραμυθῆται τὸ κάτω κείμενον καὶ περίλυπον συνειδός. Ἔστι γὰρ ἀναμνησθῆναι τοῦ χριστοῦ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι μὴ τὰς μεγαλοδωρεάς καὶ εὐεργεσίας αὐτοῦ διὰ μνήμης ἔχειν, καὶ φρονεῖν ὄντως προσφέρεσθαι καὶ προσοικειοῦσθαι αὐτὰς ἡμῖν διὰ τῆς πίστεως παραδεχομένοις. Οὐ γὰρ ἀπόχρη ἡ τῆς ἱστορίας ἀνάμνησις, ἧς ἄρα τούς τε ἰουδαίους καὶ τοὺς ἀσεβοῦντας τῶν ἀνθρώπων ἐπιστήμονας καὶ μνήμονας εἶναι ἐνδέχεται. Χρὴ τοίνυν διὰ τοῦτο τὴν λειτουργίαν γενέσθαι, ἵνα τὸ μυστήριον διαδοθῇ τοῖς χρείαν ἔχουσι παρακλήσεως, ὥσπερ καὶ ὁ ἐν ὁσίοις Ἀμβρόσιος ἔφη· ἐπειδὴ πάντοτε ἁμαρτάνω, πάντοτε καὶ φαρμακείαν λαβεῖν ὀφείλω.

Ἡ παρ᾽ ἡμῖν λειτουργία.

§ Οὔσης ἄρα τῆς λειτουργίας τοιαύτης τοῦ μυστηρίου κοινωνίας, συντηρεῖται παρ᾽ ἡμῖν μία τις κοινὴ λειτουργία, καθ᾽ ἑκάστην τῶν ἑορτασίμων ἡμερῶν, καὶ δὴ καὶ ἐν ἄλλαις, ὄντων τινῶν τῇ κοινωνίᾳ χρῆσθαι βουλομένων, διαδίδοται τὸ μυστήριον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτό. Ἐγκαλοίη δ᾽ ἂν οὐδεὶς ἡμῖν νεωτεροποιΐαν ἐπὶ τῷδε τῷ ἔθει. Οἱ γὰρ παλαιοὶ τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ξυγγραφέων, οἱ προακμάσαντες τοῦ Γρηγορίου, οὐδεμίαν τῆς κατ᾽ ἰδίαν γενομένης λειτουργίας μνείαν ποιοῦσι, περὶ τῆς κοινῆς πλειστάκις λαλοῦντες. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Χρυσόστομος, τὸν ἱερέα ὁσημέραι τῷ θυσιαστηρίῳ παρεστάναι, καὶ τοὺς μὲν πρὸς τὴν κοινωνίαν καλεῖν, τοὺς δὲ ἀπείργειν.

Χρυσόστομος.

Κατάδηλον

Κατάδηλον δὲ κἀκ τῶν πάλαι κανόνων, ἕνα τινὰ λελειτουργηκέναι, παρ' οὗ οἱ λοιποὶ τῶν τε πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, τὸ τοῦ κυρίου σῶμα ἔλαβον. Ἔχει γὰρ ὁ κατὰ νίκαιαν γενόμενος κανὼν ὧδέ πως· λαβέτωσαν οἱ διάκονοι ἐφεξῆς μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἤτοι παρ' ἐπισκόπου ἢ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου τὴν ἱερὰν κοινωνίαν. Καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος περὶ κοινωνίας γράφων, κελεύει ἵνα ἀλλήλους προσδοκῶσιν, ὥστε κοινήν τινα μετάληψιν, καὶ μέθεξιν γενέσθαι.

Et ex canonibus veteribus apparet, vnum aliquem celebráſſe Miſſam, à quo reliqui presbyteri & diaconi ſumſerunt corpus Domini. Sicut ſonant verba canonis Niceni: accipiant diaconi ſecundum ordinem poſt presbyteros ab Epiſcopo vel presbytero ſacram communionem. Et Paulus de communione iubet, vt alij alios expectent, vt fiat communis participatio.

Συμπέρασμα περὶ λειτουργίας.

Βεβαιωθείσης οὖν τῆς παρ' ἡμῖν γινομένης λειτουργίας τῷ τῆς ἐκκλησίας παραδείγματι, καὶ συνηθείᾳ, καὶ διὰ τῆς γραφῆς, καὶ διὰ τῶν ἐν ὁσίοις πατέρων ἢ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων, πεπείσμεθα δὴ μηδαμῶς ἀποδοκιμασθῆναι αὐτὴν δύνασθαι, ἄλλως τε τῶν δημοσίᾳ τελετῶν καὶ θεσμῶν παρ' ἡμῖν ἐν ἔθει ὄντων, ὡς ἐπίπαν ὁμοίως τοῖς πάλαι εἰθισμένοις τηρουμένων· πλὴν δὲ τοῦ τῶν λειτουργιῶν ἀριθμοῦ, ὃν διὰ τὰς μεγίστας καὶ προδήλους παραχρήσεις μειωθῆναι, τῶν πάνυ τοι ὠφελούντων εἴη ἄν. Πάλαι γὰρ μήτε ἐν ταῖς πολυανθρωποτάτοις τῶν ἐκκλησιῶν καθημεριναὶ λειτουργίαι ἐγίνοντο, ὥσπερ ἡ ἐκκλησιαστικὴ τριμερὴς προσαγορευομένη ἱστορία δηλοῖ, βίβλῳ θ, κεφ. λη. πάλιν δὲ λέγουσι, ἐν ἀλεξανδρείᾳ κατὰ τετάρτην καὶ ἕκτην ἑορτὴν αἱ γραφαὶ ἀναγινώσκονται, καὶ ταύτας οἱ διδάσκαλοι ἑρμηνεύουσι, καὶ πάντα γίνεται πλὴν τοῦ τῆς προσφορᾶς εἰθισμένου.

Ἱστορία ἡ τριμερής.

Concluſio de Miſſa.

Poſtquam igitur Miſſa apud nos habet exemplum Eccleſiæ ex ſcriptura & Patribus, confidimus, eam improbari non poſſe, maximè, cùm publicæ ceremoniæ magna ex parte ſimiles vſitatis ſeruentur: tantùm numerus Miſſarum eſt diſsimilis, quem propter maximos & manifeſtos abuſus, certè moderari prodeſſet. Nam olim in Eccleſijs frequentiſsimis fiebat quotidiè Miſſa, vt teſtatur hiſtoria tripartita lib. 9. cap. 38. Rurſus autem in Alexandria quarta & ſexta feria ſcripturæ leguntur, easq́; doctores interpretantur, & omnia fiunt præter ſolennem oblationis morem.

Hiſtoria tripartita.

Περὶ τῆς ἐξομολογήσεως.

Ἐξομολόγησιν τῶν ἁμαρτημάτων κατέχομεν.

Ἡ ἐξομολόγησις ἢ ἐξαγόρευσις τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις οὐ κατήργηται. Οὐ γὰρ εἴωθε δοθῆναι τὸ τοῦ κυρίου σῶμα ἄλλοις τισὶν, εἰ μὴ τοῖς ἐξετασθεῖσι πρότερον, καὶ ἀπολελυμένοις τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ κατηχεῖται ὁ λαὸς ἐπιμελεστάτως, τὴν πίστιν τῆς συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν δέξασθαι χρῆναι, παντελῶς σχεδὸν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἀποσεσιωπημένην. Διδάσκονται δὲ καὶ τοῦτο οἱ ἄνθρωποι, περὶ πλείστου ποιεῖσθαι δεῖν τὴν ἀπαγγελλομένην διὰ στόματος τοῦ ὑπηρέτου τοῦ χριστοῦ, καὶ οἰκονόμου τῶν μυστηρίων αὐτοῦ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀπόλυσιν ἢ συγγνώμην τῶν ἡμαρτημένων, φωνήν γε οὖσαν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, κἀκείνου ἐντέλλοντος ἐξαγορευομένην. Καὶ ἡ τῶν κλειδῶν ἐξουσία κοσμεῖται καὶ διασαφηνίζεται

De Confeſsione.

Confeſsionem peccatorum retinemus.

Confeſsio in Eccleſijs apud nos non eſt abolita. Non enim ſolet porrigi corpus Domini, niſi antea exploratis & abſolutis. Et docetur populus diligentiſsimè de fide abſolutionis, de qua ante hæc tempora magnum erat ſilentiū. Docentur homines, vt abſolutionē plurimi faciant, quia ſit vox Dei, & mandato Dei pronuncietur. Ornatur poteſtas clauium, & comme-

moratur, quantam conſolationem adferat perterrefactis conſcientijs. Et quòd requirat Deus fidem, vt illi abſolutioni, tanquam voci de cœlo ſonanti, credamus. Et quòd illa fides verè conſequatur & accipiat remiſsionem peccatorum. Antea immodicè extollebantur ſatisfactiones, fidei & meriti Chriſti, & iuſticiæ fidei nulla fiebat mentio. Quare in hac parte minimè ſunt culpandæ Eccleſiæ noſtræ. Nam hoc etiam Aduerſarij tribuere nobis coguntur, quòd doctrina de pœnitentia diligentiſsimè à noſtris tractata ac patefacta ſit.

Enumeratio omnium & ſingulorum delictorum non eſt neceſſaria.

Sed de confeſsione docent, quòd enumeratio delictorum non ſit neceſſaria, nec ſint onerandæ conſcientiæ cura enumerandi omnia delicta. Quia impoſsibile eſt, omnia delicta recitare, vt teſtatur Pſalmus: delicta quis intelligit? item, Ieremias ait: prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Quòd ſi nulla peccata, niſi recitata, remitterentur, nunquam acquieſcere conſcientiæ poſſent, quia plurima peccata neq; vident, neq; meminiſſe poſſunt. Teſtantur & veteres ſcriptores, enumerationem non eſſe neceſſariam. Nam in decretis citatur Chryſoſtomus, qui ſic ait: *Chryſoſt:* Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neq; te vt apud alium accuſes, ſed obedire te volo Prophetæ dicenti: Reuela Domino viam tuam. Ergo tua confitere peccata apud Deum, verum iudicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia, non lingua, ſed conſcientiæ tuæ memoria, &c. Et gloſa de pœnitentia, diſtinctione quinta, cap. conſideret, fatetur humani iuris eſſe confeſsionem. Verùm, confeſsio cùm propter maximum abſolutionis beneficium, tum propter alias conſcientiarum vtilitates, apud nos retinetur.

De

φανίζεται, ὅσην παράκλησιν αὐτὴ φέροι ἂν τοῖς ἐμφόβοις καὶ στενοχωρουμέναις τῶν συνειδήσεων· καὶ ὅτι ἀπαιτεῖ ὁ θεὸς τὴν πίστιν, ὥστε πιστεύειν ἡμᾶς ταύτῃ τῇ ἀπολύσει, καθάπερ φωνῇ τινι ἐνηχούσῃ τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἀπ᾽ οὐρανοῦ· καὶ ὅτι αὕτη ἡ πίστις ἡ εἰς τὸν χριστὸν, ἀψευδῶς συγγνώμης καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἐπιτυγχάνει. Πρὸ τοῦ γὰρ αἱ μὲν ἱκανοποιΐαι οὐ μετρίως ἐξαιρόμεναι τοῖς ἐγκωμίοις ἐπῃνοῦντο, τῆς δὲ πίστεως καὶ εὐεργεσίας τοῦ χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης οὐδεμία μνεία ἐγίνετο. Διὸ καὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐδαμῶς ταῖς παρ᾽ ἡμῖν ἐκκλησίαις ἐγκλητέον· οὐ γὰρ ἔξαρνοι γένοιντ᾽ ἂν οὔτε οἱ ἀντίδικοι ἡμῶν, τὰ τῆς μετανοίας πάνυ τοι ἐπιμελῶς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων μεταχειρισθῆναί τε καὶ παραδηλωθῆναι.

Ἀπαρίθμησις ἑνὸς ἑκάστου τῶν σφαλμάτων οὐκ ἀναγκαία ἐστί.

Περὶ δὲ τῆς ἐξομολογήσεως ἢ ἐκθέσεως τῶν ἡμαρτημένων διδάσκουσι, τὴν κατάλεξιν, καὶ οἱονεὶ ἀπαρίθμησιν ἑνὸς ἑκάστου τῶν σφαλμάτων, οὐκ ἀναγκαίαν εἶναι, μήτε βαρυνθῆναι δεῖν τὰς συνειδήσεις τῇδε τῇ μερίμνῃ τοῦ διηγεῖσθαι, καὶ ἀποστοματίζειν πάσας τὰς πλημμελείας, οὔσης τῆς ἀδυνάτου τῆς πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἐξαγορεύσεως, κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ ψαλμοῦ· ἁμαρτίας τίς ἔγνω: καὶ ὁ Ἱερεμίας φησὶ, πονηρὰ ἡ ἀνθρωπίνη καρδία καὶ ἀνεξερεύνητος. Ἀφιεμένων γὰρ οὐ τινῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, πλὴν τῶν ἐξομολογηθέντων, οὐδέποτ᾽ ἂν ἀταράχως τε καὶ ἀμερίμνως τὸ συνειδὸς ἔχειν οἷόν τε εἴη ἂν, τὰς πλείστας γε τῶν ἁμαρτιῶν μήτε καθορᾶν, μήτε διὰ μνήμης ἔχειν δυνάμενον. Διαμαρτύρονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ξυγγραφέων, τὴν τῶν ἁμαρθέντων διήγησιν οὐ τῶν ἀναγκαίων εἶναι. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς δεδογματισμένοις ὁ Χρυσόστομος ὡς μάρτυς προσκαλεῖται, ὡδέ πως λέγων· *Χρυσόστομος.* οὐκ ἐρῶ σοὶ ἵνα σαυτὸν δημοσίως προδιδῷς, μήτε ἵνα σαυτοῦ παρ᾽ ἄλλοις κατηγορῇς, ἀλλ᾽ ὑπακούειν σὲ βούλομαι τῷ προφήτῃ λέγοντι· Φανέρωσον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τὴν ὁδόν σου. ὁμολόγησον οὖν ἡμαρτηκέναι ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀληθῶς κρίνοντος, μετὰ προσευχῆς· καὶ τὰς πλημμελείας σου μὴ τῇ γλώσσῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ τῆς συνειδήσεως ἐξαγόρευσον, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τὸ σχόλιον περὶ μετανοίας διορισμῷ ε, κεφ. οὗ ἀρχικὴ λέξις ἐστὶ τὸ σκεπτέτω, ὁμολογεῖ, τὴν ἐξομολόγησιν ἀνθρώπινόν τι ὑπάρχειν, ἡ διὰ τὸ μέγιστον ὅμως τῆς ἀπολύσεως τῶν ἁμαρτημάτων εὐεργέτημα, καὶ δὴ καὶ ἄλλας τινὰς τῶν συνειδήσεων ὠφελείας, παρ᾽ ἡμῖν φυλάττεται.

Περὶ

Περὶ διαφορᾶς τῶν προσφερομένων.

Ἔδοξε μὲν οὐ μόνον τῷ δήμῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς προστάταις τῶν ἐκκλησιῶν, τὰς διαφορὰς τῶν προσφερομένων, καὶ ἑτέρας τοιουτοτρόπους ἀνθρωπίνας παραδόσεις, ἔργα τινὰ συμφέροντα εἶναι πρὸς τὸ συγχωρεῖσθαι ἡμῖν τὸ ὑπεύθυνον τῇ αἰωνίᾳ κρίσει, καὶ τὰς τιμωρίας. Καὶ οὕτω γνώμης τὸν κόσμον ἐσχηκέναι δῆλον ἐκ τοῦ ὁσημέραι καινάς τινας τελετὰς, καινὰς τάξεις, καινὰς ἑορτὰς, καὶ νηστείας ἐπινοηθῆναι. Ἀπαιτούντων τῶν ἐν ναοῖς διδασκόντων ταῦτα τὰ ἔργα, ὡς λατρείαν τινὰ ἀναγκαίαν πρὸς τὸ μισθοφορεῖν τὴν δικαίωσιν, καὶ δειναῖς ἀπειλαῖς ἐκδειμαινόντων τε καὶ ἐκταραττόντων τὰς συνειδήσεις, εἴ τι παρέλιπον, ταύτῃ τῇ περὶ τῶν παραδόσεων δόξῃ πολλὰ, τὰ μεγάλως βλάψαντα τὴν ἐκκλησίαν ἐπηκολούθησε.

Αἱ τῶν παραδόσεων βλάβαι.

Πρῶτον γὰρ ἠφάνισται ἡ περὶ τῆς χάριτος καὶ δικαιοσύνης τῆς διὰ πίστεως διδαχὴ, μέρος οὖσα τοῦ εὐαγγελίου ἐξαίρετον, ἣν μάλιστα δεῖ ἐπιπολάζουσαν ἐπιτηδεύεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὥστε τὴν τοῦ Χριστοῦ μεγαλοδωρεὰν ἐπιγνωσθῆναι, καὶ τὴν πίστιν, τὴν πιστεύουσαν τὰς ἁμαρτίας διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ διὰ τὰ ἡμέτερα καλοκαγαθήματα, ἅ τινα οὖν ἡμῖν ἀφίεσθαι, μακροτάτῳ τῶν ἔργων προτιμηθῆναι. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος περὶ τόδε τὸ κεφάλαιον τῆς διδαχῆς ὅτι μάλιστα σπουδάζει, τὸν νόμον καὶ τὰς παραδόσεις αὐτῆς ἀποχωρίζων, ἵνα ἀποδείξῃ τὴν χριστιανικὴν δικαιοσύνην ἄλλο τι εἶναι, παρὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων· ἤγουν πίστιν, τὴν πιστεύουσαν τὰς ἁμαρτίας δωρεὰν ἡμῖν ἀφίεσθαι, διὰ τὸν Χριστόν. Αὕτη δὲ ἡ τοῦ Παύλου διδαχὴ μικροῦ δεῖν παντελῶς κατεκρύβη, καὶ ἐξίτηλος ἐγένετο, παρὰ τῆς ἐπιπολαζούσης τῶν ἀνθρωπείων ἐνταλμάτων ψευδοδιδασκαλίας, ἧς καὶ αὕτη δὴ κακοδοξία ἔχεται, χρῆναι ἡμᾶς διαφόροις τροφαῖς, καὶ ἑτέραις τισὶ λατρείαις τῆς συγγνώμης καὶ παρέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἀξίους γενέσθαι, καὶ τῆς δικαιώσεως ἐπιτυχεῖν. Περὶ δὲ τῆς πίστεως ἐν τῇ μετανοίᾳ οὐδὲν παντάπασιν εἴρηται, μόνον τῶν ἱκανοποιητικῶν ἔργων θρυλλουμένων, οἷς πᾶσα ἡ μετάνοια ἐναπόκεισθαι καὶ ἐνυπάρχειν ἔδοξε.

Ἔτι δὲ αὗται αἱ παραδόσεις τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολὰς ἠμαύρωσαν, περὶ πλείονός γε πεποιημέναι τῶν τοῦ θεοῦ παραγγελμάτων,

ὥστε

De diſcrimine ciborum.

PVblica perſuaſio fuit, non tantùm vulgi, ſed etiam docentium in Eccleſijs, quòd diſcrimina ciborũ, & ſimiles traditiones humanæ, ſint opera vtilia ad promerendam gratiam, & ſatisfactoriæ pro peccatis. Et quòd ſic ſenſerit mundus, apparet ex eo, quia quotidie inſtituebantur nouæ ceremoniæ, noui ordines, nouæ feriæ, noua ieiunia. Et doctores in templis exigebant hæc opera, tanquam neceſſarium cultum, ad promerendam gratiam, & vehementer terrebant conſcientias, ſi quid omitterent. Ex hac perſuaſione de traditionibus multa incommoda in Eccleſia ſecuta ſunt.

Incommoda traditionum humanarum.

Principiò, obſcurata eſt doctrina de gratia & iuſticia fidei, quæ eſt præcipua pars Euangelij, & quam maximè oportet extare & eminere in Eccleſia, vt meritum Chriſti benè cognoſcatúr, & fides, quæ credit peccata remitti propter Chriſtum, longè ſupra opera collocetur. Quare & Paulus in hunc locum maximè incumbit, legem & traditiones humanas remouet, vt oſtendat, iuſticiam Chriſtianam aliud quiddam eſſe, quàm huiuſmodi opera: videlicet fidem, quæ credit peccata gratis remitti propter Chriſtum. At hæc doctrina Pauli penè tota oppreſſa eſt per traditiones, quæ pepererunt opinionem, quòd per diſcrimen ciborum, & ſimiles cultus, oporteat mereri gratiam & iuſticiam. In pœnitentia nulla mentio fiebat de fide, tantùm hæc opera ſatisfactoria proponebantur. In his videbatur pœnitentia tota conſiſtere.

Secundò, hæ traditiones obſcurauerunt præcepta Dei, quia traditiones longè præferebantur præceptis Dei.

Chriſti-

Vita falſò dicta ſpiritualis. Chriſtianiſmus totus putabatur eſſe obſeruatio certarum feriarum, rituum, ieiuniorum, veſtitus. Hæ obſeruationes erant in poſſeſsione honeſtiſſimi tituli, quòd eſſent vita ſpiritualis, & vita perfecta. Interim mandata Dei, iuxta vocationem, nullam laudem habebant. Quòd paterfamilias educabat ſobolem, quòd mater pariebat, quòd princeps regebat rempublicam: hæc putabantur opera eſſe humana & imperfecta, & longè deteriora illis ſplendidis obſeruationibus. Et hic error valde cruciauit pias conſcientias, quæ dolebant, ſe teneri imperfecto vitæ genere in coniugio, in magiſtratibus, aut alijs functionibus ciuilibus: mirabantur Monachos & ſimiles, & falſò putabant, illorum obſeruationes Deo gratiores eſſe. *Monachorum vita.*

Tertiò, traditiones attulerunt magna pericula conſcientijs. Quia impoſſibile erat, omnes traditiones ſeruare, & tamen homines arbitrabantur, has obſeruationes neceſſarios eſſe cultus. Gerſon ſcribit, multos incidiſſe in deſperationem, quoſdam etiam ſibi mortem conſciuiſſe, quia animaduerterant, ſe non poſſe ſatisfacere traditionibus: Et interim conſolationem nullam de iuſticia fidei, de gratia audierant. *Gerſon.*

Summiſtæ. Videmus ſummiſtas & Theologos colligere traditiones, & quærere ἐπιεικείας, vt leuent conſcientias, non ſatis tamen expediunt, ſed interdum magis inijciunt laqueos conſcientijs. Et in traditionibus colligendis, ita fuerunt occupatæ ſcholæ & conciones, vt non vacauerit attingere ſcripturam, & quærere vtiliorem doctrinam de fide, de cruce, de ſpe, de dignitate rerum ciuilium, de conſolatione conſci-

Ὥστε ὅλον τὸν χριστιανισμὸν οὐδὲν ἄλλο εἶναι δοκεῖν, ὅτι μὴ παρατήρησίν τινα ῥητῶν ἑορτῶν, τελετῶν, νηστειῶν καὶ ἐνδυμάτων. αὗται δὲ αἱ παρατηρήσεις ἐπωνυμιῶν ἄρα κατηξίωντο ἐνδοξοτάτων, βίος πνευματικὸς προσαγορευόμεναι, καὶ βίος τέλειος, δι' ἀτιμίας ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἀγομένων, τῶν πρὸς τοῦ θεοῦ προστεταγμένων. Τὸ γὰρ τὸν οἰκοδεσπότην ἐκτρέφειν τὰ τέκνα, καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν ἀποτίκτειν αὐτά, καὶ τὸν ἄρχοντα πολιτεύεσθαι, κοσμικά τινα, καὶ ἀτελῆ, καὶ πλεῖστον ὅσον ἐλάττω ἐκείνων τῶν λαμπρῶν καὶ ἐπιφανῶν τελειουργιῶν εἶναι ἐνομίζετο. καὶ αὕτη ἡ πλάνη περιαλγεῖς ὅτι μάλιστα κατέστησε τὰς εὐσεβούσας καὶ εὐλαβουμένας τῶν συνειδήσεων, ὀδυνωμένας γε ἀνεκφράστως καὶ δυσχεραινούσας διαγωγῇ βίου ἀτελοῦς, οἱονεὶ ἐν συζυγίαις, ἐν πολιτείαις, καὶ ἄλλοις τισὶ πολιτικοῖς διατάγμασι, καὶ θαυμαζούσας τὸν μονήρη καὶ ἔρημον ἀνθρώπων βίον διάγοντας, μοναστὰς δηλονότι, καὶ τοὺς αὐτοῖς ὁμοίους, καὶ ψευδῶς οἰομένας τὰς ἐκείνων θεσμοθεσίας, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ δικαιοσύνης ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ περιποίησιν εἶναι. *Βίος ὁ ψευδωνύμως πνευματικός.* *Βίος ἔρημος.*

Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, αἱ παραδόσεις μεγάλους κινδύνους ταῖς συνειδήσεσιν ἐπήγαγον. Ἦν γὰρ ἀδύνατον πάσας διατηρεῖσθαι, καὶ ὅμως ἡγοῦντο οἱ ἄνθρωποι ἀναγκαίαν τινὰ αὐτὰς λατρείαν εἶναι. Ὁ Γέρσων ἱστορεῖ, παμπόλλους ἀπογνώσει περιπεσεῖν, τινὰς δὲ καὶ διαχειρίσασθαι ἑαυτούς, αἰσθομένους ἀδυνατεῖν πάντα τὰ παραδεδομένα ἀποχρώντως φυλάττειν: καὶ μηδεμιᾶς παρηγορίας περὶ δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως, ἢ περὶ χάριτος, ἀκηκοότας. *γ'.* *Γέρσων.*

Ὁρῶμεν τοὺς ἄνω θεολογήσαντας, καὶ σουμμιστὰς ῥωμαϊστὶ ἐπικεκλημένους, συλλέξαντας τὰς παραδόσεις, ἐπιεικείας τινὰς ζητῆσαι, πρὸς ἐπικουφισμὸν τῶν συνειδήσεων: ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποχρώντως αὐτὰς ἀπολῦσαι τούτων τῶν βρόχων, καὶ προσέτι καὶ μᾶλλον ἐνίοτε ἐμπαγιδεῦσαι. Οἴδαμεν δὲ καὶ περὶ συλλογὴν τῶν παραδόσεων τάτε διδασκαλεῖα, καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς δημηγορίας οὕτως ἠσχολῆσθαι, ὥστε μὴ δυνηθῆναι ἐπιχειρεῖν τῇ τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου γραφῆς πραγματείᾳ, καὶ τῇ ἐπιζητήσει λυσιτελεστέρας τινὸς διδαχῆς, περὶ πίστεως, περὶ κομιδῆς τοῦ σταυροῦ καὶ ὑπομονῆς, περὶ ἐλπίδος, περὶ ἀξίας τῶν πολιτικῶν, περὶ παρηγορίας τῶν *Σουμμισταί.*

τῶν συνειδήσεων, ἐν δεινοτάτοις πειρασμοῖς· διόπερ ὅ, τε Γέρσων, καὶ ἄλλοί τινες θεολόγοι κάρτα δυσκολαίνουσι ταύταις τῶν παραδόσεων ἔρισιν ἐμποδιζόμενοι, βέλτιόν τι γένος διδασκαλίας μετιέναι οὐ δύνασθαι. Καὶ ὁ Αὐγουστῖνος κωλύει τοιουτοτρόποις τῶν παρατηρήσεων τὰς συνειδήσεις βαρύνειν, καὶ νουνεχόντως παραινεῖ τῷ Ιανουαρίῳ, ὅπως εἴδοι ἀδιαφόρως αὐτὰς παρατηρητέον εἶναι.

conſcientiarum in arduis tentationibus. Itaq; Gerſon, & alij quidam Theologi grauiter queſti ſunt, ſe his rixis traditionum impediri, quò minùs verſari poſſent in meliori genere doctrinæ. Et Auguſtin. vetat onerare conſcientias huiuſmodi obſeruationib. & prudenter admonet Ianuariũ, vt ſciat, eas indifferenter obſeruandas eſſe.

Ἠναγκάσθησαν οἱ ἡμέτεροι ἐκκαθαίρειν τῶν παραδόσεων ἐτώσιον ἄχθος.

Μηδεὶς τοίνυν ὑπολαμβανέτω, εἰκῆ τοὺς ἡμετέρους τούτοις τοῖς πράγμασιν ἐπικεχειρηκέναι, ἢ μίσει τῶν ἐπισκόπων, ὡς ψευδῶς τινες ὑποπτεύουσι. πάσα γὰρ ἀνάγκη ἦν, περὶ τούτων κακοδοξιῶν, ὧν αἴτιαι αἱ παραδόσεις οὐκ ὀρθῶς συνεθεῖσαι ἐγένοντο, τὰς ἐκκλησίας νουθετεῖν. Ἀναγκάζει γὰρ ἡμᾶς τὸ εὐαγγέλιον ἐπείγειν τὴν περὶ χάριτος καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως διδαχὴν, ὧν οὐδέποτε συνιέναι τις δύναιτ' ἂν, πεπεισμένος τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων, διὰ παρατηρήσεων αὐθαιρέτων ἐπιτεύξεσθαι.

Quare noſtri non debent videri hanc cauſam temerè attigiſſe, aut odio Epiſcoporum, vt quidam falſò ſuſpicantur. Magna neceſsitas fuit, de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus malè intellectis, admonere Eccleſias. Nam Euangelium cogit vrgere doctrinam in Eccleſijs, de gratia & iuſticia fidei, quæ tamen intelligi non poteſt, ſi putent homines, ſe mereri gratiam per obſeruationes ab ipſis electas.

Neceſsitas coegit noſtros traditionum expurgare ἐτώσιον ἄχθος.

Ἐδίδαξαν οὖν, ὅτι διὰ τὴν παρατήρησιν τῶν ἀνθρωπίνων θεσμῶν οὐδεὶς τῶν πλημμελειῶν αὐτοῦ ἀπολύεται, καὶ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δικαιοῦται. Διὸ μηδένα ἀπάτῃ ὑπαχθέντα οἴεσθαι δεῖ, τοιουτοτρόπους παρατηρήσεις, λατρείαν τινὰ τῶν ἀναγκαίων εἶναι.

Sic igitur docuerunt, quòd per obſeruationem traditionum humanarum non poſsimus gratiam mereri aut iuſtificari. Quare non eſt ſentiendum, quòd eiuſmodi obſeruationes ſint neceſſarij cultus.

Κατασκευὴ ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων.

Πιστοῦνται δὲ καὶ ὀχυροῦσι τὰ προειρημένα οἱ ἡμέτεροι, μαρτυρίας αὐτοῖς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων παραθέμενοι. Ὁ Χριστὸς κατὰ Ματθαῖον κεφ. ιε. ὑπὲρ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τῶν ἀποστόλων ἀπολογεῖται, μὴ τηρησάντων τὴν ἐν ἔθει παρ' Ιουδαίοις οὖσαν παράδοσιν καίπερ οὐ περὶ ἀθέσμου, ἀλλὰ μέσου καὶ ἀδιαφόρου τινὲς πράγματος γενέσθαι δοκοῦσαν, καὶ συγγενῆ εἶναι φαινομένην τοῖς ἐν τῷ νόμῳ προστεταγμένοις βαπτίσμασι. Λέγει γάρ· μάτην σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἐξ οὗ δῆλον, λατρείαν ἀνωφελῆ καὶ ματαίαν, οὐδαμῶς ἀπαιτεῖν αὐτὸν, οὔτε ἀναγκαίαν αὐτὴν εἶναι δύνασθαι.

Addunt teſtimonia ex ſcriptura. Chriſtus Matth. 15. excuſat Apoſtolos, qui non ſeruauerant vſitatam traditionem, quæ tamen videbatur de re non illicita, ſed media eſſe, & habere cognationem cum baptiſmatibus legis, & dicit: fruſtra colunt me mandatis hominum, igitur non exigit cultum inutilem.

Confirmatio ex S. literis.

Καὶ μετ' οὐ πολὺ, οὐ τὸ εἰσερχόμενον, φησὶν, εἰς τὸ στόμα, κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Et paulò pòſt addit: omne quod intrat in os, non inquinat hominem.

Κἀν τῇ τῆς πρὸς ῥωμαίους ιδ. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία, λέγει ὁ Παῦλος, τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις.

Item, Rom. 14. Regnum Dei non eſt eſca aut potus.

Κἀν τῇ δευτέρῳ τῆς πρὸς κολοσσαεῖς· Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ Σαββάτων.

Coloſs. 2. Nemo iudicet vos in cibo, Sabbato aut die Feſto.

Καὶ αὖθις· εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς.

Item, ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis Mundi, quare tanquam viuentes in mundo, decreta facitis? ne attingas, ne guſtes, ne contrectes.

Καὶ Actor.

Actor. 15. ait Petrus: Quare tentatis Deum, imponentes iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. Hîc vetat Petrus onerare conſcientias pluribus ritibus, ſiue Moſis ſiue alijs.

Καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, κεφ. ιε᾽ Τί πειράζετε, φησὶν ὁ Πέτρος, τὸν θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι, ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καθ᾽ ὃν τρόπον κἀκεῖνοι. Ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει ἀπαγορεύει ὁ Πέτρος βαρύνειν τὰς συνειδήσεις πλείοσι θεσμοθετήσεσιν εἴτε Μωϋσέως, εἴτε ἑτέραις αἷς τισιν οὖν.

Et 1. Tim. 4. vocat prohibitionem ciborum doctrinam Dæmoniorum. Quia pugnat cum Euangelio, talia opera inſtituere aut facere, vt per ea mereamur gratiam, aut quòd non poſſit exiſtere Chriſtianiſmus ſine tali cultu.

Κἂν τῇ προτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον κεφ. δ. ὀνομάζει ὁ Παῦλος τὴν τῶν προσφερομένων διακώλυσιν, διδασκαλίαν δαιμονίων. Ἔχει γὰρ τὸ ῥητὸν ὧδε· τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Τὸ γὰρ ἤτοι προστάττειν, ἢ ποιεῖν ἔργα τοιαῦτα, ὥστε καταξιωθῆναι ἡμᾶς δι᾽ αὐτῶν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῆς δικαιώσεως, καὶ μηδένα χριστιανὸν εἶναι δύνασθαι χωρὶς τῆσδε τῆς λατρείας, ἄντικρυς τῇ ὑγιαινούσῃ τοῦ εὐαγγελίου διδαχῇ ἀντίκειται.

Hîc obijciunt Aduerſarij, quòd noſtri prohibeant diſciplinam & mortificationem carnis, ſicut Iouinianus. Verùm aliud deprehendetur ex ſcriptis noſtrorum. Semper enim docuerunt de cruce, quòd Chriſtianos oporteat tolerare afflictiones. Hæc eſt vera, ſeria, & non ſimulata mortificatio, varijs afflictionibus exerceri, & crucifigi cum Chriſto.

Contra obiectionem de fuga diſciplinæ.

Οὕτω δὲ διδάσκουσι τοῖς ἡμετέροις ἐγκαλεῖν τολμῶσιν οἱ ἀντίδικοι ἡμῶν ἀπαγορεύουσιν τῆς παιδείας, καὶ νεκρώσεως τῆς σαρκός. Ὡς ὁ Ἰοβινιανὸς ἐποίησεν. ἀλλὰ τὰ ἐκδοθέντα ὑπὸ τῶν ἡμετέρων συγγράμματα καὶ τεύχη τοὐναντίον φανερώσει. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐν τούτοις, ὅτι πάντοτε περὶ κομιδῆς τοῦ σταυροῦ ἐδίδαξαν, λέγοντες δεῖν τοὺς χριστιανοὺς ταῖς θλίψεσιν ἐγκαρτερεῖν. (Ἔστι δὲ ἀληθινὴ, καὶ ἀνεπίπλαστος καὶ ἀνυπόκριτος νέκρωσις τῆς σαρκὸς τὸ ποικίλαις θλίψεσι καὶ στενοχωρίαις πιεζόμενόν τε καὶ μαστιγούμενον παιδευθῆναι καὶ συσταυρωθῆναι τῷ Χριστῷ.)

Ἀντὶ τῆς προβολῆς περὶ ἀπαγορεύσεως τῆς παιδείας.

Inſuper docent, quòd quilibet Chriſtianus debeat ſe corporali diſciplina, aut corporalibus exercitijs aut laboribus ſic exercere & coërcere, ne ſaturitas aut deſidia extimulet ad peccandum, non vt per illa exercitia mereamur remiſsionē culpæ aut mortis æternæ. Et hanc corporalem diſciplinam oportet ſemper vrgere, non ſolùm paucis & conſtitutis diebus, ſicut Chriſtus præcipit: cauete ne corpora veſtra grauentur crapula. Item,

Καὶ χρῆναι ἕνα ἕκαστον αὐτῶν τῇ περὶ τὸ σῶμα παιδείᾳ, καὶ σωματικοῖς τισιν ἐπιτηδεύμασιν οὕτω φιλοπονοῦντα γυμνασθῆναι, καὶ οἱονεὶ συστεῖλαι τὸ χαῦνον τῶν παθῶν καὶ ἐπιθυμήσεων, ἵνα μὴ κόρῳ ἢ ἀργίᾳ εἰς τὸ ἁμαρτάνειν παροξυνθῇ, μηδαμῶς δὲ ἵνα διὰ τοιούτων ἐπιτηδευμάτων τῆς καταδίκης τῶν ἡμαρτημένων καὶ θανάτου τοῦ αἰωνίου ἀπολυθῇ. Καὶ ταύτην τὴν κατὰ τὸ σῶμα παιδείαν, οὐ μόνον ἐν ὀλίγαις τισὶ καὶ ῥηταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ διαπαντὸς χρὴ ἐπιτηδεύεσθαι. Κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ τοῦ χριστοῦ παράγγελμα· προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μή ποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. Καὶ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς λέγει·

οὗτο

Ἀπόδειξις τῆς παιδείας.

τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Κἀν τῷ θ´ τῆς προτέρας πρὸς Κορινθίους· ὑπωπιάζω, φησὶν ὁ Παῦλος, μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ. Διαῤῥήδην διὰ τῶνδε ἐμφαίνων, τὸν ὑπωπιασμὸν τοῦ σώματος οὐδαμῶς περιποίησιν εἶναι τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν· συμφέρειν δὲ πρὸς τοῦτο, ἵνα τὸ σῶμα κατήκοον καὶ ἐπιτήδειον ἔχῃ πρὸς τὰ πνευματικὰ, καὶ πρὸς τὰ καθήκοντα τῇ κλήσει αὐτοῦ. Οὐκοῦν αὐταὶ αἱ νηστεῖαι καθ᾽ αὑτὰς καταγινώσκονται, ἀλλὰ αἱ νομοθετήσεις, αἳ ῥητάς τινας ἡμέρας, καὶ ῥητὰς τροφὰς ἐντέλλουσι, ἐπισφαλῶς τῇ συνειδήσει, ὡσεὶ τῶν τοιούτων ἔργων ἀναγκαίων ὄντων πρὸς τὴν ἀληθῆ καὶ θεάρεστον θρησκείαν.

Αἱ παρ᾽ ἡμῖν παραδόσεις.

Τηροῦνται δ᾽ ὅμως παρ᾽ ἡμῖν πολλαὶ παραδόσεις, συμβαλλόμεναι δηλαδὴ πρὸς τὸ εὐσχημόνως πάντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι· οἷον, ἡ τάξις τῶν ἀναγινωσκομένων ἐν τῇ λειτουργίᾳ, καὶ τῶν ἑορτῶν αἱ ἐξαίρετοι. Καὶ διδάσκεται ὁ λαὸς, ὅτι τοιαύτη λατρεία οὐδένα δικαιοῖ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι παραλιπών τις ἐκεῖνα ἄνευ σκανδάλου, οὐχ ἁμαρτάνει. Ταύτην τὴν ἄδειαν ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τῶν θεσμῶν, οἱ ἐν ὁσίοις πατέρες οὐκ ἠγνόησαν. Πάλαι γὰρ αἱ πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίαι οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τῇ ἐν Ῥώμῃ, τὴν τοῦ πάσχατος ἡμέραν ἑορτάζειν εἰώθασι· καὶ τῶν Ῥωμαίων τοῖς ἀνατολικοῖς σχίσμα ἐγκαλούντων, ἐνουθέτησαν αὐτοὺς οἱ ἄλλοι, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ταῦτα τὰ ἔθη ἑκάστοτε συνᾴδειν, καὶ ὅμοια εἶναι. Καὶ ὁ Εἰρηναῖος φησὶν, ἡ τῆς νηστείας διαφωνία τὴν τῆς πίστεως συμφωνίαν οὐ διαλύει. Ὡς καὶ διορισμῷ ιβ´ Γρηγόριος ὁ πάπας σημαίνει, τοιαύτην ἀνομοιότητα οὐδεμίαν βλάβην καὶ ζημίαν τῇ τῆς ἐκκλησίας ἑνότητι ἐπιφέρειν. Καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ τριμερὴς ἱστορία, βιβλίῳ τῷ θ´ πολλὰ παραδείγματα διαφόρων θεσμῶν συναθροίζει, καὶ γνώμην πάγχρηστον ἀποφαίνουσα, ὁ νοῦς, φάσκει, τῶν ἀποστόλων ἐγένετο, οὐ περὶ τῶν ἑορτασίμων ἡμερῶν δογματίζειν, ἀλλὰ καλὴν ἀναστροφὴν, καὶ εὐσέβειαν διακηρύσσειν.

Τὴν ἄδειαν τῶν παραδόσεων συγχωροῦσιν οἱ πατέρες.

Περὶ εὐχῶν τῶν μοναζόντων.

ΠΕρὶ εὐχῶν τῶν μοναστῶν βέλτιόν τις καταμάθοι ἂν τὰ παρ᾽ ἡμῖν διδασκόμενα, μεμνημένος τῆς κατὰ τὸν ἄνω χρόνον συμβιώσεων μοναχικῶν καταστάσεως, καὶ τῶν καθημέραν

Confirmatio exercitij diſciplinæ.

Item, hoc genus Dæmoniorum non ejicitur niſi ieiunio & oratione. Et Paulus ait: Caſtigo corpus meum, & redigo in ſeruitutem. Vbi clarè oſtendit, ſe ideo caſtigare corpus, non vt per eam diſciplinam mereatur remiſsionem peccatorum, ſed vt corpus habeat obnoxium & idoneum ad res ſpirituales, & ad faciendum officium iuxta vocationem ſuam. Itaq; non damnantur ipſa ieiunia, ſed traditiones, quæ certos dies, certos cibos præſcribunt, cum periculo conſcientiæ, tanquam eiuſmodi opera ſint neceſſarius cultus.

Noſtræ traditiones.

Seruantur tamen apud nos pleræque traditiones, quæ conducunt ad hoc, vt res ordine gerantur in Eccleſia, vt ordo lectionum in Miſſa, & præcipuæ feriæ. Sed interim homines admonentur, quòd talis cultus non iuſtificet coram Deo, & quòd non ſit ponendum peccatum in talibus rebus, ſi comitantur ſine ſcandalo. Hæc libertas in ritibus humanis non fuit ignota patribus. Nam in Oriente alio tempore ſeruauerunt paſcha quàm Romæ. Et cùm Romani propter hanc diſsimilitudinē accuſarent Orientem Schiſmatis, admoniti ſunt ab alijs, tales mores non oportere vbiq; ſimiles eſſe. Et Irenæus inquit: diſſonantia ieiunij, fidei conſonantiam non ſoluit. Sicut & diſtinctione 12. Gregorius Papa ſignificat, talem diſsimilitudinem non lædere vnitatem Eccleſiæ. Et in Hiſtoria tripartita lib. 9. multa colliguntur exempla diſſimilium rituum, & recitantur hæc verba: Mens Apoſtolorum fuit, non de diebus feſtis ſancire, ſed prædicare bonam conuerſationem & pietatem.

Libertatē traditionum Patres permittunt.

De votis Monachorum.

QVid de votis Monachorum apud nos doceatur, meliùs intelliget, ſi quis meminerit, qualis ſtatus fuerit

mona-

Monaſteria qualia Auguſtini tempore.

monaſteriorũ, quàm multa contra canones in ipſis monaſterijs quotidie fiebant? Auguſtini tempore erant libera collegia: poſtea corrupta diſciplina, vbiq; addita ſunt vota, vt tanquam excogitato carcere, diſciplina reſtitueretur. Additæ ſunt paulatim ſupra vota aliæ multæ obſeruationes. Et hæc vincula multis ante iuſtam ætatem contra canones iniecta ſunt. Multi inciderunt errore in hoc vitæ genus, quibus, etiamſi non deeſſent anni, tamen iudicium de ſuis viribus defuit. Qui ſic irretiti erant, cogebantur manere, etiamſi quidam beneficio canonum liberari poſſent. Et hoc accidit magis etiam in Monaſterijs virginum, quàm Monachorum, cùm ſexui imbeciliori magis parcendum eſſet. Hic rigor diſplicuit multis bonis viris, ante hæc tempora, qui videbant puellas & adoleſcentes in Monaſteria detrudi propter victum: videbant quàm infeliciter ſuccederet hoc conſilium, quæ ſcandala pareret, quos laqueos conſcientijs inijceret: dolebant autoritatem canonum in re periculoſiſsima omnino negligi & contemni.

καθημέραν παρὰ τὸ καθῆκον, καὶ τοὐναντίον τοῖς κανόσιν ἐν αὐταῖς γινομένων. Ἐπ' Αὐγουστίνου συνουσίαι τινὲς καὶ διατριβαὶ ἦσαν ἐλεύθεραι· εἶτα δὲ διὰ τὸ διεφθαρμένον τῆς ἐναρέτου παιδείας αἱ εὐχαὶ προσεπενοήθησαν, ὥστε ἀποκατάστασιν αὐτῆς, καὶ διόρθωσιν τῶν ἠθῶν γενέσθαι, οἱονεὶ δεσμωτηρίῳ τινὶ τῆς μοναστικῆς διαγωγῆς ἐγκλεισμένης. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἠρέμα ταῖς εὐχαῖς πολὺ πλῆθος ἄλλων τινῶν ἀνθρωπίνων ἐνταλμάτων προσετέθη, καὶ ταῦτα τὰ δεσμὰ οὐκ ὀλίγοις παρὰ τοὺς κανόνας, οὔπω εἰς τὸ τέλειον ἐφθακόσι τῆς ἡλικίας μέτρον ἐμβέβληται. Πολλοὶ δὲ καὶ πλάνῃ τινὶ τῷδε τῷ μονήρει καὶ ἀναχωρητικῷ καὶ ἐκδημητικῷ τοῦ κόσμου βίῳ περιέπεσον, οἵτινες καίτοι ἡλικίαν ἔχοντες, ὅμως τὸ ἀσθενὲς ἑαυτῶν οὐκ ἐπέγνωσαν. Οὕτω δὲ τὸν τράχηλον ἐμπαγιδευθέντες ἐπιμένειν τῇ μοναστικῇ, καὶ ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένῃ διατριβῇ ἠναγκάσθησαν, εἰ καὶ κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἐπιείκειαν, ἐλευθερωθῆναι αὐτῆς δυνάμενοι. Ὅπερ μᾶλλον ἔτι τῶν μοναζουσῶν τῶν παρθένων, ἢ αὐτοῖς τοῖς μονασταῖς συνέβη, δέον τοῦ θηλυκοῦ γένους ἅτε φύσει ἀτονωτέρου ὅτι μάλιστα φείσασθαι. Τοῦτο δὴ τὸ ἀκριβὲς καὶ στρυφνὸν πολλοῖς τῶν ἀγαθῶν καὶ χρηστῶν ἀνθρώπων κατὰ τοὺς πρώην χρόνους ἥκιστα ἤρεσεν, ὁρῶσί γε τότε κοράσια καὶ μειράκια, μόνον διὰ τὰ ἄλφιτά φασι, τουτέστι διὰ εὐπορίαν τῶν διατροφῶν, τοῖς κοινοβίοις ἐρημίαις ἐναποκλείεσθαι, καὶ μὴ κατευοδοῦσθαι ὅμως τοῦτο τὸ βούλευμα. Σκάνδαλα γὰρ τὰ αἴσχιστα ἐντεῦθεν βλαστῆσαι, καὶ τὰς συνειδήσεις βρόχοις δυσλύτοις ἐμπλεχθῆναι. Διὸ παγχαλέπως φέροντες δῆλοι ἐγένοντο, τοὺς μοναστικῆς ἀναχωρήσεως προστατεύοντας ἐπὶ τοσοῦτον ἀνεπιεικείας, μᾶλλον δ' ὠμότητος καὶ τυραννίδος προκεχωρηκέναι, ὥστ' ἐν πράγματι αὐτῶν ἐπισφαλεστάτῳ, οὐ μόνον τοῦ εὐαγγελίου ἀφροντίστως ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν κανόνων κῦρος περιιδεῖν.

Ποῖα ἐπ' Αὐγουστίνου μοναστήρια.

Nimium dignitatis tributum votis Monaſticis.

Ad hæc mala accedebat talis perſuaſio de votis, quam conſtat etiam olim diſplicuiſſe ipſis Monachis, ſi qui paulò cordatiores fuerunt: docebant vota paria eſſe baptiſmo, docebant ſe hoc vitæ genere mereri remiſsionem peccatorum, & iuſtificationem coram Deo: Imò addebant vitam monaſticam, non tantùm iuſticiam mereri coram Deo, ſed amplius etiam: quia ſeruaret non modò præcepta, ſed etiam conſilia Euangelica.

Ταύτας ἄρα τὰς ἄρτι κατειλεγμένας ζημίας καὶ ἡ περὶ τῶν εὐχῶν κακοδοξία ηὔξησεν, ἣν καὶ αὐτοῖς τοῖς νουνεχεστέροις τῶν μοναχῶν οὐκ ἀρέσαι πρόδηλον· ἴσας δηλαδὴ εἶναι εὐχὰς τὰς μοναστικὰς αὐτῷ τῷ βαπτίσματι, καὶ διὰ τὸν μοναύλιον καὶ ἀσκητικὸν καὶ καρτερικὸν βίον, ἀξιωθῆναι τοὺς μονάστας τῆς τε τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, καὶ τῆς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης. Οὐκ ἠρκοῦντο δὲ καὶ τοῦτο ἀσκήσει τῇ μοναστικῇ ἀνακείμενοι, οὐ μόνον τὴν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ δικαίωσιν, ἀμοιβὴν καὶ μισθαποδοσίαν αὐτῆς εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τινὰ πλείω, διατηρούσης δηλονότι οὐ μόνον τὰ ἐν τῷ νόμῳ ὑπὸ τοῦ θεοῦ προστεταγμένα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν εὐαγγελίῳ συμβουλευθέντα.

Ἡ ἄγαν ἀξία καὶ ὑπερβολικὴ εὐχῶν τῶν μοναστικῶν.

Ita perſuadebant, Monaſticam profeſsionẽ longè meliorẽ eſſe baptiſmo,

Οὕτως οὖν ψευδολογοῦντες τὸν λαὸν ἀνέπεισαν, βίου διαγωγὴν μοναστικοῦ κρειττότερόν τι εἶναι, καὶ πολλῷ διαφέρειν αὐτοῦ τοῦ βαπτίσμα-

vitam

πτίσμα-

πλίσματος, καὶ μείζονος ἀμοιβῆς ἀξίαν ὑπάρχειν, ἢ τὸν πολιτικὸν καὶ ἐκκλησιαστικὸν καὶ οἰκονομικόν, καὶ συνελόντι φάναι, πάντων τῶν ἀνθρώπων ὧν τινων οὖν, τῶν κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ διάταξιν, ἄνευ ἐθελοθρησκείας τινός, τῇ ἑαυτῶν κλήσει ἐπιμενόντων, καὶ δουλευόντων. Καὶ μηδὲν τούτων ἀπαρνήσασθαι δύνανται οἱ μονάζοντες, ἐγκειμένων γε ἐν τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν γεγραμμένοις βιβλίοις καὶ συντάγμασι.

Διαφορὰ τῶν πάλαι καὶ τῶν ἤδη μοναστηρίων.

Τί δὲ παρὰ τὰ λεχθέντα ἐν τοῖς κοινοβίοις οἰκητηρίοις ἐγένετο; σκεψώμεθα δή. Πάλαι μὲν διδασκαλεῖα ἦν τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ ἄλλων μαθημάτων τῇ ἐκκλησίᾳ ὠφελίμων, ποιμένας τε καὶ ἐπισκόπους ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιχορηγοῦντα, νυνὶ δὲ μηδαμῶς συνῳδὰ τούτοις ἐν αὐτοῖς γίνεσθαι οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ὥστε περιττὸν εἶναι περὶ τῶν πᾶσι γνωρίμων τὸν λόγον μηκύνειν. Πάλαι μὲν πρὸς τὸ μαθεῖν συνήρχοντο, νυνὶ δ᾽ εἰς θεολατρείαν καὶ περιποίησιν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ δικαιοσύνης, ἥδε ἡ τοῦ βίου διαγωγὴ μεταφέρεται, τάξις καὶ κατάστασίς τις εἶναι διαθρυλλουμένη τῆς τελειουργίας ἢ τελειώσεως, καὶ ἄλλων πάντων τοῦ βίου τρόπων προτιμωμένη.

Ταῦτα μὲν κατελέξαμεν οὐδὲν ἀπεχθῶς ἐπιτείνοντες, ὅπως εὐσυνετώτερα γένοιτο τὰ τῶν ἡμετέρων διδάγματα.

Τὸ τῶν ἡμετέρων δίδαγμα περὶ μοναχῶν, τῶν γαμούντων.

Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῶν μὴ ἐμμενόντων ἀγωγῇ μοναχικῇ, γαμούντων δέ, διδάσκεται παρ᾽ ἡμῖν οὕτως. Ἐξεῖναι γαμεῖν πᾶσι τοῖς ἀνεπιτηδείως πρὸς διατήρησιν τῆς παρθενίας ἔχουσιν. Οὐ γὰρ δύνανται αἱ εὐχαὶ τὸ διαταχθὲν καὶ ἐντεταλμένον παρὰ τοῦ θεοῦ καταλύειν καὶ ἀκυροῦν. Ἔστι δὲ μία τῶν θεοῦ ἐντολῶν καὶ ἥδε· διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Καὶ οὐ μόνον τὸ παράγγελμα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ διαταγή, καὶ κτίσις τοῦ θεοῦ γαμικὴν σύζευξιν τῆς ἀζυγίας προαιρεῖσθαι ἀναγκάζει πάντας, τοὺς μὴ ἐξαίρετόν τι χάρισμα τοῦ ἁγνῶς διαβιῶναι θεόθεν λαβόντας, κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ λόγιον· Εἶπε κύριος ὁ θεός, οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον. Οὐ τοίνυν ἁμαρτάνουσιν, οἵτινες ὑπακούοντες ταύτῃ τῇ ἐντολῇ καὶ διατάξει τοῦ θεοῦ, γαμοῦσι.

Αἱ εὐχαὶ παραχωροῦσι νόμῳ τῷ θείῳ.

Τί πρὸς ταῦτα ἀντερεῖν τις ἔχοι ἄν; ὑπερμαχέσθω δὴ τῶν εὐχῶν ὅστις βούλεται, καὶ τὸ κῦρος αὐτῶν μεγαλυνέτω παντὶ σθένει, οὐχ ὅμως αἱ εὐχαὶ τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπιτεταγμένον ἀκυροῦν καὶ ἀθετεῖν δυνηθήσονται.

vitam monaſticam plus mereri, quàm vitam Magiſtratuum, vitam paſtorum & ſimilium, qui in mandatis Dei, ſine factitijs religionibus, ſuæ vocationi ſeruiunt. Nihil horum negari poteſt, extant enim in libris ipſorum.

Differentia veterum & hodiernorum Monaſteriorum.

Quid fiebat poſtea in Monaſterijs? olim erant ſcholæ ſacrarum literarum, & aliarum diſciplinarum, quæ ſunt vtiles Eccleſiæ, & ſumebantur inde paſtores & Epiſcopi: Nunc alia res eſt: nihil opus eſt recitare nota. Olim ad diſcendum conueniebant: nunc fingunt inſtitutum eſſe vitæ genus ad promerendam remiſsionem peccatorum & iuſtificationem: Imò prædicant eſſe ſtatum perfectionis, & longè præferunt omnibus alijs vitæ generibus, à Deo ordinatis.

Hæc ideo recitauimus nihil odioſè exaggerantes, vt melius intelligi poſſit de hac re doctrina noſtrorum.

Doctrina noſtra de Monachis matrimonium contrahentibus.

Primùm de his, qui matrimonia contrahunt, ſic docent apud nos, quòd liceat omnibus, qui non ſunt idonei ad cœlibatum, contrahere matrimonium: quia vota non poſſunt ordinationem ac mandata Dei tollere. Eſt autem hoc mandatum Dei: propter fornicationem habeat vnuſquiſq; vxorem ſuam. Neq; mandatum ſolum, ſed etiam creatio & ordinatio Dei cogit hos ad coniugium, qui ſine ſingulari Dei opere non ſunt excepti, iuxta illud: non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Igitur non peccant iſti, qui obtemperant huic mandato & ordinationi Dei.

Vota cedunt legi diuinæ.

Quid poteſt contra hæc opponi? Exaggeret aliquis obligationem voti, quantùm volet, tamen non poterit efficere, vt votum tollat mandatum Dei.

canones docent, in omni voto ius ſuperioris excipi: quare multò minus hæc vota, contra præcepta Dei, valent. Quòd ſi obligatio votorum nullas haberet cauſas, cur mutari poſsit, nec Romani pontifices diſpenſaſſent. Neq; enim licet homini obligationem, quæ ſimpliciter eſt juris diuini, reſcindere. Sed prudenter iudicauerunt Romani pontifices, æquitatem in hac obligatione, adhibendam eſſe: ideo ſæpe de votis diſpenſaſſe leguntur. Nota eſt Hiſtoria de Rege Arragonum reuocato ex Monaſterio, & extant exempla noſtri temporis.

Κἀπειδὴ αὐτοὶ οἱ κανόνες νομοθετοῦσιν, ἐν πάσῃ εὐχῇ τὸ τοῦ ἀνωτέρου νόμιμον ἐξαιρετέον εἶναι, ἥκιστα δὴ ἐν ταῖς εὐχαῖς τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα παρορᾶν χρεών. Διὸ μηδαμῶς αἱ εὐχαὶ αἱ κατὰ τῶν θείων παραγγελμάτων προαγορεύσεως γενόμεναι ἰσχύουσιν. Ἔπειτα δὲ εἰ ὁ τῶν εὐχῶν καταδεσμὸς παντάπασιν ἄλυτος ἦν, οὔτε τοῖς ἐν ῥώμῃ ἀρχιερεῦσιν ἐξεῖναι ἢ δυνηθῆ ἂν διαλύειν αὐτόν. Οὐ γὰρ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ᾧτινι οὖν, τὰ τοῦ θείου νόμου ἀναιρεῖν. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν εὐχῶν τῶν μοναχικῶν οὐδὲν ὁ θεὸς ἐνετείλατο, οὐκ ἀπεικότως, ἀλλὰ πάνυ τοι φρονίμως καὶ νουνεχόντως ἔκριναν οἱ τὴν διάλυσιν αὐτῶν συγχωρήσαντες, ἐπιεικείας δεῖν τὰ τοιαῦτα, ἣν οὐκ ὀλιγάκις τοῖς εὐξαμένοις ἀπονεμηθῆναι, τὰ πάλαι γεγραμμένα ἀναγινώσκοντες εὑρίσκομεν. Γνώριμα γὰρ παντὶ τῷ τὰ περὶ βασιλέως τῶν ἀρραγόνων ἱστορούμενα, καὶ αὐτοῦ μονάσαντός μέν ποτε, εἶτα δ' ἀπολυθέντος θεσμοθεσίας καὶ ἀγωγῆς μοναστικῆς, καὶ δὴ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν τῶν μεταγενεστέρων, καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους.

Voti proprietas

Deinde, cur obligationem exaggerant aduerſarij, ſeu effectum voti, cùm interim de ipſa voti natura ſileant, quod debet eſſe in re poſsibili, quod debet eſſe voluntarium, ſponte & conſultò conceptum. At quomodo ſit in poteſtate hominis perpetua caſtitas, non eſt ignotum. Et quotusquisq; ſponte & conſultò vouit? Puellæ & adoleſcentes, priusquàm iudicare poſſunt, perſuadentur ad vouendum: interdum etiam coguntur. Quare non eſt æquum, tam rigidè de obligatione diſputare, cum omnes fateantur, contra voti naturam eſſe, quod non ſponte, quod inconſultò admittitur.

Πρὸς τούτοις διὰ τί οἱ ἀντίδικοι ἡμῶν τὸν καταδεσμόν, τουτέστι τὸ ὑπεύθυνον, καὶ ὀφείλημα τῶν εὐξαμένων, καὶ οἱονεὶ ἀποτέλεσμα τῆς εὐχῆς, εἰς τόσον σεμνύνοντες τοῖς λόγοις ἐπιτείνουσι, τὴν φύσιν αὐτῆς ἀποσιωπῶντες, εἶναι δηλαδὴ τὴν εὐχὴν δεῖν τῶν δυνατῶν, καὶ ἑκουσίως γίνεσθαι, καὶ αὐθαιρέτως, καὶ προαιρέτως; τίς δὲ τῶν δυνατῶν τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι φαίη ἄν, τὸ διηνεκὲς παρὰ πάντα τὸν βίον τῆς ἁγνείας; καὶ πόσον φέρε δὴ πλῆθός ἐστι τῶν αὐτομάτως τε καὶ ἐκ προαιρέσεώς τινος εὐξαμένων; ἀναπείθεσθαι γάρ, καὶ προσέτι καὶ ἀναγκάζεσθαι ἔσθ' ὅτε πρὸς τὸ εὔχεσθαι εἴωθε κοράσιά τε καὶ μειράκια, οὔπω προνοεῖν τοῦ ἑαυτῶν βίου δυνάμενα. Ἧττον οὖν ἐχρῆν φιλονεικεῖν περὶ καταδεσμοῦ τῶν εὐχῶν τοὺς ἀντιδίκους ἡμῶν, ὄντος τῶν ἀναντιῤῥήτων οὐδέ, ἐναντιοῦσθαι τῇ τῶν εὐχῶν φύσει πᾶν τὸ μὴ προθύμως καὶ προαιρέτως ὑπισχνούμενον. Τῆς εὐχῆς ἰδίωμ.

Canones de Votis.

Pleriq; canones reſcindunt vota ante annum 15 contracta: quia ante illam ætatem non videtur tantum eſſe iudicij, vt de perpetua vita conſtitui poſsit. Alius canon plus concedens hominis imbecillitati, addit annos aliquot: vetat enim ante annum 18. votum fieri. Sed vtrum ſequemur, maxima

Οἱ πλεῖστοι τῶν κανόνων καταργοῦσι τὰς εὐχάς, τὰς ὑπὸ τῶν οὔπω εἰς τὸ ιε' ἔτος τῆς ἡλικίας ἐληλακότων γενομένας. Οὐ γὰρ δοκεῖ κατώτερός τις ὢν τὴν ἡλικίαν, βουλεύεσθαί τι περὶ τοῦ ἑαυτοῦ, καὶ προαιρεῖσθαί τινα τοῦ παντὸς βίου τρόπον δύνασθαι. Φέρεται δὲ καὶ ἄλλος κανὼν πλεῖον τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείᾳ ἀπονέμων, καὶ μείζονα χρόνον τοῖς μονάζουσι συγχωρῶν. Ἀπαγορεύει γὰρ πρὸ ἐνιαυτοῦ τοῦ ιη' εὔχεσθαι· ἀλλ' ἐὰν εἴτε τούτῳ, εἴτε τῷ προειρημένῳ κανόνι ἀκολουθοῦ-

Οἱ περὶ τῶν εὐχῶν κανόνες.

ἀκολουθῶμεν, ἀνέγκλητοί γ' οἱ πλεῖστοι τῶν καταλιπόντων τὰς ἀναχωρητικὰς συμβιώσεις, τὰ μοναστήρια λέγω, ἔσονται εὐξάμενοι δή, ὡς ἐπίπαν πρὸ τῶν λεχθεισῶν προθεσμιῶν. Τοὔσχατον δὲ κἂν ἡ τῶν εὐχῶν παράβασις μέμψεώς τινος ἀξία φαίνοιτο, οὐχ ὅμως εὐθύς, τῶν ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθούντων εἴη ἄν, τὰς συζυγίας τῶν τοιούτων διαλυθῆναι δεῖν. Οὔτε γὰρ αὐτὸς ὁ Αὐγουστῖνος, ὁ μέγιστον ἀξίωμα φέρων, ταύτῃ τῇ γνώμῃ συγκατατίθεται. Τοὐναντίον γὰρ φρονῶν τὴν τῶν εὐξαμένων ἔγγαμον σύζευξιν, ἄρρηκτον ἐατέον εἶναι δογματίζει, ζητήματι κζ' κεφαλ. α' τῶν γάμων, καὶ τὰ λοιπά. Εἰ καί τισι τῶν μετέπειτα ἄλλως ἔδοξε.

Ἀλλ' εἰ καὶ ἡ θεία περὶ τοῦ γαμεῖν ἐντολὴ σχεδὸν πάντας ἀπολύειν, καὶ ἀπελευθεροῦν τῶν εὐχῶν δύναται, οὐχ ἧττον ὅμως δι' ἄλλης τινὸς αἰτίας τὸ μάταιον οἱ παρ' ἡμῖν, καὶ ἄκυρον τῶν εὐχῶν διασαφοῦσιν· ἤγουν, ὅτι πᾶσα λατρεία ὑπ' ἀνθρώπων, χωρὶς καὶ ἔξω τῆς τοῦ θεοῦ προστάξεως ἐπινοηθεῖσά τε καὶ προχειρισθεῖσα, πρὸς μισθάρνησιν τῆς τῶν παραπτωμάτων ἀφέσεως καὶ δικαιοποιΐας, ἀσεβής ἐστιν· αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ φάσκοντος, Μάτην σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Καὶ ὁ Παῦλος ἑκάστοτε διδάσκων διατελεῖ· μὴ ζητητέον εἶναι τὴν δικαιοσύνην ἐκ τῶν παρατηρήσεων ἢ λατρειῶν ἡμῶν, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐξευρεθεισῶν· ἐπιτυχεῖν δ' ἡμᾶς διὰ πίστεως, πιστεύοντας ἀποκαταλλαχθῆναι ἡμᾶς τῷ θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἵλαον δι' αὐτὸν ἐκεῖνον ἡμῖν γενέσθαι, καὶ μὴ διὰ τὰς ἡμῶν καλοκαγαθοποιΐας ἅς τινας οὖν.

Οὐδὲν κατὰ τοῦ θεοῦ τηρητέον.

Γνωστὸν δὲ καὶ δῆλόν ἐστι πᾶσι, διδάξαι τοὺς μοναχοὺς τὴν τῶν ἐθελοθρησκειῶν μισθαπόδοσιν εἶναι, τὴν τῶν πλημμεληθέντων ἄφεσιν, καὶ δικαίωσιν, καὶ τὸ ἱκανὸν ὑπὲρ τῶν παρανομηθέντων αὐτοῖς ἀποδοῦναι. Τοιαύτην ἄρα ψευδοδιδασκαλίαν τί ἄλλο εἶναι φαίημεν ἄν, ὅτι μὴ ἐπισκότησιν καὶ περιπηλακισμὸν τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπάρνησιν τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης; οὖσαι τοίνυν ἀσεβεῖς αἱ συνήθεις τῶν εὐχῶν, ὡς ἐπακόλουθον τοῖς εἰρημένοις ἐστίν, ἐξ ἀνάγκης ἠκυρώθησαν· οὐδὲν ἰσχυούσης εὐχῆς ἀσεβοῦς, καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ ἐντολαῖς ἐναντίας. Οὐ γὰρ ἔοικεν, ὡς τῶν κανόνων τις εἶπεν, ἀνομίας δέσματα τὴν εὐχὴν γίνεσθαι.

ὁ βίος μοναστικὸς τὸν οὐρανὸν μισθαρνεῖν σπουδάζων ἀνόσιος.

xima pars habet excuſationem, cur Monaſteria deſerant: quia plurimi ante hanc ætatem vouerunt. Poſtremò, etiamſi voti violatio reprehendi poſſet: tamen non videtur ſtatim ſequi, quòd coniugia talium perſonarum diſſoluenda ſint. Nam Auguſtinus negat debere diſſolui, *27.* quæſt. *1.*cap.Nuptiarum, cuius non eſt leuis autoritas, etiamſi alij poſtea aliter ſenſerunt.

Quanquam autem mandatum Dei de coniugio, videatur pleroſq; liberare de votis: tamen afferunt noſtri & aliam rationem de votis, quòd ſint irrita: quia omnis cultus Dei, ab hominibus, ſine mandato Dei, inſtitutus & electus ad promerendam remiſſionem peccatorum & iuſtificationem impius eſt, ſicut Chriſtus ait: fruſtra colunt me mandatis hominum. Et Paulus vbiq; docet, iuſticiã non eſſe quærendam ex noſtris obſeruationibus & cultibus, qui ſint excogitati ab hominibus: ſed contingere eam per fidem, credentibus ſe habere Deum placatum, & propitium propter Chriſtum, non propter vlla noſtra merita.

Nihil contra Deum obſeruandum eſt.

Conſtat autem, Monachos docuiſſe, quod factitiæ religiones mereantur remiſſionem peccatorum & iuſtificationem, & quòd pro peccatis ſatisfaciant. Quid hoc eſt aliud, quàm de gloria Chriſti detrahere, & obſcurare, ac negare iuſticiam fidei? Sequitur igitur, iſta vota vſitata impios cultus fuiſſe: quare ſunt irrita. Nam votum impium, & factum contra mandata Dei non valet. Neq; enim debet votum vinculum eſſe iniquitatis, vt canon dicit. Paulus

Vita Monaſtica, cælum pr ot mereri conans impia eſt.

Paulus dicit, euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis, id eſt, qui ſentiunt, quòd mereantur proprijs operibus remiſsionē peccatorum, & quòd propter propriam legis impletionem placeant Deo, nec ſentiunt, quòd propter Chriſtum gratis accipiant fide donatam remiſsionem peccatorum per miſericordiam Dei, & quòd propter Chriſtū placeant Deo, hi amittunt Chriſtum: quia fiduciam debitam Chriſto & promiſsioni Dei, transferunt ad opera: item opponunt iræ Dei non propiciatorem Chriſtum, ſed propria opera, quare honorem debitum Chriſto transferunt ad opera noſtra. Conſtat autem Monachos hoc docere, quòd ſuis obſeruationibus mereantur remiſsionem peccatorum, quòd habeant Deum propicium propter has obſeruationes. Quare docent confidere ſuis operibus, non propiciatione Chriſti. Hæc fiducia eſt impia, & cum Euangelio pugnat, & in iudicio Dei deprehendetur eſſe inanis. Non enim poſſunt opera noſtra opponi iræ & iudicio Dei. Tantùm ita placatur ira Dei, quando gratuitam miſericordiam, propter Chriſtum promiſſam, fide apprehendimus. Amittunt igitur Chriſtum, qui fiduciam non in Chriſtum, ſed in propria opera collocant.

Præterea Monachi docuerunt, ſuum vitæ genus ſtatum eſſe perfectionis: quia obſeruarent non ſolùm præcepta, ſed etiam conſilia. Hic error maximè pugnat cum Euangelio, quòd finxerunt, ſe præceptis ita ſatisfacere, vt amplius etiam facerent. Et hinc natus eſt horribilis error, quòd finxerunt, ſe habere merita ſupererogationis. Hæc applicârunt pro alijs, vt ſatisfactiones eſſent pro alienis peccatis. Hæc ſi quis odioſè velit exagitare, quàm multa commemorare poſsit, quorum iam ipſos Monachos pudet. Non

Dixerunt Monachi, ſe in ſtatu perfectionis eſſe. Alijs etiam opera ſupererogationis vendiderunt.

Ὁ Παῦλος τοῖς Γαλάταις ἐπιστέλλων διαῤῥήδην λέγει· κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε· τουτέστιν, οἱ ὑπολαμβάνοντες διὰ τὰς οἰκείας καλοκαγαθοποιήσεις τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν μισθοφορήσειν, καὶ διὰ τὴν τοῦ νόμου πλήρωσιν καὶ ὁλοχερῆ ὑπακοὴν τῷ θεῷ εὐαρεστήσειν, καὶ μὴ πεπεισμένοι διὰ τὸν Χριστὸν δεδωρημένην αὐτὴν προῖκα παρὰ τοῦ οἰκτίρμονος θεοῦ τῇ πίστει λαμβάνειν, καὶ διὰ τὸν Χριστὸν τῷ θεῷ εὐπρόσδεκτοι εἶναι, ζημιοῦνται τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐπ' αὐτὸν καὶ τὰς ἐπαγγελίας πεποίθησιν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἀγαθουργίας μεταφέροντες, καὶ τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ οὐ τὸν λυτρωτὴν καὶ ἱλαστήρα Χριστὸν, ἀλλὰ τὰ ἴδια κατορθώματα ἀντιπαρατάσσοντες, καὶ τὴν ὀφειλομένην τῷ Χριστῷ τιμὴν τοῖς ἑαυτῶν ἀγαθουργήμασι προσνέμοντες. Γένοιτο δ' ἂν ἔξαρνος οὐδεὶς, διδάξαι τοὺς μονάζοντας, μισθαρνήσεις εἶναι τὰς ἑαυτῶν παρατηρήσεις τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἱλάσκεσθαι αὐτοῖς δι' ἐκείνας τὸν θεόν. Διὸ καὶ ταῖς ἑαυτῶν θεσμοθεσίαις καὶ ἀγαθοποιΐαις πεποιθέναι τὸν λαὸν ἐκέλευσαν, καὶ μὴ τῇ λυτρώσει καὶ τῷ ἱλασμῷ τοῦ Χριστοῦ. Αὕτη ἡ πεποίθησις, ἀσεβὴς οὖσα, τῷ εὐαγγελίῳ ἀντιμάχεται, κἂν τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ ματαία καὶ ἀνωφελὴς εἶναι καταφωραθήσεται. Οὐ γὰρ τὰ ἡμῶν κατορθώματα ἄξια ὄν, τὴν τοῦ θεοῦ ὀργὴν καὶ ἀπροσωπόληπτον κρίσιν ὑπομένοι ἄν· ἀλλὰ μόνον ἄνευ ἔργων, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, διὰ τὸν Χριστὸν ἐπηγγελμένην ἡμῖν χάριν, καὶ ἔλεος τοῦ θεοῦ τῇ πίστει ὑποδεχομένοις, ὀργισθεὶς ἐκεῖνος ἀνεκφράστως, ἵλαος πάλιν καὶ εὐμενὴς γίνεται. Ἀποστεροῦσιν οὖν ἑαυτοὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς χάριτος ἐκβάλλουσιν, ὅσοι μὴ τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις δικαιοπραγίαις τὴν ἑαυτῶν πεποίθησιν ἐπερείδουσιν.

Ἐγένετο δὲ τῶν ψευδῶς καὶ ἀσεβῶς ὑπὸ τῶν μοναχῶν διδαχθέντων καὶ τόδε, τὴν αὐτῶν ἀσκητικὴν τῆς εὐσεβείας συμβίωσιν, καὶ τελειουργίας κατάστασιν εἶναι· τηρούντων δηλονότι οὐ μόνον τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς, ἀλλὰ καὶ γνώμας ἢ βουλὰς τὰς εὐαγγελικάς. Ἥδε ἡ πλάνη τῶν δεινοτάτων καὶ ὅτι μάλιστα πολεμίων ἐστὶ τῷ εὐαγγελίῳ, δι' ἧς φρεναπατῶντες ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους, τηλικαύτην ὁλοκληρίαν καὶ τελειότητα ἑαυτοῖς προσεμαρτύρησαν, ὥστε οὐ μόνον

Ἐδίδαξαν τὴν ἑαυτῶν συμβίωσιν τῆς τελειουργίας εἶναι κατάστασιν οἱ μονασταί.

Οὐ μόνον τὰ ἐν τῷ νόμῳ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐντεταλμένα διαφυλάττειν ἅπαντα, ἀλλὰ καὶ πλείω τούτων ποιεῖν δύνασθαι. Ἀπὸ ταύτης τῆς ἀπάτης καινή τις ἄλλη, δυσώνυμος δή, καὶ ἔτι μᾶλλον φρικτή, ἀφορμὴν ἔλαβε, περὶ τῆς κοινωνίας καὶ μεταδόσεως, ἐκ περιουσίας ἀγαθοποιϊῶν τῶν μοναστικῶν. Δοκοῦντες γὰρ αὐτοῖς περιοσεύειν ἔργων ἀγαθῶν οἱ μοναστοί, καὶ μὴ χρήζειν πάντων πρὸς ζωῆς ὤνησιν αἰωνίου, τὰ περιττὰ καὶ πλεονάζοντα, ὡς ἱκανοποιήσοντας τινὰς ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ἄλλοις συνωκειώσαντο. Ταῦτα δὴ καὶ τούτοις ὅμοια ἄλλα πάμπολλα, εἴ τις ἀπεχθῶς διασύρειν τοῖς λόγοις ἐβούλετο, μυρία εἶχεν ἂν καταλέξασθαι, ὧν καὶ αὐτοὶ οἱ μοναχοὶ ἤδη αἰσχύνονται ἀκούοντες.

Ὅτι καὶ ἄλλοις τὸ τῶν ἔργων περισσὸν ἔπρασαν.

Οὐχ ἡγητέον δὲ σκάνδαλον εὐκαταφρόνητον εἶναι, θεολατρείαν τινὰ τῷ λαῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προχειρίζειν, παρ' ἀνθρώπων ἐπινοηθεῖσαν, χωρὶς καὶ ἔξω τῆς θείας ἐντολῆς, καὶ διδάσκειν, ὅτι τοιαύτη τις θρησκεία τὸν μετερχόμενον αὐτὴν δικαιοῖ. Ἡ γὰρ δικαιοσύνη τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστόν, ἣν τὰ μάλιστα διασαφηνίζεσθαι καὶ ἐναυγάζειν χρὴ τῇ ἐκκλησίᾳ, παντάπασιν ἀφανίζεται, ἐπισκοτουμένων τῶν ὀφθαλμῶν τοῖς θαυμασταῖς ἐκείναις θρησκείαις τῶν ἀγγέλων, καὶ προφάσεσιν εὐπροσώποις πτωχείας, καὶ ἀκτησίας, καὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ ἁγνότητος.

Οὕτως ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀξία ἠφάνισται.

Non eſt leue ſcandalum, in Eccleſia populo proponere certum cultum, ab hominibus excogitatum ſine mandato Dei, & docere, quòd talis cultus iuſtificet homines. Quia iuſticia fidei in Chriſtum, quam maximè oportet tradi in Eccleſia, obſcuratur, cum illæ mirificæ religiones Angelorum, ſimulatio paupertatis & humilitatis, & cœlibatus, offunduntur oculis hominum.

Hoc modo meritum Chriſti obſcuratur.

Ἐπὶ τούτοις ἀμαυροῦντες αἱ τοῦ θεοῦ ἐντολαί, καὶ ἡ ἀληθινὴ θρησκεία, ἀκουόντων τῶν ἀνθρώπων τὰ μοναχικὴν ἐπιτήδευσιν μόνην τῆς χριστιανικῆς εὐσεβείας τελειωτικὴν εἶναι. ἔστι γὰρ τῷ ὄντι τελείωσις χριστιανική, ὁ φόβος τοῦ θεοῦ αὐτόκριτος, καὶ πληροφορία πίστεως, καὶ πεποίθησις ἐπὶ τῷ Χριστῷ τῷ ἐξιλάσαντι ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἐπίκλησις τοῦ θεοῦ, καὶ προσδοκία βοηθείας τῆς παρ' αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἑκάστου κλῆσιν ἐν βίῳ πραχθησομένοις, μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς τοῦ τὰ καλὰ τῶν ἔργων ἀπεργάζεσθαι, καὶ φιλοπονίας τοῦ ἀόκνως δουλεύειν τῇ κλήσει. Τούτοις ἄρα ὁ Χριστιανισμὸς τελειοῦται, καὶ ἡ ἀληθινὴ λατρεία τοῦ θεοῦ εὐαρεστοῦσα αὐτῷ ἐμπεριέχεται, οὐ τῇ ἀγαμίᾳ, ἢ πτωχείᾳ, καὶ ῥυπαρῷ τινι ἐνδύματι. Εἰσὶ δὲ παμπλείστων καὶ πάνυ βλαβερῶν κακοδοξιῶν ἐν τοῖς ἀκροωμένοις γεννητικὰ ἐκεῖνα τὰ περὶ τελειουργίας μοναστικῆς, τῆς ἀληθείας παντελῶς ἀμοιροῦντα, σεμνολογήματα. Ἀκούων γὰρ ὁ λαὸς ὑπερβαλλόντως τὴν ἀζυγίαν ἐπαινεῖσθαι, οὐκ ἄνευ σκανδάλου τῆς συνειδήσεως, τὴν συζυγίαν, ἣ κατείληπται, ὑποφέρει. Ἀκούων μόνους τοὺς πτωχεύοντας τελειουργοὺς εἶναι τῆς εὐσεβείας, τετρωμένος τὸ συνειδός, τά τε κτήματα κατέχει, καὶ ἐμπορεύεται· ἀκούων μίαν τῶν εὐαγγελικῶν ὑποθηκῶν καὶ γνωμῶν εἶναι, τὸ μὴ ἐκδικεῖν, ὑπάγεται ταύτῃ

Ἀληθινὴ τελειότης τῶν χριστιανῶν.

Σεμνολογήματος μοναστικοῦ ἐνέργεια.

Præterea obſcurantur præcepta Dei, & verus cultus Dei, cùm audiunt homines, ſolos Monachos eſſe in ſtatu perfectionis: quia perfectio Chriſtiana eſt ſeriò timere Deum, & rurſus concipere magnam fidem, & confidere propter Chriſtum, quòd habeamus Deum placatum, petere à Deo, & certò expectare auxilium in omnibus rebus gerendis iuxta vocationem: Interim foris diligenter facere bona opera, & ſeruire vocationi. In his rebus eſt vera perfectio, & verus cultus Dei, non eſt in cœlibatu, aut mendicitate, aut veſte ſordida. Ac populus concipit multas pernicioſas opiniones ex illis falſis præconijs vitæ Monaſticæ: Audit ſine modo laudari cœlibatum, ideo cum offenſione conſcientiæ verſatur in coniugio. Audit ſolos mendicos eſſe perfectos, ideo cum offenſione conſcientiæ retinet poſſeſsiones, negociatur: Audit conſilium Euangelicum eſſe de non vindicando, ideo alij in priuata vita non verentur ulciſci, audiunt enim conſilium eſſe, non præceptum. Alij omnes magiſtratus & ciuilia officia iudicant indigna eſſe Chriſtianis.

Vera perfectio Chriſtianorũ.

Iactantia Monaſtica effectus.

ταύτῃ τῇ πλάνῃ, καὶ παραπαίων τῇ γνώμῃ, ἤτοι ἰδιώτης ὤν, ἐκδικεῖ· ἅτε μὴ ἀπηγορευμένης δι' ἐντολῆς τῆς ἐκδικίας, μόνον δὲ συμβουλευθέντος ἐν τῇ εὐαγγελικῇ διδαχῇ τοῦ ἀπέχεσθαι αὐτῆς, ἢ τὸ πολιτεύεσθαι, καὶ τὸ τῷ ἄρχοντι προσήκοντα ποιεῖν, ἀνάξιον τοῦ χριστιανικῶς ζῆν προῃρημένου οἴεται.

Leguntur exempla hominum qui deſertò coniugio, deſerta reipublicæ adminiſtratione, abdiderunt ſe in Monaſteria. Id vocabant fugere ex mundo, & quærere vitæ genus, quod Deo magis placeret: nec videbant Deo ſeruiendum eſſe in illis mandatis, quæ ipſe tradidit, non in mandatis, quæ ſunt excogitata ab hominibus. Bonum & perfectum vitæ genus eſt, quod habet mandatum Dei. De his rebus neceſſe eſt admonere homines. Et ante hæc tempora reprehendit Gerſon errorem Monachorum de perfectione, & teſtatur, ſuis temporibus nouam vocem fuiſſe, quòd vita monaſtica ſit ſtatus perfectionis.

Seruiendum Deo ſecundū mandata eius.

Gerſon.

Ἱστόρησαν τινες περὶ τῶν καταλιπόντων τὰς ὁμοζύγους, καὶ τὰς πολιτικὰς κυβερνήσεις, καὶ ἐναποκλεισάντων ἑαυτοὺς τοῖς μοναστικοῖς οἰκίσκοις, ἀναχώρησιν τόδε καὶ ἐκδημίαν καὶ ἐξήλυσιν τοῦ κόσμου καλοῦντες, καὶ ζήτησιν βίου τινὸς κρείττονος, καὶ μᾶλλον θεῷ ἀρέσκοντος, οὐ διανοοῦντες λατρευτέον εἶναι τῷ θεῷ, ἐν οἷς αὐτὸς ἐντέταλται, καὶ μὴ ἐν θεσμοθετήμασί τισιν ὑπ' ἀνθρώπων ἐξευρημένοις. Καλὸς γὰρ καὶ τέλειος βίος ὄντως ἐστίν, ὅταν τις βιώῃ καθὰ ὁ θεὸς προσέταξε. Περὶ οὗ νουθετῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, τῶν ὅτι μάλιστα ἀναγκαίων ἐστίν. Ἐπεμέμψατο δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν κατὰ τοὺς ἄνω χρόνους, αὐτὸς ὁ Γέρσων τοῖς μοναστικοῖς τῆς περὶ τελειουργίας κακοδοξίας, καινὴν καὶ ἀσυνήθη προσηγορίαν ταύτην τὸ πρῶτον τηνικαῦτα εὑρῆσθαι ἐμφαίνων, ἐπιτήδευσιν ἢ ἄσκησιν τὴν μοναχικὴν τῆς τελειώσεως κατάστασιν εἶναι.

Λατρευτέον τῷ θεῷ κατὰ τὰς αὐτοῦ ἐντολάς.

Γέρσων.

Tam multæ impiæ opiniones hærent in votis, quòd mereantur remiſsionem peccatorum & iuſtificationem, quòd ſint perfectio Chriſtiana, quòd ſeruent conſilia & præcepta, quòd habeant opera ſupererogationis. Hæc omnia cùm ſint falſa & inania, faciunt vota irrita.

Ἀνακεφαλαίωσις Monaſticorum errorum.

Μέγιστον οὖν πλῆθος ἀσεβῶν καὶ διεστραμμένων ὑπολήψεων ἐν ταῖς εὐχαῖς τῶν μοναζόντων ἔνεστιν, ἤγουν τὸ μισθαρνητικὸν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καὶ δικαιοποιΐας, τὸ τελειουργητικὸν τοῦ χριστιανισμοῦ, τὸ διατηρητικὸν οὐ μόνον τῶν νομικῶν παραγγελμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐαγγελικῶν βουλευμάτων· καὶ δὴ καὶ τὸ κοινωνητικὸν καὶ μεταδοτικὸν τῶν ἐκ περιουσίας ἀγαθοποιημάτων, ἅ τινα πάντα ψευδῆ ὄντα, καὶ μάταια, ἀκύρους τὰς εὐχὰς καὶ ματαίας ἀπεργάζεται.

Ἀνακεφαλαίωσις μοναστικῶν πλανῶν.

De poteſtate Eccleſiaſtica.

MAgnæ diſputationes fuerunt de poteſtate Epiſcoporum, in quibus nonnulli incommodè commiſcuerunt poteſtatem Eccleſiaſticam, & poteſtatem gladij. Et ex hac confuſione maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices, freti poteſtate clauium, non ſolùm nouos cultus inſtituerunt, reſeruatione caſuum, violentis excōmunicationibus conſcientias onerauerunt, ſed etiā regna Mundi transferre

Paparum abuſus in illis.

Περὶ ἐξουσίας ἐκκλησιαστικῆς.

ΕΝ τῶν ἀμφισβητησίμων, καὶ δὴ πάνυ ἀμφηρίστων ἐν ἐκκλησίαις ἐκ μακροῦ, καὶ τὸ περὶ ἐξουσίας τῶν ἐπισκόπων ζήτημα ἐγένετο, ἐν ᾧ τινες λίαν ἀπεικότως, καὶ βλαβερῶς, τήν τε ἐκκλησιαστικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν τῆς μαχαίρας συνέμιξαν, ἐξ ἧς συγχύσεως πόλεμοι τῶν μεγίστων τινες, καὶ ἔριδες, καὶ στάσεις τῶν δεινοτάτων ἔφυσαν. Τῶν ἀρχιερέων τῇ τῶν κλειδῶν ἐξουσίᾳ πισυνῶν, οὐ μόνον καινάς τινας λατρείας ἐνστησαμένων, καὶ τῇ κρατήσει τῶν παραπτωμάτων καὶ ταῖς κατὰ κράτος ἀφορίσεσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας τὰς συνειδήσεις πιεζόντων, ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ κόσμου βασιλείας τοῖς

Τῶν ἀρχιερέων παράχρησις.

τοῖς μὲν δοῦναι, τοῖς δὲ ἀφελεῖν, καὶ αὐτοὺς τοὺς αὐτοκράτορας καταπολεμῆσαι καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλεῖν ἐπιχειρησάντων. Ταῦτα τὰ ἀνομήματα, πρὸ ἐτῶν πολλῶν καταφοροῦντες ἐν ἐκκλησίᾳ τινὲς εὐσεβείᾳ τε καὶ λογιότητι διαφέροντες ἐξήλεγξαν. Τοιγάρτοι οἱ ἡμέτεροι πρὸς παραμυθίαν τῶν στενοχωρουμένων συνειδήσεων, τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐξουσίας, καὶ τῆς πολιτικῆς δυναστείας διαφορὰν φανεροποιεῖν, καὶ διασαφεῖν ἠναγκάσθησαν, διδάσκοντες δεῖν ἑκατέρᾳ τὸ ὀφειλόμενον τῆς ἐντροπῆς καὶ τιμῆς, διὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ἀπονέμειν, ὡς τῶν εὐποιϊῶν καὶ μεγαλοδωρειῶν τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς τὰς ἀνωτάτας.

Τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ πολιτικὴν ἐξουσίαν οἱ ἡμέτεροι διορίζουσιν ὀρθῶς.

transferre, & imperatoribus adimere imperium, conati ſunt. Hæc vitia multò antè reprehenderunt in Eccleſia homines pij & eruditi. Itaq; noſtri ad conſolandas conſcientias, coacti ſunt oſtendere diſcrimen eccleſiaſticæ poteſtatis, & poteſtatis gladij, & docuerunt vtramq; propter mandatum Dei, religioſè venerandam, & honore afficiendam eſſe, tanquam ſumma Dei beneficia in terris.

Inter poteſtatem Eccleſiaſticam & ciuile, noſtri bene diſtinguunt.

Ἐξουσία τῶν κλειδῶν.

Φρονοῦσι δ' οὕτω· τὴν μὲν τῶν κλειδῶν ἐξουσίαν, ἢ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐπισκόπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν γε, ἐξουσίαν ἢ πρόσταξίν τινα τοῦ θεοῦ εἶναι, τοῦ ἀνακηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον περὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ τοῦ ἀφιέναι τε καὶ κρατεῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ οἰκονομεῖν τὰ μυστήρια. Οὕτω γὰρ ἐντειλάμενος ἀποστέλλει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, λέγων κατ' Ἰωάννην κεφ. κ· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. καὶ μετ' ὀλίγον· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Κἀν τοῖς κατὰ Μάρκον κεφ. τῷ τελευταίῳ· πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, καὶ τὰ ἑξῆς.

Sic autem ſentiunt, poteſtatem clauium, ſeu poteſtatem Epiſcoporum, iuxta Euangelium, poteſtatem eſſe, ſeu mandatum Dei, prædicandi Euangelij, remittendi & retinendi peccata, & adminiſtrandi Sacramenta. Nam cum hoc mandato Chriſtus mittit Apoſtolos: Sicut miſit me Pater, ita & Ego mitto vos: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis peccata, retenta ſunt. Marci 16. Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ, etc.

Quid poteſtas clauium ſit.

Ἐπιτηδεύεται δ' αὕτη ἡ ἐξουσία μόνον τῷ διδάσκειν, ἢ τῷ διακηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ διανέμειν τὰ μυστήρια, ἤτοι πολλοῖς, ἢ ἑνὶ ἑκάστῳ κατὰ τὴν κλῆσιν. Ἐπιτρέπεται γὰρ τοῖς αὐτὴν παρὰ τοῦ χριστοῦ εἰληφόσιν, οὐ σωματικά τινα καὶ πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ καὶ ἀΐδια· δικαιοσύνη δηλαδὴ ἡ ἀΐδιος, πνεῦμα τὸ ἅγιον, ζωὴ αἰώνιος, καὶ τούτοις παραπλήσια, ὧν οὐδεὶς ἐπιτυχεῖν οἷός τε εἴη ἄν, ὅτι μὴ διὰ τῆς διακονίας τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν μυστηρίων. Καθά φησιν ἐπιστέλλων τοῖς ῥωμαίοις ὁ Παῦλος· τὸ εὐαγγέλιον δύναμις θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. Ἡ μὲν οὖν ἐκκλησιαστικὴ ἐξουσία μόνον τῶν ἐπουρανίων καὶ ἀϊδίων οὖσα, καὶ διὰ τῆς ὑπηρεσίας τοῦ θείου λόγου ἐπιτηδευομένη, οὐκ ἐμποδὼν γίνεται τῇ πολιτικῇ· καθάπερ οὔτε ἡ μουσική, ἢ ἑτέρα τις τῶν τεχνῶν ἢ ἐπιστημῶν.

Οὐ γὰρ

Hæc poteſtas tantùm exercetur docendo ſeu prædicando Euangelium, & porrigendo Sacramenta, vel multis vel ſingulis, iuxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, ſed res æternæ, iuſticia æterna, Spiritus ſanctus, vita æterna. Hæc non poſſunt contingere, niſi per miniſterium verbi & Sacramentorum, Sicut Paulus dicit: Euangelium eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti. Itaq; cùm poteſtas Eccleſiaſtica concedat res æternas, & tantùm exerceatur per miniſterium verbi, non impedit politicam adminiſtrationem, ſicut ars canendi nihil impedit politicam adminiſtrationem.

Nam

Quid poteſtas politica.

Nam politica adminiſtratio verſatur circa alias res quàm Euangelium. Magiſtratus defendit non mentes, ſed corpora & res corporales, aduerſus manifeſtas iniurias, & coërcet homines gladio, & corporalibus pœnis, vt iuſticiam ciuilem & pacem retineat.

Non igitur commiſcendæ ſunt poteſtates, Eccleſiaſtica & ciuilis; Eccleſiaſtica ſuum mandatum habet, Euangelij docendi, & adminiſtrandi Sacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna Mundi, non abroget leges Magiſtratuum, non tollat legitimam obedientiam, non impediat iudicia de vllis ciuilibus ordinationibus aut contractibus, non præſcribat leges Magiſtratibus de forma reipublicæ, ſicut dicit Chriſtus: regnum meum non eſt de hoc mundo. Item, quis conſtituit me iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? Et Paulus ait Philip. *3.* noſtra politia in cœlis eſt. *2.* Cor. *10.* arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtruendas cogitationes, &c. Ad hunc modum diſcernunt noſtri vtriusque poteſtatis officia, & iubent vtramq; honore afficere, & agnoſcere vtramq; Dei donum & beneficium eſſe.

Epiſcoporum poteſtas gladij qualis.

Si quam habent Epiſcopi poteſtatem gladij, hanc non habent vt Epiſcopi ex mandato Euangelij, ſed iure humano, donatam à regibus & imperatoribus, & adminiſtrationem ciuilem ſuorum bonorum. Hæc interim alia functio eſt, quàm miniſterium Euangelij.

Cùm igitur de iurisdictione Epiſcoporum quæritur, diſcerni debet imperium ab Eccleſiaſtica iurisdictione.

Ἐξουσία πολιτική.

Οὐ γὰρ περὶ τὰ αὐτὰ σπουδάζουσιν ἥτε ἐκκλησιαστικὴ ἐξουσία, καὶ ἡ πολιτική. Ὁ πολιτευόμενος οὐ τῶν ψυχῶν, ἀλλὰ τῶν σωμάτων ἀντιποιεῖται, καὶ τῶν πρὸς αὐτὰ, φρουρῶν καὶ φυλάττων ἐκεῖνα, καὶ ὕβριν καὶ βίαν ἀπείργων αὐτῶν, καὶ τοὺς ἀνηκόους καὶ ἀπειθεῖς τοῖς νόμοις, τῇ μαχαίρᾳ καὶ σωματικαῖς τιμωρίαις κολάζων, ὥστε τὴν πολιτικὴν δικαιοσύνην καὶ εἰρήνην διασώζεσθαι.

Μηδαμῶς τοίνυν χρὴ σύγχυσιν καὶ σύμμιξιν γίνεσθαι τῆς πολιτικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς ἐξουσίας. Ἡ ἐκκλησιαστικὴ τὴν ἑαυτῆς ἐντολὴν ἔχει, τοῦ διδάσκειν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ διακονεῖν τὰ μυστήρια. Μὴ οὖν τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένη πολυπραγμονείτω· μὴ τὰς ἐν κόσμῳ βασιλείας τῷ μὲν δότω, τῷ δὲ ἀφελέτω. Μὴ ἀθετείτω τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων νομοθετούμενα, μὴ τὴν νομίμην ὑπακοὴν ἀναιρείτω, μὴ ἐνοχλείτω τὰς διαδικασίας τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν διατεταγμένων, ὧν τινων οὖν, ἢ τῶν συμβολαίων. Μὴ νομοθετείτω τοῖς πολιτευομένοις, πῶς δέον ἐστὶ πολιτεύεσθαι. Καθάπερ φησὶν ὁ Χριστός· ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ αὖθις· ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν, ἢ μεριστὴν, ἐφ᾽ ὑμᾶς; καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς πρὸς τοὺς Φιλιππησίους· ἡμῶν γὰρ, φησι, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Κἂν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Κορινθίους κεφαλαίῳ τῷ δεκάτῳ· τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες. Τοῦτον ἄρα τὸν τρόπον διαχωρίζουσιν οἱ ἡμέτεροι τὰ ἑκατέρᾳ ἐξουσίᾳ καθήκοντα, διὰ τιμῆς ἄγειν κελεύοντες ἀμφοτέραν, καὶ ἐπιγινώσκειν δωρήματα ταῦτα τοῦ θεοῦ, καὶ εὐεργετήματα τῶν μεγίστων εἶναι.

Ἐξουσία τῆς ῥομφαίας ἣν ἔχουσιν ἐπίσκοποι.

Εἰ δέ τινα ἐξουσίαν τῆς ῥομφαίας οἱ ἐπίσκοποι ἔχουσιν, οὐκ ἔχουσί γε ταύτην παρ᾽ ὅσον ἐπίσκοποι ὄντες τυγχάνουσιν, ἤγουν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς ἐπιτάξεως, ἀλλὰ νόμῳ τινὶ ἀνθρωπίνῳ, δεδωρημένην αὐτοῖς ὑπὸ βασιλέων, ἢ αὐτοκρατόρων, πρὸς τὴν πολιτικὴν τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς διοίκησιν. Αὕτη δ᾽ ἡ διοίκησις ἕτερόν τι ἐστὶ παρὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου διακονίαν.

Γινομένης οὖν ζητήσεως περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων δυναστείας, ἀφορισθῆναι χρὴ τὴν ἀρχὴν ἢ δυναστείαν πολιτικὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς

Porrò ἐκκλησιαστικῆς

σιαστικῆς ἐξουσίας. Κατὰ γὰρ τὸ εὐαγγέλιον οὐδεμία πολιτικὴ δυναστεία τοῖς ἐπισκόποις προσήκει, ὡς ἐπισκόποις γε, τουτέστι τοῖς πεπιστευμένοις τὴν διακονίαν τοῦ ῥήματος τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν μυστηρίων. Ἐπιτρέπεται δὲ αὐτοῖς μόνον τὸ ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐξετάζειν τὰ διδάγματα, καὶ τὴν οὐ συνᾴδουσαν τοῦ εὐαγγελίου διδαχὴν ἀποδοκιμάζειν καὶ ἀθετεῖν, καὶ τοὺς βεβήλους καὶ ἀσεβεῖς, ὧν ἡ ἀσέβεια πρόδηλος, τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἐκκλείειν, οὐ διὰ βίας μὲν ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ τῷ λόγῳ. Ἐν τούτοις ἐξ ἀνάγκης καὶ διὰ τὸ θεῖον πρόσταγμα ὀφείλουσιν αἱ ἐκκλησίαι ὑπακούειν αὐτοῖς, κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ ῥητὸν, ἐκκείμενον παρὰ τοῦ Λουκᾶ· ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει.

Porrò, ſecundum Euangelium, ſeu vt loquuntur, de iure diuino, nulla iurisdictio competit Epiſcopis, vt Epiſcopis, hoc eſt, his quibus eſt commiſſum miniſterium verbi & Sacramentorum, niſi remittere peccata. Item cognoſcere doctrinam, & doctrinam ab Euangelio diſſentientem rejicere, & impios, quorum nota eſt impietas, excludere à communione Eccleſiæ, ſine vi humana, ſed verbo. Hîc neceſſariò, & de iure diuino, debent eis Eccleſiæ præſtare obedientiam, iuxta illud: qui vos audit, me audit.

Ἀνόσια διδάσκουσι τοῖς Ἐπισκόποις οὐχ ὑπακουστέον.

Διδασκόντων δὲ ἢ προσταττόντων τι τῶν ἐπισκόπων κατὰ τοῦ εὐαγγελίου, θείαν δὴ ἐντολὴν ἔχουσιν αἱ ἐκκλησίαι, ἀπαγορεύουσαν τὸ ὑπακούειν αὐτοῖς. Γέγραπται γὰρ κατὰ Ματθαῖον ζ. προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν. Κἂν τῇ πρὸς γαλάτας κεφ. α· ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ᾽ ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ αὖθις, ἐν τῇ β. πρὸς κορινθίους κεφ. ιγ. οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Καὶ μετ᾽ ὀλίγον· ἐξουσίαν ἔδωκέ μοι ὁ κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. Οὕτω δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ κανόνες προστάττουσι ζητήματι τοῦ β. κεφ. ζ. ἱερεῖς, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τῷ κεφαλαίῳ πρόβατα, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Αὐγουστῖνος κατὰ τῆς τοῦ πετηλιανοῦ ἐπιστολῆς οὔτ᾽ αὐτοῖς τοῖς καθολικοῖς ἐπισκόποις φησὶ συγκαταθετέον, ἐάν που τοῦ ἀληθοῦς ἀφαμαρτάνοντες σφαλῶσιν, ἢ τοὐναντίον ταῖς κανονικαῖς τοῦ θεοῦ γραφαῖς φρονῶσιν.

Impia docenti bus Epiſcopis non parendū.

Verùm, cùm aliquid contra Euangelium docent aut ſtatuunt, tunc habent Eccleſiæ mandatum Dei, quod obedientiam prohibet, Matth. 7. Cauete à Pſeudoprophetis. Gal. 1. Si Angelus de cœlo aliud Euangelium euangelizauerit, anathema ſit. 2. Cor. 13. Non poſſum aliquid contra veritatem, ſed pro veritate. Item, data eſt nobis poteſtas ad ædificationem, non ad deſtructionem. Sic & canones præcipiunt, 2. q 7. cap. Sacerdotes, & cap. oues. Et Auguſtinus contra Petiliani epiſtolam inquit: nec catholicis Epiſcopis conſentiendum eſt, ſicubi fortè falluntur, aut contra canonicas Dei ſcripturas aliquid ſentiunt.

Ἐξουσία τῶν Ἐπισκόπων πολιτικὴ ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἐστί.

Ἐὰν δέ τινα ἄλλην ἔχωσιν ἤτοι ἐξουσίαν ἢ δυναστείαν οἱ ἐπίσκοποι, τοῦ διαδικάζειν τὰ περὶ συζυγίας, ἢ τῶν δεκατῶν, καὶ ἄλλων τινῶν τούτοις παραπλησίων, ἀνθρωπίνῳ γε νόμῳ αὐτὴν ἔχουσιν, οὐ τῷ προστεθῆναι ταῦτα ὑπὸ τοῦ χριστοῦ τῇ ἐπισκοπῇ. Λαβόντων οὖν τῶν ἐπισκόπων ταύτην τὴν ἐξουσίαν παρ᾽ ἀνθρώπων, καὶ μὴ δεόντως χρωμένων αὐτῇ, ἀνάγκη ἐπίκειται τοῖς ἡγεμόσι καὶ ἄρχουσι, κἂν μὴ βούλοιντο, τὰς τῶν ὑποτεταγμένων δίκας δικάζειν, ὥστε εἰρήνην συντηρηθῆναι.

Epiſcoporum ciuilis poteſtas ab hominibus eſt.

Si quam habent aliam vel poteſtatem, vel iuriſdictionem, in cognoſcendis certis cauſis, videlicet matrimonij, aut decimarum, etc. hanc habent humano iure. Vbi ceſſantibus ordinarijs, coguntur principes, vel inuiti, ſuis ſubditis jus dicere, vt pax retineatur.

Εἴ τι

Præter

Num Epiſcopis liceat, ceremonias & leges inſtituere in Eccleſia.

Præter hæc diſputatur, vtrum Epiſcopi ſeu Paſtores habeant ius inſtituendi ceremonias in Eccleſia, & leges de cibis, ferijs, gradibus miniſtrorum, ſeu ordinibus, etc. condendi. Hoc ius qui tribuunt Epiſcopis, allegant teſtimonium: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Allegant etiam exemplum Apoſtolorum, qui prohibuerunt abſtinere à ſanguine & ſuffocato. Allegant ſabbatum mutatum in diem Dominicum, contra decalogum, vt videtur. Nec vllum exemplum magis iactatur, quàm mutatio Sabbati. Magnam contendunt Eccleſiæ poteſtatem eſſe, quòd diſpenſauerit de præcepto Decalogi.

Sed de hac quæſtione noſtri ſic docent, quòd Epiſcopi non habeant poteſtatem ſtatuendi aliquid contra Euangelium, vt ſupra oſtenſum eſt. Docent idem canones diſtinct. 9. Porrò contra ſcripturam eſt, traditiones condere aut exigere, vt per eam obſeruationem mereamur remiſsionem peccatorum & iuſtificationem, & ſatisfaciamus pro peccatis. Læditur enim gloria meriti Chriſti, cùm talibus obſeruationibus conamur mereri remiſſionem peccatorum & iuſtificationem. Conſtat autem, propter hanc perſuaſionem in Eccleſia penè in infinitum creuiſſe traditiones, oppreſſa interim doctrina de fide & iuſticia fidei. Quia ſubinde plures feriæ factæ ſunt, ieiunia indicta, ceremoniæ nouæ, noui honores ſanctorum inſtituti ſunt, quia arbitrabantur ſe, autores talium rerum, his operibus mereri remiſsionem peccatorum & iuſtificationem. Sic olim creuerunt canones pœnitentiales, quorum adhuc in ſatisfactionibus veſtigia quædam videmus.

Item

Εἰ ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις καινὰ θεσμοθετεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ.

Εἴ τι δὲ καὶ τοῦτο διαπορεῖται, εἰ ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις καὶ ποιμέσι καινά τινα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις θεσμοθετεῖν, καὶ δὴ καὶ νομοθετεῖν, περὶ τῶν προσφερομένων, περὶ ἑορτῶν, περὶ διαφόρων ταγμάτων, καὶ οἱονεὶ βαθμῶν ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπηρέταις, καὶ τῶν παραπλησίων. ταύτην τὴν ἐξουσίαν οἱ συγχωροῦντες τοῖς ἐπισκόποις, ἐκείνῳ τῷ ῥητῷ ὡς μαρτυρίῳ χρῶνται, ὃ ἔκκειται παρ' Ἰωάννῃ κεφαλαίῳ τῷ ις. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Προσέτι δὲ καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων παράδειγμα προσκαλοῦσιν, κελευόντων ἀπέχεσθαι ἀπὸ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος, ὡς γέγραπται ἐν πράξεσι τῶν ἀποστόλων κεφ. ιε'· καὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ σαββάτου μετάθεσιν εἰς τὴν κυριακὴν λεγομένην ἡμέραν, κατὰ τοῦ δεκαλόγου, ὡς δοκεῖ, γινομένην, προχειρότατον αὐτοῖς παράδειγμα, καὶ πολυθρύλλητον, ἀποδεῖξαι πειρωμένοις, ἐξεῖναι τοῖς ἐπισκόποις καὶ τὰ τοῦ δεκαλόγου μεταποιεῖν.

Περὶ τούτου ζητήματος οἱ παρ' ἡμῖν θεολογοῦντες διδάσκουσι, τοὺς ἐπισκόπους οὐδαμῶς ἐξουσίαν ἔχειν τοῦ διατιθέναι, ἢ δογματίζειν τι τῷ εὐαγγελίῳ ἀσύμφωνον, καθὼς ἐν τοῖς ἄνω ἀποδέδεικται. Ὅπερ αὐτὸ καὶ οἱ κανόνες διδάσκουσι, διορισμῷ τῷ ἐννάτῳ. Οὐ συνάδει δὲ τῇ γραφῇ παραδόσεις τινὰς διατιθέναι ἢ ἀπαιτεῖν, ἵνα διὰ τῆς παρατηρήσεως αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καταξιωθῶσι, καὶ ἱκανοποιήσωσιν ὑπὲρ τῶν πλημμελειῶν· ἐκφαυλίζεται γὰρ τὸ σωτήριον καὶ ἀπολυτρωτικὸν πάντων ἀνθρώπων εὐεργέτημα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀτιμάζεται, καὶ περιπηλακίζεται ἡ δόξα αὐτοῦ, ἐπιχειρούντων ἡμῶν τῇ μισθαρνήσει τῆς ἀφέσεως τῶν παραπτωμάτων, καὶ τῆς δικαιοσύνης διὰ τοιῶνδε παρατηρήσεων. Οὐκ ἄδηλον δ' ὅμως διὰ ταύτην τὴν ὑπόληψιν καὶ ψευδοδοξίαν εἰς ἄπειρον αὐξηθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς παραδόσεις, κατακεχρυμμένης ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς περὶ πίστεως καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐξ αὐτῆς διδασκαλίας. Ἐπολυπλασιάσθη γὰρ καθημέραν ὁ τῶν ἑορτῶν τε καὶ νηστειῶν ἀριθμὸς, καὶ τελεταὶ καιναὶ ἐφευρέθησαν, καὶ τιμαί τινες τῶν ἁγίων καιναὶ ἐπενοήθησαν, διὰ τὸ δοκεῖν τοῖς τοιαῦτα ἐπιτεχνησαμένοις, καταξιωθῆναι αὐτοὺς τῆς τε τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, καὶ τῆς δικαιοσύνης τοιάδε τὰ προειρημένα πεποιηκότας, καθ' ὃν τρόπον καὶ πάλαι οἱ περὶ τῆς μετανοίας κανόνες πεπλήθυνται· ὧν τὰ ἴχνια ἔτι ἐν ταῖς ἱκανοποιΐαις καθορῶμεν.

Υπο-

Ὑπολαμβάνουσι γὰρ πολλοὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ξυγγραφέων παραλογιζόμενοι, ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ λατρείαν τινὰ ἐμφερῆ εἶναι δεῖν τῇ λευιτικῇ, καὶ τὴν διακόσμησιν αὐτῆς τοῖς τε ἀποστόλοις καὶ ἐπισκόποις ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιτετράφθαι. Οὓς παραδείγματι νόμου τοῦ μωσαϊκοῦ ἐξηπατημένους, διαμαρτεῖν τῆς ἀληθείας ἔοικεν, ὡς τῆς δικαιοσύνης κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην, παρατηρήσεώς τινος ἐξωτέρας οὔσης, ῥητῶν τινων θεσμῶν, καθάπερ καὶ ἡ ἐν νόμῳ δικαιοσύνη ῥητῶν τινων θεσμῶν παρατήρησίς τις ἐξωτέρα ἐγίνετο. Ὡς οὖν ἐν νόμῳ τὸ φαγεῖν κρέας ὕειον ἁμαρτία ἦν, ὡσαύτως ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ τὸ ἁμαρτάνειν ἐν προσφαγίοις, ἐν ἑορταῖς, ἐν περιβολαίοις, καὶ ἄλλοις τοιουτοτρόποις τιθέασι, ὑπολαμβάνοντες τὴν δικαιοσύνην τῆς νέας διαθήκης ἐξ ἀνάγκης ταῦτα συζευχθῆναι, ὥστε κεχωρισμένην αὐτῶν οὐκέτι ὑπάρχειν δύνασθαι. Ὅθεν ἐκεῖνα τὰ τῶν ψυχῶν ἄχθη, μολυσμοὺς εἶναι τῶν συνειδήσεων τινὰ τῶν προσφερομένων, ἁμάρτημα εἰς θάνατον εἶναι, ὥραν τινὰ παριέναι τῶν κανονικῶν. Τὸν νηστεύοντα διὰ τὸ νηστεύειν τῆς τῶν ἡμαρτημένων παρέσεως ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰς νηστείας πρὸς τὴν δικαιοσύνην τῆς νέας διαθήκης ἀναγκαίας εἶναι, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἀφίεσθαι τὴν κεκρατημένην ἁμαρτίαν, μὴ προσχωροῦντος κυρίου τοῦ κρατήσαντος αὐτήν· καὶ τοῦτο, αὐτῶν τῶν κανόνων μόνον περὶ τηρήσεως τιμωρίας τῆς κανονικῆς λαλούντων, οὐ μὴ περὶ τηρήσεως τοῦ ὑπαιτίου.

Ἁμαρτήματα ἐποίησαν ἐκ τῶν μὴ ὄντων.

Τήρησις τοῦ ὑπαιτίου.

Item pleriq; ſcriptores fingunt, in nouo teſtamento oportere cultum eſſe ſimilem Leuitico, cuius ordinationem commiſerit Deus Apoſtolis & Epiſcopis. Et videntur ſcriptores exemplo legis Moſaicæ decepti, quaſi iuſticia noui Teſtamenti ſit externa obſeruatio certorum rituum, ſicut iuſticia legis erat externa obſeruatio certorum rituum. Sicut igitur in lege peccatum erat, edere ſuillam carnem, etc. Ita in nouo teſtamento collocant peccatum in cibis, in diebus, in veſtitu, & ſimilibus rebus. Et exiſtimant ſine his rebus iuſticiam noui teſtamenti non poſſe exiſtere. Hinc ſunt illa onera, quòd certi cibi polluant conſcientiam, quòd horas canonicas omittere ſit mortale peccatum, quòd ieiunia mereantur remiſſionem peccatorum, quòd ſint neceſſaria ad iuſticiam noui teſtamenti, quòd peccatum in caſu reſeruato non poſſit remitti, niſi acceſſerit autoritas reſeruantis, cùm quidem ipſi canones tantùm de reſeruatione pœnæ canonicæ loquantur, non de reſeruatione culpæ.

Peccata fecerunt ex non peccatis.

Caſus reſeruati.

Οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ ἐπίσκοποι πρὸς ταῦτα.

Τίς ταύτην τὴν ἐξουσίαν τοῖς ἐπισκόποις ἔδωκε, τίς αὐτοὺς βαρύνοντας τὰς συνειδήσεις, ταύτας τὰς παραδόσεις τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιθεῖναι ἐκέλευσε; καταδήλων καὶ ἀναντιρρήτων ὄντων τῶν μαρτυρίων, τὰς τοιαύτας παρατηρήσεις ἀπαγορευόντων διατάττειν, εἴτε πρὸς μισθάρνησιν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, εἴτε ὡς ἀναγκαίας οὔσας πρὸς δικαιοσύνην τῆς νέας διαθήκης, καὶ τὴν σωτηρίαν.

Ὁ Παῦλος ἐν τῷ β' τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς, Μὴ οὖν τις ὑμᾶς, λέγει, κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων. Καὶ αὖθις· εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων, ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας. Ὡσαύτως ἐν τῷ α' τῆς πρὸς Τίτον ἐπιστολῆς διαῤῥήδην κωλύει

Vnde habent ius Epiſcopi has traditiones imponendi Eccleſijs ad grauandas conſcientias? Extant enim clara teſtimonia, quæ prohibent condere tales traditiones, vel ad promerendam remiſſionem peccatorum, vel tanquàm neceſſarias ad iuſticiam noui teſtamenti, aut ad ſalutem.

Non habent ius Epiſcopi talia condendi.

Paulus Coloſſ. 2. Nemo vos iudicet in cibo, potu, parte diei feſti, nouilunio, aut Sabbatis. Item, ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quare tanquam viuentes in mundo, decreta facitis? non attingas, non guſtes, non contrectes, quæ omnia pereunt vſu, & ſunt mandata & doctrinæ hominum, quæ habent ſpeciem ſapientiæ. Item ad Titum apertè prohibet

traditiones. Non attendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum auerſantium veritatem. Et Chriſtus Matth. 15 inquit de his, qui exigunt traditiones: ſinite illos, cœci ſunt, & duces cœcorum. Et improbat tales cultus: omnis plantatio, quã non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.

κωλύει παραδόσεις τὰς ἀνθρωπείας, ὧδε λέγων· μὴ προσέχοντες ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς κατὰ Ματθαῖον κεφ. ιέ, περὶ τοιαύτης τῆς λατρείας φάσκει· πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσε πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. Καὶ περὶ τῶν ἀπαιτούντων τὰς παραδόσεις, ὡς πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαίας, ἐν τοῖς ἐφεξῆς· ἄφετε αὐτούς, ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν.

Si ius habent Epiſcopi onerandi Eccleſias infinitis traditionibus, & illaqueandi conſcientias, cur toties prohibet ſcriptura, condere & audire traditiones? cur vocat eas doctrinas Dæmoniorum? num fruſtra hæc præmonuit Spiritus ſanctus? Relinquitur igitur, cùm ordinationes inſtitutæ tanquam neceſſariæ, aut cum opinione promerendæ remiſsionis pecca orum, pugnent cum Euangelio, quòd non liceat vllis Epiſcopis, tales cultus inſtituere aut exigere. Neceſſe eſt enim in Eccleſijs retineri doctrinã de libertate Chriſtiana, quòd non ſit neceſſaria ſeruitus legis ad iuſtificationem, ſicut in Galatis ſcriptum eſt: nolite iterum iugo ſeruitutis ſubjici. Neceſſe eſt retineri præcipuum Euangelij locum, quòd remiſſionem peccatorum & iuſtificationem per fidem in Chriſtum gratis conſequamur, non propter certas obſeruationes, aut propter cultus ab hominibus inſtitutos.

Libertas Chriſtiana, contra traditiones retinenda.

Εἰ δὲ ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις ἀναριθμήτοις παραδόσεσι βαρύνειν τὰς ἐκκλησίας, καὶ ἐμπαγιδεύειν τὰς συνειδήσεις, διὰ τί τοσάκις ἀποκωλύει ἡ γραφὴ μήτε ἐφευρέτην μήτε ἀκροατὴν γίνεσθαι οὐδένα τῶν παραδόσεων; διὰ τί δαιμονίων διδασκαλίαν αὐτὰς προσαγορεύει; μῶν πνεῦμα τὸ ἅγιον μάτην ταῦτα προφητεῦσαν ἡμᾶς ἐνουθέτησε; Φανερὸν οὖν, ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐντάλματα ὡς ἀναγκαῖα πρὸς τὴν ἀληθῆ καὶ θεάρεστον θρησκείαν, ἢ ὡς μισθαρνήσεις τινὲς τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως διατεταγμένα, τῷ εὐαγγελίῳ ἐκ διαμέτρου φασὶν ἀντίκειται, μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἐπισκόποις τοιάδε ἐπιτάττειν· ἐπάναγκες γὰρ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀκεραίαν φυλαχθῆναι τὴν περὶ ἐλευθερίας τῶν χριστιανῶν διδαχήν, καὶ εἰδέναι πάντας μὴ ἀναγκαίαν εἶναι πρὸς δικαιοσύνην, τὴν νομικὴν δουλείαν. Κατὰ τὸ γεγραμμένον πρὸς τοὺς Γαλάτας, κεφαλαίῳ ε. μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. Τῶν ἀναγκαίων δὲ καὶ οὗτο; διατηρηθῆναι ἐκεῖνο τὸ προηγούμενον τῶν ἄλλων, καὶ ἐξαίρετον τοῦ εὐαγγελίου κεφάλαιον, καὶ τῆς σωτηρίου καὶ ὑγιαινούσης πίστεως ὀρθόν, ὅτι τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ δικαιοσύνην, δωρεὰν διὰ πίστεως εἰς Χριστὸν λαμβάνομεν, οὐ διὰ ῥητάς τινας παρατηρήσεις, ἢ λατρείας παρ' ἀνθρώπων κατασταθείσας.

Ἐλευθερίαν χριστιανικὴν χρὴ ἀντὶ τῶν παραδόσεων φυλάττειν.

Quid igitur ſentiendum eſt de die Dominico, & ſimilibus ritibus templorum? Ad hoc reſpondent, quòd liceat Epiſcopis ſeu paſtoribus facere ordinationes, vt res ordine gerantur in Eccleſia, non vt per illas mereamur remiſsionem peccatorum, aut ſatisfaciamus pro peccatis, aut obligentur conſcientiæ, vt iudicent eſſe neceſſarios cultus, ac ſentiant ſe peccare, cùm ſine offenſione aliorum violant. Sic

Qua conditione ritus retineri poſſint.

Τί οὖν φρονεῖν χρὴ περὶ τῆς κυριακῆς ἡμέρας καὶ ὁμοίων ἄλλων θεσμῶν, τῶν ἐν τοῖς ναοῖς εἰθισμένων; ἀποκρίνονται πρὸς ταῦτα ἡμέτεροι, ἐξεῖναι τοῖς ἐπισκόποις ἢ ποιμέσι διοικεῖν τάδε, ὅπως εὐτάκτως πάντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνοιτο, ἀλλ' οὐχ ἵνα δι' αὐτῶν τῆς τῶν παραπτωμάτων ἀφέσεως καταξιωθῶμεν, ἢ τὸ ἱκανὸν ἀποδῶμεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν. Ἢ βρόχοι τινὲς ἐπιβληθῶσι ταῖς συνειδήσεσιν, εἰς τὸ δοκεῖν ἀναγκαίας ταύτας τὰς λατρείας εἶναι, καὶ ἁμαρτάνειν αὐτοὺς χωρὶς σκανδαλισμοῦ τῶν ἄλλων παραβαίνοντας αὐτάς.

Πῶς οἱ θεσμοὶ τηρεῖσθαι δύνανται.

Οὕτως

Οὕτως ὁ Παῦλος διατάττει, τὰς γυναῖκας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κατακαλύπτεσθαι τὰς κεφαλάς, καὶ τοὺς διερμηνευτὰς κατὰ τάξιν ἀκούεσθαι.

Τοιαύτας τῶν παραδόσεων καθήκει τῇ ἐκκλησίᾳ παρατηρῆσαι, διὰ τὴν ἀγάπην, καὶ τὸ φιλήσυχον, ἄχρι τοῦ μηδένα μηδενὶ σκάνδαλον δοῦναι, καὶ ἵνα πάντα εὐσχημόνως καὶ ἀθορύβως ἐν ἐκκλησίαις γίνηται, οὕτω δ' ὅμως, ἵνα μὴ αἱ συνειδήσεις βαρυνθῶσιν, ἡγούμεναι ἀναγκαίας αὐτὰς πρὸς σωτηρίαν ὑπάρχειν, καὶ ἁμαρτίαν εἶναι τὴν παράβασιν αὐτῶν, χωρὶς τοῦ σκανδαλίζεσθαι τοὺς ἄλλους. Καθάπερ οὐδεὶς ἁμαρτάνειν γυναῖκα φαίη ἄν, διὰ τὸ ἀκατακαλύπτῳ κεφαλῇ, μὴ σκανδαλίζουσαν τοὺς ἀνθρώπους, εἰς τὸ ἱερὸν εἰσελθεῖν.

Παρατήρησις ἡμέρας τῆς κυριακῆς.

Τοιαύτη τίς ἐστιν ἡ παρατήρησις τῆς κυριακῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ πάσχατος, καὶ τῆς πεντηκοστῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἑορτῶν καὶ θεσμῶν. Σφάλλονται γάρ, οἱ νομίζοντες τὴν τῆς κυριακῆς ἡμέρας ἀντὶ τοῦ σαββάτου παρατήρησιν, ὡς ἀναγκαίαν τῇ τῆς ἐκκλησίας αὐθεντίᾳ διαταχθῆναι, συγχωρούσης τῆς γραφῆς τὴν τῆς ἡμέρας τοῦ σαββάτου διατήρησιν, τῶν ἀδιαφόρων καὶ μέσων εἶναι, καὶ διδασκούσης τελετὰς τὰς μωσαϊκάς, μετ' ἀποκάλυψιν τοῦ εὐαγγελίου οὐκ ἐξ ἀνάγκης τηρεῖσθαι δεῖν. Ὅτι δ' ἐχρῆν ῥητήν τινα ἡμέραν ἐκλέγεσθαι, ὥστε εἰδέναι τὸν λαόν, ὅταν χρεία ᾖ συνελθεῖν, ἔοικε τὴν ἐκκλησίαν πρὸς ταύτην τὴν χρείαν τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἑλέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν λοιπῶν ἡμερῶν προῃρῆσθαι, ἵνα ἔνδειγμα ᾖ τοῖς ἀνθρώποις τῆς χριστιανικῆς ἐλευθερίας· καὶ ἵνα εἰδῶσι, μήτε τὴν τοῦ σαββάτου, μήτε ἄλλης τινὸς ἡμέρας συντήρησιν τῶν ἀναγκαίων εἶναι.

Τερατώδεις ἀμφισβητήσεις τοῦ ἄρθρου δικαιοποιίας ἀμεληθέντος.

Ἔκκεινται τερατώδεις τινὲς ἀμφισβητήσεις περὶ μεταβολῆς τοῦ νόμου, περὶ τελετῶν τοῦ καινοῦ νόμου, περὶ μεταθέσεως τοῦ σαββάτου, βλαστοῦσαι πᾶσαι ἐξ ἐκείνης τῆς κακοδοξίας, δεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ λατρείαν τινὰ εἶναι ὁμοίαν τῇ λευιτικῇ, καὶ ἐπιτετράφθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ, τοῖς τε ἀποστόλοις, καὶ ἐπισκόποις νέας τινὰς τελετὰς πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαίας ἐφευρίσκειν. Ταῦτα τὰ σφάλματα παρεισῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, μὴ σαφῶς, ὡς ἐχρῆν, διδασκομένης τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης. Διϊσχυρίζονται δέ τινες τὴν μὲν τῆς κυριακῆς ἡμέρας διατήρησιν, οὐ τῶν τοῦ θείου νόμου εἶναι, ἀλλ' ὅμως τῶν ἔγγιστα αὐτοῦ, καὶ ὡς τῶν τοῦ θείου νόμου· δογματίζοντες περὶ τῶν ἑορτῶν, ἐφ' ὅσον ἐξείη ἂν ἐργάζεσθαι.

Sic Paulus ordinat, vt in congregatione mulieres velent capita, vt ordine audiantur in Eccleſia interpretes, &c.

Tales ordinationes conuenit Eccleſias propter charitatem & tranquillitatem ſeruare, eatenus, ne alius alium offendat, vt ordine, & ſine tumultu, omnia fiant in Eccleſijs. Verùm ita, ne conſcientiæ onerentur, vt ducant, res eſſe neceſſarias ad ſalutem, ac iudicent, ſe peccare, cùm violant eas ſine aliorum offenſione, ſicut nemo dixerit, peccare mulierem, quæ in publicum, non velato capite, procedit, ſine offenſione hominum.

Diei dominici obſeruatio.

Talis eſt obſeruatio diei dominici, Paſchatis, Pentecoſtes, & ſimilium feriarum, & rituum. Nam qui iudicant, Eccleſiæ autoritate, pro ſabbato inſtitutam eſſe diei dominici obſeruationem, tanquam neceſſariam, longè errant. Scriptura concedit, vt obſeruatio Sabbati nunc ſit libera. Docet enim ceremonias Moſaicas, poſt reuelatum Euangelium, non neceſſarias eſſe. Et tamen, quia opus erat conſtituere certum diem, vt ſciret populus, quando conuenire deberet, apparet, Eccleſiam ei rei deſtinaſſe diem Dominicum, qui ob hanc quoq; cauſam videtur magis placuiſſe, vt haberent homines exemplum Chriſtianæ libertatis, & ſcirent, nec Sabbati, nec alterius diei obſeruationem neceſſariam eſſe.

Prodigioſæ diſputationes, ex articuli iuſtificationis neglectione.

Extant prodigioſæ diſputationes de mutatione legis, de ceremonijs nouæ legis, de mutatione Sabbati, quæ omnes ortæ ſunt ex falſa perſuaſione, quòd in Eccleſia oporteat cultum eſſe ſimilem Leuitico. Et quòd Chriſtus commiſerit Apoſtolis & Epiſcopis, excogitare nouas ceremonias, quæ ſint ad ſalutem neceſſariæ. Hi errores ſerpſerunt in Eccleſiam, cùm iuſticia fidei non ſatis clarè doceretur. Aliqui diſputant, diei Dominici obſeruationem non quidem iuris diuini eſſe, ſed quaſi iuris diuini, præſcribunt de ferijs, quatenus liceat operari.

Huiuſmodi diſputationes, quid ſunt aliud niſi laquei conſcientiarum? Quanquam enim conentur Epijkizare traditiones, tamen nunquam poteſt æquitas deprehendi, donec manet opinio neceſsitatis, quam manere neceſſe eſt, vbi ignoratur iuſticia fidei, & libertas Chriſtiana.

Suffocatum & Sanguis.

Apoſtoli iuſſerunt abſtinere à ſanguine, quis nunc obſeruat? neq; tamen peccant, qui non obſeruant, quia ne ipſi quidem Apoſtoli voluerunt onerare conſcientias tali ſeruitute, ſed ad tempus prohibuerunt, propter ſcandalum. Eſt enim perpetua voluntas Euangelij conſideranda in decreto. Vix vlli canones ſeruantur accurratè, & multi quotidie exoleſcunt, apud illos etiam, qui diligentiſsimè defendunt traditiones. Nec poteſt conſcientijs conſuli, niſi hæc æquitas ſeruetur, eas ſine opinione neceſsitatis ſeruari, nec lædi conſcientias, etiamſi traditiones exoleſcant.

Canonum exolitio.

Facilè autem poſſent Epiſcopi legitimam obedientiam retinere, ſi non vrgerent ſeruare traditiones, quæ bona conſcientia ſeruari non poſſunt. Nunc imperant cœlibatum, nullos recipiunt, niſi iurent, ſe puram Euangelij doctrinam nolle docere. Non petunt Eccleſiæ, vt Epiſcopi honoris ſui iactura ſarciant concordiam, quod tamen decebat bonos paſtores facere. Tantùm petunt, vt iniuſta onera remittant, quæ noua ſunt, & præter conſuetudinem Eccleſiæ catholicæ recepta. Fortaſsis initiò quædam conſtitutiones habuerunt probabiles cauſas, quæ tamen poſterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam, quas-

Traditionum origo.

Ταύτας ἄρα τὰς ματαιολογίας τί ἄλλο εἶναί τις φαίη ἄν, εἰ μὴ παγίδας καὶ βρόχους τῶν συνειδήσεων; καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐπιχειροῦσί τινες ἐπιεικίζειν τὰς παραδόσεις, ὅμως οὐδὲν ἐπιεικὲς καταληφθείη ἂν πώποτε, διαμενούσης τῆς περὶ τοῦ ἀναγκαίου ψευδοδοξίας, ἣν διαμένειν ἐπάναγκες, ἀγνοουμένης τῆς διὰ πίστεως δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἐλευθερίας τῶν χριστιανῶν.

Ἐκέλευσαν μὲν οἱ ἀπόστολοι ἀπέχεσθαι τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος· ἀλλὰ τίς ταύτην παράδοσιν νυνὶ τηρεῖ; καὶ ὅμως οὐχ ἁμαρτάνειν τις λέγοι ἂν τοὺς μὴ τηροῦντας, ἐπεὶ μήτ' αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι τοιαύτῃ δουλείᾳ τὰς συνειδήσεις βαρύνειν ἐβούλοντο, ἀλλὰ μέχρι χρόνου ἀπηγόρευσαν, διὰ τὸ σκάνδαλον τῶν ἔτι ἀσθενῶν τῇ πίστει ἰουδαίων. Χρὴ γὰρ ταύτῃ τῇ ἀπαγορεύσει καὶ τὸν νοῦν τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰ ἑτέρωθι ὑπ' αὐτῶν διδασκόμενα παραβάλλεσθαι. Οὐδεὶς σχεδὸν τῶν κανόνων ἐπιμελῶς καὶ ἀκριβῶς τηρεῖται, καὶ πολλοὶ ὁσημέραι ἕωλοι καὶ ἐξίτηλοι γίνονται, παρ' αὐτοῖς τοῖς τῶν παραδόσεων ὑπερασπισταῖς, καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ συμβουλεύειν ταῖς συνειδήσεσι, μὴ φυλαττομένης ταύτης τῆς ἐπιεικείας, ὥστε εἰδέναι τοὺς ἀνθρώπους ἄνευ ἀνάγκης τηρεῖσθαι αὐτάς, καὶ μηδεμίαν βλάβην προστρίβειν τῇ συνειδήσει τὴν τῶν παραδόσεων ἀθέτησιν.

Τὸ πνικτὸν καὶ αἷμα.

Οἱ κανόνες ἐξίτηλοι.

Οὐδὲν δ' ἂν ἔργον ἦν τοῖς ἐπισκόποις, διασώζειν τὴν ὀφειλομένην αὐτοῖς πειθαρχίαν τῶν ὑποτεταγμένων, μὴ ἀναγκάζουσιν αὐτοὺς ἐκείνας τὰς παραδόσεις τηρεῖν, ἃς ἄνευ ζημίας τῆς συνειδήσεως ἀμήχανον καὶ ἀδύνατόν ἐστι τηρεῖσθαι. Νῦν δὲ τὸ ἀγάμως ζῆν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπηρέταις ἐπιτάττουσι, καὶ μηδενὶ τὴν ὑπηρεσίαν ἐγχειρίζουσι, πλὴν τῶν ὁμοσάντων μὴ διδάξειν τὴν ἀκίβδηλον καὶ ἀκραιφνῆ τοῦ εὐαγγελίου διδαχήν. Οὐκ αἰτοῦσι δ' αἱ ἐκκλησίαι, ζημιωθέντας τῆς ἑαυτῶν τιμῆς ἢ ἀξίας τοὺς ἐπισκόπους τὴν τῆς ὁμονοίας συνάφειαν καταρτίζειν, ὅπερ ὅμως τοὺς καλοὺς καὶ χριστοσεβεῖς τῶν ποιμένων ἔδει ποιεῖν, ἀλλ' ἵνα τῶν ἀδίκων μόνον ἀχθῶν ἐπικουφισθῶσι, καινῶν ὄντων, καὶ παρὰ τὸ σύνηθες τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δεδεγμένον. Ἴσως τινὲς τῶν διατάξεων τὸ μὲν πρῶτον δι' αἰτίας τινὰς ἀξιολόγους ἐπενοήθησαν, οὐχ ἁρμοζούσας δὲ τοῖς μετέπειτα χρόνοις· δῆλον δὲ καὶ πλάνῃ ὑπαχθέντας τοὺς

τότε,

Τῶν παραδόσεων ἀρχή.

τότε, οὐκ ὀλίγας αὐτῶν ἀποδέξασθαι. Πρέπει τοίνυν τῇ τοῦ ἐν ῥώμῃ ἀρχιερέως ἐπιεικείᾳ, καταπραΰνειν αὐτὰς, οὐδαμῶς τοιαύτης μεταβολῆς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἕνωσιν διαλυούσης, ἄλλως τε καὶ αὐτῶν τῶν κανόνων ἐμφαινόντων, πολλὰς τῶν παραδόσεων τῷ χρόνῳ μεταβεβλῆσθαι. Οὐκ ἐθελόντων δὲ συγχωρεῖν τῶν ἐπισκόπων, χαλασθῆναι ἐκείνας τὰς παρατηρήσεις, ἃς χωρὶς ἁμαρτίας οὐδεὶς φυλάξασθαι δύναται, ἀνάγκη ἐπίκειται τοῖς ἡμετέροις, τῷ ἀποστολικῷ κανόνι ἀκολουθεῖν λέγοντι· πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ὁ Πέτρος ἀπείρηκε τοῖς ἐπισκόποις μὴ κατακυριεύειν τῶν

Τὸ αἰτούμενον.

κλήρων· νυνὶ δὲ οὐ τοῦτό ἐστι τὸ αἰτούμενον, ἀφαιρεθῆναι δεῖν τοῖς ἐπισκόποις τὴν δυναστείαν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, τὸ συγχωρεῖν αὐτοὺς, ἀκραιφνῶς καὶ καθαρῶς τὸ εὐαγγέλιον διδαχθῆναι, καὶ ὀλίγας τινὰς παραδόσεις. Ἃς οἱ μὴ ἁμαρτάνειν βουλόμενοι διατηρεῖν ἀδυνατοῦσι, καταλύειν. Εἰ δὲ μηδὲν παντάπασι συγχωρεῖν ἐθέλουσι, φραζέσθωσαν αὐτοὶ, ποῖον λόγον ἀποδοῦναί ποτε τῷ θεῷ μέλλουσι, τῇ ἑαυτῶν αὐθαδείᾳ καὶ σκληροκαρδίᾳ σχίσματα ἐπεγείραντες.

quaſdam errore receptas eſſe, quare Pontificiæ Clementiæ eſſet, illas nunc mitigare, quia talis mutatio non labefacit Eccleſiæ vnitatem. Multæ enim traditiones humanæ tempore mutatæ ſunt, vt oſtendunt ipſi canones. Quod ſi non poteſt impetrari, vt relaxentur obſeruationes, quæ ſine peccato non poſſunt præſtari, oportet nos regulam Apoſtolicam ſequi, quæ præcipit, Deo magis obedire quàm hominibus. Petrus vetat Epiſcopos dominari, & Eccleſijs imperare. Nunc non id agitur, vt dominatio eripiatur Epiſcopis, ſed hoc vnum petitur, vt patiantur Euangelium purè doceri, & relaxent paucas quaſdam obſeruationes, quæ ſine peccato ſeruari non poſſunt. Quòd ſi nihil remiſerint, ipſi viderint, quomodo Deo rationem reddituri ſint, quòd pertinacia ſua cauſam ſchiſmati præbent.

Quid ab Epiſcopis petamus.

Ἐπίλογος.

Ἐξαίρετα μόνον ἐξεθήκαμεν.

ΤΑῦτα δέ ἐστι τὰ ἐξαίρετα κεφάλαια, ἢ ἄρθρα τῆς διδασκαλίας ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ περὶ πλειόνων ἀποχρήσεων λέγειν δυνηθείημεν ἄν, ὅμως φεύγοντες τὸ μακρολογεῖν, ταῦτα τὰ πρωτεύοντα συνελέξαμεν, τὴν ὀρθοδοξίαν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς δηλοῦντες, ἐξ ὧν καὶ τὰ λοιπὰ κρίνεσθαι εὐχερές. Εἴρηται

Ἄνευ δήγματος πάντα ἐλέξαμεν.

δὲ πρὸς ἀτιμίαν ἢ καθυβρισμὸν οὐδενὸς οὐδὲν, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα μόνον διὰ βραχέων κατείλεκται, ἵνα φανερὸν γένηται, οὔτε ἐν τῇ διδαχῇ ἡμῶν, οὔτε ἐν τοῖς θεσμοῖς ἐνεῖναι οὐδὲν, τῇ ἁγίᾳ καὶ θεοπνεύστῳ γραφῇ, ἢ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ

Ἄνευ νεωτερισμοῦ.

πολέμιον. Δῆλον γὰρ, εὐλαβηθῆναι ἡμᾶς, καὶ φυλάξασθαι πάσῃ σπουδῇ, τὸ καινά τινα ἢ ἀσεβῆ δόγματα εἰς τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν παρεισδῦναι.

Epilogus.

HI ſunt præcipui articuli, qui videntur habere controuerſiam. Quanquam enim de pluribus abuſibus dici poterat: tamen vt fugeremus prolixitatem, præcipua complexi ſumus, ex quibus cætera facile iudicari poſſunt.

Præcipua tantùm poſuimus.

Neque hîc quicquam ad vllius contumeliam dictum aut collectum eſt: tantùm ea recitata ſunt, quæ videbantur neceſſariò dicenda eſſe, vt intelligi poſsit in doctrina ac ceremonijs apud nos nihil eſſe receptum contra ſcripturam aut Eccleſiam Catholicam.

Sine morſu omnia diximus.

Quia manifeſtum eſt, nos diligentiſsimè cauiſſe, ne qua noua & impia dogmata in noſtras Eccleſias ſerperent.

Sine Neoteriſmo.


ΤΕΛΟΣ.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΝΕΑΣ ΡΩΜΗΣ, ΚΑΙ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης, τοῖν σοφωτάτοιν καὶ λογιωτάτοιν ἀνδροῖν: τῷ τε τῆς θεολογίας διδασκάλῳ, κυρίῳ Ἰακώβῳ τῷ καγκελαρίῳ, καὶ κυρίῳ Μαρτίνῳ τῷ Κρουσίῳ, εὖ πράττειν.

ΙΔΟΥ ΣΥΝ ΘΕΩι, ΑΝΔΡΕΣ ΣΟΦΩΤΑΤΟΙ Γερμανοί, κατὰ πνεῦμα υἱοὶ τῆς ἡμῶν μετριότητος ἀγαπητοί, τὰ ὑμῖν πρὸ πολλοῦ ποθούμενα, καὶ ἐκ μέσης πρὸς ὑμῶν ζητηθέντα τῆς ψυχῆς, γράμματα, τελειωθέντα, τῇ ὑμῶν πέμπομεν ἀγάπῃ, μεθ' ἧς προσήκει πνευματικῆς εὐφροσύνης, καὶ τῆς τοῦ προσώπου πατρικῆς πρὸς τὰ τέκνα ἱλαρότητος. Εὐχόμεθα δὲ θεῷ, καὶ τῇ παμμακαρίστῳ αὐτοῦ μητρί: εὐφραίνειν ὑμᾶς κατὰ τὸν διπλοῦν ἄνθρωπον. Ἂν δέ γε τυχὸν ἔν τισι τῶν δογμάτων τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, κατὰ πρώτην ὄψιν οὐκ εὐφραίνει: ὅμως πεπείσμεθα, σοφοὺς ὄντας, πλήρεις τε παιδεύσεως καὶ φρονήσεως, μηδὲν ἄλλο προτιμήσειν ὑμᾶς: οὔτε δηλονότι νομοθεσίαν καινοτόμον, καὶ ἄντικρυς ἀντιφερομένην τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν εὐαγγελικῇ φιλοσοφίᾳ: οὔτε χρόνον, ᾧ ἄλλως ἐν ἄλλοις κατεχρήσασθε δόγμασιν: οὔτε * συνηθείᾳ παραλόγῳ (ἄνθρωποι καὶ γὰρ ὄντες ἅπαντες, ἐπισφαλεῖς ἔχομεν καὶ τὰς ἐπινοίας ἡμῶν, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα) τῆς ἀληθείας αὐτῆς, μᾶλλον δ' εἰπεῖν τῆς αὐτοαληθείας καὶ αὐτοσοφίας, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: ᾧ οἵ τε θεῖοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ κανονικοὶ αὐτῶν καὶ σωτηριώδεις λόγοι, αἵ τε οἰκουμενικαὶ καὶ μερικαὶ τῶν ἁγίων πατέρων σύνοδοι, καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας θεολογικώτατοι κήρυκες, ἀριδήλως συμφωνοῦσι: καὶ τοῖς τὰ ἐκείνων ἔργῳ φυλάττουσιν ἐντάλματα, σωτηρίαν πάντως, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν, προξενοῦσιν: ὥσπερ αὖ τοῖς ἀπειθέσι καὶ παραβαίνουσι, τὴν αἰώνιον κόλασιν καὶ κατάκρισιν. Ἐὰν οὖν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου (φησὶν ὁ κύριος) τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Οὕτω δὴ καὶ ἡ μετριότης ἡμῶν ὡς Χριστοῦ διάδοχος τοῦ ἐκείνου ἐλέῳ, τῇ ὑμῶν παραινεῖ ἀγάπῃ. Εἴθε συμφρονήσοιτε τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ. Ὅπερ εἰ ἀληθῶς καὶ ὁλοψύχως ἔργοις ποιήσετε: χαρὰ πάντως ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ἔσται, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῆς ἑκατέρων ἐκκλησίας, τῇ εἰς δόξαν Χριστοῦ γενήσεσθαι ἐλπιζομένῃ.

*Fort. Συνήθειαι ἄλογον.



Id eſt, Μηνὶ Μαΐῳ, ἰνδικτιῶνος τετάρτη.

HIERE-

HIEREMIAS MISERICORDIA DEI ARCHIEPISCOPVS CONSTANTINOPOLEOS, NOVAE Romæ, & Oecumenicus Patriarcha, ſapientibus & doctiſsimis Viris: Theologiæ Doctori, D. Iacobo Cancellario, & Martino Cruſio, S.

ECCE, DEI BENEFICIO, SAPIENTES Germani, filij Spirituales mediocritatis noſtræ dilecti, id ſcriptum, quod iampridem optauiſtis, & ſumma animi affectione requiſiuiſtis, ad finem perductum, veſtræ mittimus Charitati, quo decet Spirituali gaudio, & paterna vultus erga filios hilaritate. Precamur autem Deum, & beatiſsimam matrem eius: vt illud vos exhilaret, quantùm ad vtrunq; hominem, externum & internum. Quòd ſi fortè in nonnullis Dogmatibus noſtræ pietatis, primo aſpectu exhilaraturum non ſit: tamen perſuaſum habemus, vos, qua ſapientia, eruditione, & prudentia eſtis, aliud nihil prælaturos: ſcilicet nec ſanctionem vllam nouam & apertè Euangelicæ Domini noſtri Philoſophiæ repugnantem: nec tempus, quo aliter in alijs abuſi eſtis Dogmatibus: nec conſuetudinem abſurdam (Nam cùm homines ſimus omnes: lubricas etiam cogitandi rationes habemus: vt apud ſapientem Solomonem eſt) antelaturos veritati, vel (vt rectiùs dicam) ipſi veritati, & ipſi ſapientiæ, Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum quo & diuini ipſius Diſcipuli Apoſtoliq;, & Canonica ipſorum ſalutariaq; Scripta, & vniuerſales atque particulares ſanctorum Patrum Synodi, & ſummi Eccleſiæ Theologi ac praecones, manifeſtè conſentiunt: & ijs, qui illorum mandata factis ſeruant, omnino ſalutem & cœleſte Regnum conciliant: ſicut è contrario, reſiſtentibus & tranſgredientibus, æternas pœnas & condemnationem. Si igitur volueritis, meq; audiueritis (inquit Dominus) bona terræ comedetis. Eodem ſanè modo etiam noſtra mediocritas, vt Chriſto pro miſericordia eius vicaria ſuccedens, veſtram adhortatur charitatem. Vtinam conſentiatis cum noſtra, quæ Chriſti eſt, Eccleſia. Quod ſi verè, & ex animo toto, reipſa feceritis: gaudium abſq; dubio in cœlo & in terra erit, ob vtriuſq; Eccleſiæ coniunctionem: quæ ad gloriam Chriſti futura ſperatur.

MENSE MAIO, INDICTIONE IIII.

PRIMVM PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLITAni, D. Hieremiæ, ad Auguſtanam Confeſſionem Reſponſum: à Martino Cruſio, Tybing. Academiæ Profeſſore, latinè conuerſum.

CVM LITERAS dilectionis veſtræ, & libellum, qui capita Religionis veſtræ continet, accepérimus, probata charitate veſtra, declarabimus, in quo nobis vobiſcum conueniat, & in quo non conueniat, ſicut petitis. Charitate enim impletur Lex & Prophetæ. Impleri tamen eam dicimus non nudis tantùm verbis, ſed re ipſa & factis: ſicut nec nobiliſsimis gemmis ſufficit orationis laus: ſed ſua propria vi & virtute comprobationem apud intelligentes inueniunt. Talem charitatem cùm & vos declarau eritis erga nos, ſapientiſsimi Germani: & huius gloriationem ſuſceperitis: nobiſcum de his rebus communicauiſtis.

Reſpondebimus ergo, nihil noſtrum adferentes, ſed ex ſanctis ſeptem Oecumenicis Synodis (quas & vobis * probari, rectè ſcribitis) & ex ſententia Sanctorum Doctorum, Interpretumq́; diuinitus inſpiratæ Scripturæ: quos Catholica Chriſti Eccleſia vnanimi conſenſu recepit: quando oratione & miraculis, tanquam alter Sol, orbem terrarum illuſtrârunt: cùm Spiritus S. in eis ſpirauerit, per eosq́; locutus fuerit, quæ in æternum immota manebunt, vtpote in verbo Domini fundata.

* Non ſimpliciter, ſed quatenus S. literis conſonant.

Eccleſia enim Chriſti, (vt cum
„ Paulo loquamur) columna eſt, & fun-
„ damentum, veritatis: cui ne portæ
„ quidem inferorum, (vt diuina Domini promiſsio habet,) præualebunt. Etiamſi enim aliqui monſtroſa imaginatione

ΠΡΩΤΗ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕως κυρίου Ἱερεμίου, πρὸς τὴν Αὐγουσταίαν ὁμολογίαν ἀπόκρισις, εἰς Τύβιγγαν αφοϛ πεμφθεῖσα.

ΔΕΞΑΜΕΝΟΙ ΤΑ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης πεμφθέντα ἡμῖν γράμματα, τό, τε βιβλάριον τὸ τὰ κεφάλαια τῆς ὑμῶν πίστεως περιέχον, καὶ τὴν ἀγάπην ἀποδεχόμενοι, τὸ συμφωνοῦν ἡμῖν καὶ διαφωνοῦν σαφηνίσομεν, κατὰ τὴν ἀξίωσιν ὑμῶν. Τὸ γὰρ τῆς ἀγάπης χρῆμα, πλήρωσιν ἔχει νόμου, καὶ προφητῶν. Πληροῦσθαί γε μὴν αὐτὴν φαμὲν, οὐ ψιλαῖς μόνον ῥημάτων προφοραῖς, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ἔργοις, μαρτυρουμένην καλῶς. Ὥσπερ δὴ καὶ οἱ πολυτελέστατοι τῶν λίθων, οὐ λόγοις τὸν ἔπαινον δέχονται, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας ἐνεργείας παρὰ τοῖς γινώσκουσι τῶν ἀνθρώπων θαυμάζονται. Ταύτην καὶ ὑμεῖς ἐμφανίσαντες πρὸς ἡμᾶς τὴν ἀγάπην, ἄνδρες σοφώτατοι γερμανοί, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ἀναματτόμενοι καύχημα, ἡμῖν ταῦτα κοινωνήσαντες ἐγνωρίσατε.

Προοίμιον φιλόφρον.

Τὸ συμφωνοῦν καὶ διαφωνοῦν μεταξὺ ἡμῶν δειχθήσεται.

Ἡ ἀγάπη, ἐν ἔργοις.

Ἀποκρινόμενοι οὖν, οὐδὲν οἴκοθεν λέξομεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, ἃς καὶ ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες, ὡς γράφετε, * στέργετε καὶ ἀποδέχεσθε, καὶ κατὰ τὴν γνώμην τῶν θείων διδασκάλων καὶ ἐξηγητῶν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, οὓς ἡ τοῦ Χριστοῦ καθολικὴ ἐκκλησία, γνώμῃ κοινῇ ἀπεδέξατο, ὡς λόγοις καὶ θαύμασιν, οἷά περ ἕτερος ἥλιος, τὴν οἰκουμένην ἐφώτισαν. Ἅτε τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν αὐτοῖς πνεύσαντος, καὶ δι' αὐτῶν λαλήσαντος. ἃ δὴ ἀπαρεγσάλευτα εἰς αἰῶνας ἔσται, ὡς τῷ τοῦ κυρίου λόγῳ τεθεμελιωμένα.

* Μ. Κρούσιος Οὐχὶ ἁπλῶς, ἀλλ' ἢ τὰ ἐν αὐταῖς τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ συνᾴδει.

Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον εἰπεῖν, στῦλος ἐστὶ καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Ἧς πύλαι ᾅδου κατὰ τὴν θεσπεσίαν τοῦ κυρίου ἐπαγγελίαν οὐ κατισχύσουσι, κἂν τινές τι παρασύρωσιν ἀλλόκοτα φανταζόμενοι, αὕτη μέντοι οὐδὲν ἧττον ἀσφαλὴς καὶ ἀκράδαντος,

Ἡ τῆς ἐκκλησίας στερεότης.

ἀκράδαντος, ἐστηριγμένη παγίως ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ οἷς ἐπεστήρικται ἡ ἀλήθεια. καὶ γὰρ οἱ τῆς τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίας, ὅλοι τῆς ἀληθείας εἰσὶ, καὶ οἱ μὴ τῆς ἀληθείας ὄντες καθάπαξ, οὐδὲ τῆς χριστοῦ ἐκκλησίας εἰσίν. Ὅθεν ἡμεῖς ἀληθεία στοιχοῦντες, τὸν ὑγιῆ λόγον, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἀληθοῦς πίστεως συνεισφερόμεθα. Κἂν τούτῳ εὐχῆς δεόμενοι τῆς παρὰ τῶν ἀγαπώντων τὸν κύριον, ἵνα τῇ θεία χάριτι αὐτοῦ, ὁ ἡμέτερος νοῦς, εἰς ὁδὸν εἰρήνης κατευθυνθείη.

Αὕτη νῦν ἡ πραγματεία.

ginatione aliquid peruertant: nihilominus tamen ea manet ſtabilis & inconcuſſa: fundata firmiter in petra & ijs, quibus innititur veritas. Etenim qui in Chriſti Eccleſia ſunt, totos ſe veritati dediderunt: & qui ſe non totos dediderunt veritati, ne in Chriſti quidem Eccleſia ſunt. Vnde nos in veritatis via incedentes, ſanum ſermonem conferimus ad veræ fidei ædificationem: qua in re precibus indigemus eorum, qui Dominum diligunt: vt diuina eius gratia mens noſtra in viam pacis dirigatur.

Κεφ. Α. περὶ ἑνὸς τρισυποστάτου θεοῦ.

Τοίνυν τὸ πρῶτον ὑμῶν κεφάλαιον, τὸ διαλαμβάνον τὸ δόγμα, εἴτε ἅγιον σύμβολον τῆς ἐν νικαίᾳ ἁγίας συνόδου, περὶ τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ ὑπεραγίου οὐσίας τοῦ θεοῦ, καλῶς ἔχειν, καὶ εὐσεβῶς ὑμῖν διακηρύττεσθαι, βεβαιοῦμεθα.

Cap. I. De Vno & trino Deo.

Primum igitur caput veſtrum, quo Decretum, ſeu ſanctum Symbolum S. Nicænæ Synodi allegatur, videlicet de vnitate Eſſentiæ diuinæ, omnem eſſentiam excedentis, in tribus perſonis conſiſtente, rectè ſe habere, & piè à vobis aſſeri affirmamus.

Ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Πλὴν, ὅτι ἡ κατὰ νίκαιαν αὕτη σύνοδος καὶ αἱ λοιπαὶ συνᾴδουσαι αὐτῇ ἐθέσπισαν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ἡ γὰρ ὁμολογία τῆς ὑγιαινούσης πίστεως τῶν χριστιανῶν, τὸ ἱερώτατον σύμβολον (ὅπερ ὑπὸ τῶν τιή θεοφόρων ἁγίων πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ ἐξετέθη τὸ πρότερον, τετελείωται δὲ, ὑπὸ τῶν ρν, ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ οἰκουμενικαὶ πέντε σύνοδοι ἐπεσφράγισαν, μηδὲν προσθεῖσαι μηδὲ ἀφελόμεναι, ὡς τὸ αὐτὸ συνᾴδουσαι, ὥστε καὶ οἱ μέσον τῶν ἱερῶν τούτων συνόδων ἀναλάμψαντες θεόπται ἄνδρες τρανώτατα ὡμολόγησαν, καὶ ἡμεῖς οὕτω καθομολογοῦμεν χάριτι θεοῦ σὺν αὐτοῖς) οὕτω τρανώτατα φανεροῖ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ὡς ἡ καλὴ ὁμολογία οὕτω πῶς ἔχει, ὡς ἐκτίθεται αὐταῖς λέξεσι.

Proceſsio Spiritus ſancti.

Interim hoc excipimus: quod Nicæna hæc Synodus, & cæteræ, quæ huic conſonant, ſtatuunt: Spiritum S. è patre procedere. Confeſsio enim ſanæ Chriſtianorum Fidei, ſanctiſsimum ſcilicet illud ſymbolum (quod à CCCXVIII. diuinis ſancto Spiritu præditis, Patribus, qui Nicææ fuerunt, initiò editum eſt: poſtea verò à CL. Conſtantinopoli Patribus perfectum: atq; à cæteris V. Oecumenicis Synodis obſignatum eſt: quæ nihil nec addiderunt nec dempſerunt, tanquam idem ſentientes: quemadmodum &, qui inter has ſanctas Synodos claruerunt, diuiniſsimi viri apertiſsimè confeſsi ſunt, noſq; iiſdem gratia Dei aſſentimur) ſic apertiſsimè ſtatuit: Spiritum S. è Patre procedere. Nam hæc eſt illa pulchra confeſsio ad verbum.

Τὸ Νικαῖον Σύμβολον.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

Τὸν

Symbolum Nicænum.

Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ: viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſecula: lumen è lumine, Deum verum è Deo vero: genitum, non factum: eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt.

Qui

Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, è cœlis deſcendit:
” atq; incarnatus eſt ex Spiritu S. & Ma-
” ria virgine, homoq; factus eſt. Crucifi-
” xus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato,
” paſſus & ſepultus, tertia die reſurrexit
” ſecundum ſcripturas. Idem aſcendit ad
” cœlos: ſedet ad dextram Patris: redi-
” turus eſt cum gloria, vt iudicet viuos &
” mortuos: cuius Regni non erit finis.
” Et in Spiritum S. dominum & viuifi-
” cum: qui è patre procedit, qui cum Pa-
” tre & Filio ſimul adoratur & ſimul
” glorificatur: qui per Prophetas locu-
” tus eſt. In vnam ſanctam & Apoſtoli-
” cam Eccleſiam. Confiteor vnum Ba-
” ptiſma in remiſſionem peccatorum,
” expecto reſurrectionem mortuorum,
” & vitam futuri ſeculi, Amen.

Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς προερχόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

HIc eſt veræ fidei theſaurus: qui diuino Spiritu obſignatus eſt, vt ne quis inde aliquid auferat, néue adulterinũ quid introducat. Hoc ipſum pietatis noſtræ diuinum, & ſanctiſsimum & vndiq; perfectum ſignum: hic Chriſtianiſmi limes: ſcilicet hæc cunctorum ſanctorum Patrum confeſsio. Hunc limitem complexu pectoris noſtri tenentes, ac cum fiducia confitentes, indelibatum & incorruptum, tanquam diuinum, diuino ſpiritu plenorum Patrum depoſitum, ad extremum vſq; cuſtodimus, vt interceſsionibus eorum, qui illud in medium attulerunt & cuſtodiuerunt, etiam nos, pulchra hac confeſsione tanquam dono mundo, S. Trinitati oblata, tum æterna liberemur pœna: tum diuino ſempiternoq; regno in Chriſto fruamur, quod vtinam munere eius conſequamur, Amen.

Οὗτος ὁ τῆς ἀληθοῦς πίστεως θησαυρὸς, ὃς πνεύματι θείῳ ἐσφράγισται, ἵνα μή τις τι ἐκ τούτου ἀφέληται, ἢ νόθον ἐπεισαγάγῃ. Αὐτὸ τὸ θεῖον καὶ ἱερώτατον καὶ τέλειον πάντοθεν τῆς εὐσεβείας ἡμῶν σημεῖον, ἡ ὁμολογία τῶν ἁγίων πατέρων πάντων, ὁ ὅρος τοῦ χριστιανισμοῦ. Ὃν ἐνστερνιζόμενοι καὶ ἀσπαζόμενοι, καὶ μετὰ παῤῥησίας ὁμολογοῦντες, ἀσινῆ καὶ ἀκίβδηλον, ὡς θεοφορήτων ἱερῶν πατέρων, θείαν παρακαταθήκην μέχρι τέλους φυλάττομεν. Ἵνα ταῖς πρεσβείαις τῶν ἐκθεμένων αὐτὸ, καὶ φυλαξάντων, ὡς δῶρον καθαρὸν τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ ἡμεῖς προσενεγκόντες τῇ τριάδι, τῆς τε αἰωνίου ἐλευθερωθῶμεν κολάσεως, καὶ τῆς διαιωνιζούσης ἐν χριστῷ ἀπολαύσωμεν θείας αὐτοῦ βασιλείας, ἧς καὶ τύχοιμεν χάριτι τοῦ χριστοῦ, ἀμήν.

Cap. III. De Articulis Fidei.

ACcedimus iam ordine ſic iubente, ad tertium caput veſtrum: in quo Articuli Fidei recenſentur, vbi ſic dicimus. Veram & ſolam Chriſtianorum diuinam Fidem, quæ rationem & mentem ſuperat (quippe quæ verè eſt veriſsima trini Dei confeſsio) his, ſub compendio, capitibus contineri: quæ omnis, qui rectè credit, & ſaluari vult, confiteri debet.

Κεφ. Γ. περὶ τῶν τῆς πίστεως ἄρθρων.

Ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν κεφαλαίων ὑμῶν ἐρχόμενοι, τὸ διεξερχόμενον περὶ τῶν τῆς πίστεως ἄρθρων (ὡς ἀκόλουθον) φαμέν. Ὅτι ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν χριστιανῶν θεία πίστις, ὑπὲρ νοῦν οὖσα καὶ λόγον, ὡς ὄντως ὑπάρχουσα ὁμολογία ἀληθεστάτη τοῦ ἐν τριάδι θεοῦ, ἐν τούτοις ἐν συνόψει τοῖς κεφαλαίοις, περιέχεται. Ἃ πιστεύων πᾶς ὀρθῶς, καὶ σωθῆναι θέλων, ὀφείλει ὁμολογεῖν.

Horum

Ταῦτα

Ταῦτα δὲ τὰ κεφάλαια, τὰ καὶ ἄρθρα τῆς πίστεως λεγόμενα, ὡς ἀρχαὶ καὶ θεμέλιοι, εἰς δυοκαίδεκα ἀριθμοῦνται, τὸν τύπον σώζοντα τῶν θείων ἀποστόλων χριστοῦ. Καὶ τρία μέν εἰσι περὶ τῆς μακαρίας τριάδος, ἓξ δὲ, περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου σαρκώσεως, καὶ τρία ἔτι περὶ τῆς συντελείας.

Horum capitum, (quæ & Articuli Fidei dicuntur: & ſunt principia quædam ac fundamenta) duodecim numerantur, pro duodenario diuinorum Apoſtolorum Chriſti numero. Tria de beata Trinitate loquuntur, ſex de Filij & Verbi incarnatione: rurſus tria de conſummatione ſeculi.

α. Καὶ πρῶτον μὲν τῶν κεφαλαίων, ὅτι ἓν τὸ θεῖον τῇ φύσει, καὶ οὐ πολλὰ, καὶ ἓν τῇ δυνάμει καὶ ἀρχῇ καὶ παντοκρατορείᾳ καὶ κυριότητι.

PRimum caput affirmat, Diuinitatem eſſe natura vnum, non multa: & vnum poteſtate, Imperio, omnipotentia, & dominatione. 1.

β. Δεύτερον δὲ, ὅτι τρία τοῦτο τὸ θεῖον, καὶ οὐχ ἓν πρόσωπον, εἰ καὶ ἓν καὶ ἀδιαίρετον τῇ θεότητι. Τὸ μὲν, ἀγέννητον· τὸ δὲ γεννητόν. Τὸ δὲ, ἐκπορευτὸν, πατὴρ, υἱὸς, πνεῦμα καλούμενα, καὶ τοῖς θεολόγοις λεγόμενα.

Secundum, tres eſſe huius vnius perſonas, non vnam, quamuis vnum ſit diuinitate, diuiſionis expers. Vnam, ingenitam: alteram, genitam: tertiam, procedentem: quarum nomina apud Theologos ſunt, Pater, Filius, & Spiritus. 2.

γ. Τρίτον δὲ, ὅτι αὕτη ἡ τριὰς, τῶν ὅλων ἐστὶ δημιουργὸς, ἐκ μὴ ὄντων ταῦτα παραγαγοῦσα, καὶ ὑπὸ χρόνον, νοητά τε καὶ αἰσθητὰ, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα.

Tertium, hanc Trinitatem omnium rerum eſſe effectricem: quæ è nihilo eas produxerit, & in tempore: tum quæ ſub intelligentiam, tum quæ ſub ſenſum cadunt: tum, quæ aſpectabiles ſunt, tum quæ oculorum obtutum effugerunt. 3.

δ. Τέταρτον, ὅτι διὰ τὸ προνοεῖσθαι ἡμῶν τὸν ἐν τριάδι θεὸν, εὐδοκίᾳ πατρὸς, καὶ συνεργίᾳ πνεύματος, ὁ λόγος μένων ἀναλλοίωτος καὶ ἄτρεπτος τῇ θεότητι, ἀπαθῶς καὶ ἀρρεύστως δι' ἡμᾶς ἐγένετο σὰρξ, τελείαν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐν ἀτόμῳ προσλαμβανόμενος.

Quartum, quia curam noſtri trinus ille Deus geſſerit: propenſa patris voluntate, accedente Spiritus operatione, verbum, nulla diuinitatis alteratione & mutatione, nulla paſſione & fluxu interueniente, propter nos factum eſſe carnem, natura noſtra perfectè momento temporis aſſumpta. 4.

ε. Πέμπτον, ὅτι ἐκ παρθένου ἐτέχθη, πεῖραν μὴ λαβούσης ἀνδρὸς, ὡς καὶ πρὸ τόκου, καὶ ἐν τόκῳ, καὶ μετὰ τόκον ὑπ' αὐτοῦ φυλαχθείσης παρθένου.

Quintum, è virgine viri experte natum eſſe: Virginitate eius, & ante partum, & in partu, & poſt partum, ab illo cuſtodita. 5.

ς. Ἕκτον, ὅτι σαρκὶ πέπονθε δι' ἡμᾶς, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ τέθνηκεν ἑκουσίως, καὶ οὐ τῇ θεότητι. αὕτη γὰρ ἀπαθής.

Sextum, carne propter nos paſſum eſſe, in crucem ſublatum eſſe, mortuum eſſe volentem: non autem diuinitate, quippe quæ pati non poſſit. 6.

ζ. Ἕβδομον, ὅτι ἀνέστη αὐτεξουσίως τριήμερος, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐνεφανίσθη πολλάκις.

Septimum, reſurrexiſſe ſua propria potentia, tertio die: Diſcipuliſq; ſæpe conſpectum eſſe. 7.

η. Ὄγδοον, ὅτι μετὰ τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τῆς ἐγέρσεως αὐτοῦ, εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, καθορώντων τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς ἐκάθηκεν, ὁμόδοξον καὶ συμπροσκυνούμενον,

Octauum, quadrageſimo à reſurrectione die, in cœlos aſſumptum eſſe intuentibus diſcipulis: ſediſſe ad dexteram Patris: ac pari gloria & adoratione honoratum, inſeparabile ſu- 8

le ſuum, cum diuinitate coniunctum, corpus demonſtraſſe.

9 Nonum, rediturum de cœlo in terram, paterna gloria ornatum: & ſeruis ſuis daturum regnum ſuum, impijs verò ſupplicia.

10 Decimum, reſuſcitaturum vniuerſam noſtram Naturam: ita vt animæ priſtinis, cum quibus vixerant, coadunētur corporibus, vna ætate ſeu ſtatura: vt præmia perſoluantur vitæ actæ: & incorruptibilia fore corpora.

11 Iudicem quoq; futurum viuentium & mortuorum, atq; infideles pœnis affecturum: gloria verò pios, qui præcepta eius obſeruârunt, ornaturum.

12 Deniq; futuram vitam, in naturam noſtram immortalitate recepta, æternam fore.

Quid his capitibus continetur.

HAec ſunt confeſsionis capita, in quorum primo continetur: Vnum eſſe Deum, vnum Dominum, vnum Patrem, cum Filio & cum Spiritu. Patrem enim illa nominat Deum: & Filium, Deum è Deo, & Spiritum ſanctum Dominum nominat: ac conſubſtantialem dicit Trinitatem: paremq; gloria patrem Filio & Spiritui: ſimul etiam æternum, omnipotentem, creatorem: quemadmodum & Prophetæ dixerunt Deum, cum Verbo & Spiritu: Angeliq; tribus ſanctificationibus vnum Deum canunt.

In ſecundo, hunc vnum & ſingularem Deum, qui Perſonis trinitas ſit, diuinitate verò vnitas, Patrem eſſe, & Filium, & Spiritum S. Ac Patrem quidem ingeneratum, & ex nulla cauſa eſſe: cauſam verò ſolùm ijs, quæ ex ipſo ſunt, eſſe: Filium verò, genitum eſſe Deum ex Deo: Spiritum verò S. eſſe Dominum, viuificum, ex patre procedentem. Horum vnam eſſe Naturam & gloriam iam inde ante ſecula, vnam potentiam, & adorationem. Ait enim: qui cum patre & filio ſimul adoratur, & ſimul glorificatur &c.

In tertio edocet, creatricem eſſe S. Triadem, quæ ex nihilo fecerit omnia. Vnde

κωυέμενον, τὸ ἀχώριστον καὶ ὁμόθεον ἀποδείξας σῶμα.

Ἔννατον, ὅτι ἐλεύσεται πάλιν εἰς τὴν γῆν ἀπ' οὐρανοῦ μετὰ τῆς πατρικῆς δόξης, καὶ παρέξει τὴν μὲν βασιλείαν αὐτοῦ τοῖς τούτου δούλοις, τοῖς δὲ ἀσεβέσι τὴν κόλασιν. θ'.

Δέκατον, ὡς ἐξαναστήσει πᾶσαν ἡμῶν τὴν φύσιν, τῶν ψυχῶν ἑνωθεισῶν τοῖς ἐξ ἀρχῆς σώμασιν, οἷς συνέζησαν, ἐν μιᾷ ἡλικίᾳ, εἰς ἀνταπόδοσιν τῶν βεβιωμένων, καὶ ἄφθαρτα τὰ σώματα ἔσονται. Ὅτι δὲ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς. ι'.

Καὶ τοὺς μὲν ἀπίστους κολάσει, δοξάσει δὲ τοὺς εὐσεβεῖς, καὶ τοὺς κατ' ἐντολὴν περιπατήσαντας. ια'.

Ὅτι ἡ μετὰ ταῦτα ζωὴ αἰώνιος ἔσται, ὡς ἀφθαρτισθείσης τῆς φύσεως. ιβ'.

Τίνα τὰ ἐν αὐτοῖς.

ΕΝ τούτοις οὖν τοῖς κεφαλαίοις, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ περιέχεται, ὅτι εἷς θεὸς, εἷς κύριος, ὁ πατὴρ, σὺν υἱῷ, καὶ τῷ πνεύματι. Ἐπεὶ καὶ θεὸν τὸν πατέρα, καὶ θεὸν ἐκ θεοῦ τὸν υἱὸν, καὶ κύριον ὀνομάζει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοούσιόν φησι τὴν τριάδα, ὁμοδοξοῦντε τὸν πατέρα τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι. Καὶ ἅμα τε αἰώνιον, παντοκράτορα, ποιητήν. Ὡς καὶ προφῆται εἶπον τὸν θεὸν, μετὰ τοῦ λόγου καὶ τοῦ πνεύματος. καὶ ἄγγελοι ἐν τρισὶν ἁγιασμοῖς ἕνα θεὸν μέλπουσιν.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, ὅτι οὗτος ὁ μόνος θεὸς, τριὰς ὢν τοῖς προσώποις, καὶ μονὰς τῇ θεότητι, πατήρ ἐστι, καὶ υἱὸς, καὶ πνεῦμα ἅγιον. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἀγέννητος καὶ ἀναίτιος, αἴτιος δὲ μόνος τῶν ἐξ αὐτοῦ, υἱὸς δὲ γεννητὸς, θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κύριον, ζωοποιὸν, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. Καὶ ὅτι μία φύσις καὶ δόξα προαιώνιος τούτων, μία δύναμις καὶ προσκύνησις, φησὶ γὰρ τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον.

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ ἐκδιδάσκει, ὅτι δημιουργὸς ἡ τριὰς, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὰ πάντα ποιή-

σασα

σιμον. ὅθεν τὸν μὲν πατέρα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ ἁπάντων φησί. τὸν δὲ υἱὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸ δὲ πνεῦμα, ζωοποιόν.

Ἐν δὲ τῷ δ'. τὰ τῆς σαρκώσεως καταγγέλλει, ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς θεοτόκου μαρίας, ὁ λόγος σεσάρκωται.

Ἐν δὲ τῷ ε'. ὅτι ἀειπάρθενος διεφυλάχθη ἡ μαριάμ. ἐξ ἧς λαβὼν ὁ λόγος σῶμα ἔμψυχον, ψυχῇ νοερᾷ καὶ θελητικῇ, ἁπλοῦς ὢν, γέγονε διπλοῦς δι' ἡμᾶς, εἷς ἐκ δύο τελείων τῶν φύσεων.

Ἐν δὲ τῷ ς'. ὅτι σαρκὶ ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἔπαθε, καὶ ἐτάφη: καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνελήφθη, καὶ ἐλεύσεται ἀπ' οὐρανοῦ, κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀνάστασις ἔσται, καὶ ὅτι κόλασις καὶ βασιλεία αἰώνιος, ἐν τοῖς λοιποῖς ἓξ περιέχεται.

Ὠφέλεια τῶν ἄρθρων, θεωρητικὴ καὶ πρακτική.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἄρθρα, εἴτε κεφάλαια, τῷ ἱερῷ φαίνονται συμβόλῳ ἐμπεριεχόμενα: τῆς κατὰ χριστὸν ὄντα ἐν θεωρίᾳ φιλοσοφίας: ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς κατὰ πρᾶξιν ἠθικωτέρας: παιδαγωγοῦντα, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἄγοντα ἡμᾶς. Διὰ γὰρ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθεῖν φησι τὸν κύριον, ἵνα τὴν ζωὴν αὐτοῦ μιμησώμεθα, καὶ σωθῶμεν. Καὶ τὸ παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ τὸ ἀναστῆναι, εἰς ἐλπίδα. καὶ τὸ μέλλειν ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, εἰς ἀπεκδοχὴν καὶ ἑτοιμασίαν ἡμῶν. καὶ τὸ ζωὴν αἰώνιον, εἰς ἐλπίδα ἀπολαύσεως, καὶ φόβον κολάσεως. Δι' ὧν τὸ τριμερὲς τῶν ψυχῶν ἐκκαθαίρει. Τὸ λογιστικὸν μὲν, διὰ τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας τῆς ἁγίας τριάδος. τὸ θυμοειδὲς δὲ, διὰ τῆς ὑπομνήσεως τῆς ἐνανθρωπήσεως. Τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ, διὰ τῆς ἀνακηρύξεως τῆς ἀναστάσεως. ὡς ἂν τούτων ἐπιποθοῦντες, τρέχωμεν κατ' ἐντολήν.

Καὶ ἐπειδὴ ἑπτὰ μὲν αἱ περιεκτικαὶ ἀρεταί. ταπείνωσις. ἀκενοδοξία. ἀκτημοσύνη. νηστεία. ἁγνεία. ὑπομονὴ. καὶ μακροθυμία. ἑπτὰ δὲ καὶ τἀναντία. ὑπερηφανία. κενοδοξία. φιλαργυρία. γαστριμαργία. πορνεία. ἀκηδία. καὶ ὀργιλότης. ἀποτρέπεται μὲν τὰς κακίας τὸ ἱερώτατον σύμβο-

Vnde Patrem, factorem cœli & terræ, rerumq; omnium, vocat: Filium verò, per quem omnia facta ſint: Spiritum verò viuificum.

In quarto, quæ ad carnis aſſumptionem ſpectant, recenſet: quòd ſcilicet ex Spiritu S. & Deipara Maria, Verbum carnem induerit.

In quinto, perpetuam Virginitatem manſiſſe Mariæ: ex qua verbum ſumpſerit corpus animatum, anima intelligente, voluntatem habente. Dominum, cùm ſimplex eſſet, factum eſſe duplicem, propter nos: eumq; ex duabus perfectis naturis vnum.

In ſexto, carne paſſum eſſe pro nobis, crucifixum & Sepultum. Præterea reſurrexiſſe, aſſumptum eſſe, venturum cœlitus ad iudicandum viuos & mortuos: fore reſurrectionem, punitionem, & Regnum æternum, in reliquis ſex capitibus continentur.

Vtilitas articulorum, ad contemplandum & agendum.

Hos articulos ſeu capita, ſacrum continet Symbolum: quæ ad eam, quæ ſecundum Chriſtum eſt, contemplatricem Philoſophiam pertinent: nec non ad moralem, quæ in agendo conſiſtit: quæ rectè nos inſtituunt, & ad ſalutem perducunt. Etenim ob noſtram ſalutem deſcendiſſe Dominum inquit: vt vitam eius imitantes conſeruemur. Quodq; paſſus pro nobis eſt, & mortuus eſt, & reſurrexit: ad ſpem facit. Quòd venturus eſt Iudex viuorum & mortuorum: ad expectationem, & præparationem noſtram. Quòd vitam æternam daturus: ad ſpem fruendi, & metum pœnarum. His triplicem naturam animarum noſtrarum emundat. Ratione præditam, pia ſanctæ Trinitatis confeſſione: iraſcentem, recordatione incarnationis: cupiditatibus laborantem, prædicatione reſurrectionis: vt horũ deſiderio incitati, curramus ex præſcripto mandatorũ.

Ad tres facultates animæ.

Symbolum ad præcipuas virtutum adhortatur.

Ad hæc, cùm ſeptem ſint, quæ alias continent, Virtutes: Humilitas, Ambitionis fuga, Acquirendi contemptio, Ieiunium, Caſtitas, Patientia, Longanimitas: totidem verò his oppoſita: Superbia, Ambitio, Auaritia, Edacitas, Scortatio, Ignauia, Iracundia: vt à vitijs dehortatur ſanctiſsimum

ctiſsimum Symbolum, ita ad virtutes adhortatur. Ad humilitatem excitat cogitatione huius: quòd de cœlo Deus verbum deſcendit: ad fugiendam inanem gloriam, quòd homo factus eſt: ad plus habendi cupiditatem vitandam, & ad ieiunium: & ad caſtitatem, conſideratione, qualis ipſe fuerit: ad patientiam & æquanimitatem, quòd cùm omnia haberet, crucem tandem & mortem ſuſtinuit. Idem omne quoq; vitium abolet. Humilitate ſua, ſuperbiam: ex qua incredulitas exiſtit, & blaſphemia in Deum. Vilitate, ambitionem: ex qua furor, inuidia & odium naſcitur. Inopia, auaritiam: ex qua furtum, dolus, mendacium, Dei fratrumq; proditio. Ieiunio, voracitatem: vnde ebrietas, prodigalitas, ordinis perturbatio, & omnis affectus malus. Virginitate, Impuritatem: quæ omnem inquinationem, qua longè à ſancto Deo receditur, parit. Patientia, mollitiem & paruitatem animi: cuius effectus ſunt, Spei abiectio, ingratitudo, mentis obtenebratio, animæ deſperatio. Aequabilitate deniq; Iracundiam confringit, & diabolicũ contra fratres furorem: vnde omnis ira inueterata, inimicitia, odium, indigna nex, oritur: & trium altarum, & principalium, velut capitum, virtutum deſtructio: ſpei videlicet, Fidei, & Charitatis. Hæ, cùm tres ſint: ad honorem Trinitatis perfectè coadunant eum, in quo ſunt, ipſi trino Deo: Deumq; per gratiam efficiunt. Ergo & nos, fratres, recta fide, rationalem animæ facultatem emundemus: Virtutibus verò, præſertim generalibus (Fortitudine, temperantia, iuſtitia, & prudentia: in quibus cæteræ quoq;, quæ velut capita ſunt, Virtutes omnes ſunt) noſmet luſtrantes, ad vacuitatem à perturbationibus animi, quo ad eius fieri poteſt, veniamus: toti ſecundum Chriſtum viuamus: veram huius fidem, & vitam eius, intra nos circumferentes: diligamus ipſum: mandata eius ſeruemus, templa fiamus Chriſti & ſuaueolentia, & ſanctificati eius: vt immortalem etiam ipſius vitam, gloriam, &

A vitijs oppoſitis dehortatur.

Primariæ & ſublimes virtutes.

Generales virtutes.

σύμβολον: προτρέπεται δὲ πρὸς τὰς ἀρετάς. Καὶ πρὸς μὲν τὴν ταπείνωσιν διεγείρει, διὰ τὸ κατελθεῖν ἐκ τῶν οὐρανῶν τὸν θεὸν λόγον. πρὸς ἀκενοδοξίαν, διὰ τὸ ἐνανθρωπῆσαι. πρὸς ἀκτημοσύνην, νηστείαν καὶ ἁγνείαν, ὡς ἦν αὐτός. πρὸς ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν, ὅτι πάντα εἶχε, καὶ τέλος σταυρὸν καὶ θάνατον ὑπήνεγκε. κατήργησε δὲ καὶ πᾶσαν κακίαν ὁ σωτήρ. τῇ μὲν ταπεινώσει, τὴν ὑπερηφανίαν, ἐξ ἧς ἀπιστία, καὶ βλασφημία θεοῦ. Τῇ εὐτελείᾳ δὲ, τὴν κενοδοξίαν, ἐξ ἧς, μανία, φθόνος καὶ φόνος τίκτεται. Τῇ ἀκτησίᾳ δὲ τὴν φιλαργυρίαν, ἐξ ἧς, κλοπὴ, δόλος, ψεῦδος, προδοσία θεοῦ καὶ ἀδελφῶν. Τῇ νηστείᾳ δὲ τὴν γαστριμαργίαν, ἐξ ἧς, μέθη, ἀσωτία, ἀταξία, καὶ πᾶν πάθος πονηρόν. τῇ παρθενίᾳ δὲ, τὴν πορνείαν, ἐξ ἧς, μολυσμὸς ἅπας καὶ μακρυσμὸς ἀπὸ τοῦ ἁγίου θεοῦ. τῇ ὑπομονῇ δὲ, ἀκηδίαν τε καὶ μικροψυχίαν, ἐξ ἧς ἀνελπιστία, ἀχαριστία, σκότωσις νοὸς, καὶ ψυχῆς ἀπόγνωσις. καὶ ἔσχατον, τῇ μακροθυμίᾳ, τὴν ὀργιλότητα, καὶ δαιμονιώδη κατὰ τῶν ἀδελφῶν καταθερμοῦ μανίαν. ἐξ ἧς πᾶσα μῆνις, ἔχθρα, μῖσος, μιαιφονία. καὶ τῶν τριῶν ὑψηλῶν καὶ κεφαλαιωδῶν ἀρετῶν ἀναίρεσις, ἐλπίδος φημὶ, πίστεως καὶ ἀγάπης. αἳ καὶ τρεῖς οὖσαι, εἰς τιμὴν τῆς τριάδος ὁλοτελῶς ἑνοῦσι τὸν ἔχοντα αὐτὰς τῷ ἐν τριάδι θεῷ. καὶ θεὸν κατὰ χάριν ἀποτελοῦσιν. ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ, τῇ μὲν ὀρθῇ πίστει τὸ λογικὸν ἐκκαθαίρωμεν. ταῖς ἀρεταῖς δὲ, καὶ μᾶλλον ταῖς γενικαῖς, ἀνδρίᾳ, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ τε καὶ φρονήσει, ἐν αἷς καὶ αἱ λοιπαὶ κεφαλαιώδεις ἀρεταὶ πᾶσαι εἰσὶ, καθαγνίζοντες ἑαυτοὺς, εἰς ἀπάθειαν, ὡς δυνατὸν, ἔλθωμεν. καὶ ὅλοι ζῶμεν κατὰ χριστὸν, τὴν ἀληθῆ πίστιν χριστοῦ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἐν ἑαυτοῖς περιφέροντες. καὶ ἀγαπῶμεν τὸν χριστὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς ἐκπληρῶμεν, καὶ ναοὶ γινώμεθα χριστοῦ, καὶ εὐωδία καὶ ἡγιασμένοι αὐτοῦ. ἵνα καὶ τῆς ἀθανάτου αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ ζωῆς καὶ δόξης καὶ

καὶ βασιλείας ἐπιτύχωμεν αἰωνίως, χάριτι αὐτοῦ, καὶ οὐ μόνοις τοῖς ἐκ δικαιοσύνης ἔργοις ἡμῶν, κατὰ τὴν ἀψευδῆ αὐτοῦ ἐπαγγελίαν.

& regnum, conſequamur in æternum: idq; per gratiam eius, nec ſolis ex iuſticia operibus noſtris, quemadmodum eius promiſſio, quæ non mentitur habet.

Κεφ. β. περὶ προπατορικῆς ἁμαρτίας.

Τὸ δεύτερον δὲ ὑμῶν κεφάλαιον, τὸ περιέχον, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἔνοχός ἐστι τῇ προπατορικῇ ἁμαρτίᾳ, βεβαιοῦμεν καὶ αὐτοὶ, οὕτως ἔχειν τὴν ἀλήθειαν. Φησὶ γὰρ ὁ ψαλμῳδὸς ἐν τῷ ν. ψαλμῷ, ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Καὶ ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις, ἐὰν μή τις γεννηθῇ δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πρὸς κάθαρσιν δηλαδὴ τῆς τοιαύτης προπατορικῆς ἁμαρτίας.

Cap. II. De peccato originis.

QVod ad ſecundum caput, veſtrum attinet, in quo dicitur omnem hominem obnoxium eſſe peccato originis: de eo aſſeueramus & nos, verè ſic ſe habere. Dicitur enim Pſalmo *50.* Ecce in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis geſtauit cum concupiſcentia me mater mea. Et in Euangelijs: Niſi quis generatus fuerit per aquam & Spiritum, nequaquam ingredietur in Regnum cœlorum. Ad expurgationem ſcilicet talis à primis parentibus inſiti peccati.

Πλὴν ὅτι καὶ περὶ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ θείου βαπτίσματος, ἐμπεριεχομένου τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ συμβόλου, φάσκοντος, ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἡμεῖς μὲν ἐν τρισὶ καταδύσεσι βαπτίζομεν, οἱ δὲ Λατῖνοι, οὐ καλῶς ποιοῦντες, ἐν μιᾷ καταδύσει βαπτίζουσι. Δεῖ γὰρ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἀνακηρύττειν ἐν μιᾷ τῇ θεότητι, καὶ τρεῖς γίνεσθαι τὰς ἀναδύσεις καὶ καταδύσεις, ἐκφωνουμένου τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἔθος ἀρχαῖον παραδεδομένον τῇ ἐκκλησίᾳ, ἅμα δὲ καὶ διὰ τῶν τριῶν καταδύσεων καὶ ἀναδύσεων, τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἀναστάσεως αἰνιττομένης τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ σταυρωθέντος, καὶ ἀναστάντος.

Καταδύσεις βαπτίσματος τρεῖς.

Veruntamen, quod ad regenerationem attinet, quæ diuino Baptiſmate fit: quod in confeſsione Symboli comprehenditur, vbi dicitur: Confiteor vnum Baptiſma in remiſsionem peccatorum: nos trinis immerſionibus baptizamus: Latini verò vna tantùm immerſione, quod non rectè fit. Oportet enim tres perſonas in vna Deitate prædicari: ac tres fieri emerſiones & immerſiones: pronunciato nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſecundum veterem ritum Eccleſiæ traditum. Simul etiam trina illa immerſione & emerſione triduana ſepultura reſurrectioq; innuitur eius: qui pro nobis carne crucifixus fuit, & reſurrexit.

Tres in Baptiſmo immerſiones.

Τὸ ἅγιον μύρον.

Παρευθὺς δὲ δεῖ χρίειν τὸν βαπτισθέντα καὶ τῷ μύρῳ. Τὸ γὰρ χρίσμα τοῦτο, σφραγίς ἐστι χριστοῦ καὶ σημεῖον. καὶ ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν χάριν λαμβάνοντες ἐν τῷ μύρῳ χριστιανοὶ καλούμεθα, καὶ χριστοὶ κυρίου ἐσμέν. Οὐ γὰρ ἀπαξιοῖ κατ᾽ αὐτὸν καλεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι καὶ υἱοὺς θεοῦ θέσει καλεῖ, καὶ θεοὺς κατὰ χάριν. Χρίων δὲ τὸν βαπτισθέντα ὁ ἱερεὺς, φησί. σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, ἀμήν. Ὅθεν εὐλόγως ἔχει μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ τὸ χρίσμα ἀκολουθεῖν, καὶ μὴ εἰς καιρὸν ταμιεύεσθαι. ἀλλὰ καὶ μεταδοῦναι τῷ βαπτισθέντι τῆς φρικτῆς κοινωνίας ἑπόμενον. Τοῦτο γὰρ τὸ τέλος τοῦ μυστη-

Chriſma.

Mox quoq; is, qui baptizatus eſt, ſacro vnguento vngendus eſt. Chriſma enim hoc, ſigillum & ſignum Chriſti eſt: noſq; inde gratiam adepti in vnguento, Chriſtiani appellamur, & ad Dominum Chriſtum pertinemus. Non enim dedignatur, de nomine ſuo nominari nos: quia & filios Dei adoptiuos vocat, & Deos ex gratia. Vngens autem baptizatum Sacerdos, Signaculum doni, inquit, Spiritus S. Amen. Vnde vntioni conſentaneum eſt, Baptiſmati etiam Chriſma ſubiungi, nec in tempus differri: ſed baptizatum continuò illius verendæ communionis participem fieri. Hic enim omnis ſacramenti

finis eſt: vt errore, & peccati ſordibus, liberati mundatiq;, & ſacro vnguento obſignati, carnem & ſanguinem eius participemus: arctiſsimeq; ipſi adunemur: & inhabitet nobis, in nobiſq; ambulet Chriſtus: & nobiſcum ſit in omne tempus.

τοῦ μυστηρίου παντὸς, ἵνα τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες καὶ τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας, καθαροί τε γεγενημένοι, καὶ τῷ θείῳ μύρῳ ἐσφραγισμένοι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος κοινωνήσωμεν, καὶ ἄκρως ἑνωθῶμεν αὐτῷ. καὶ ἐνοικήσῃ ἐν ἡμῖν, καὶ ἐμπεριπατήσῃ χριστὸς, καὶ μεθ᾽ ἡμῶν ᾖ πάσας τὰς ἡμέρας.

Cap. IIII. De fide iuſtificante.

IN quarto capite, Vbi de remiſsione peccatorum agitur, ſoli fidei propriè remiſſionem peccatorum dari affirmatis, vt vobis videtur. Catholica verò Eccleſia, fidem, quæ viuat, requirit: quæ bonis operibus teſtificata ſit. Fides enim, quæ ſine operibus eſt, mortua eſt, vt Paulus inquit. Hinc & magnus Baſilius ait: Neq; ſuperna gratia venit ad eum, qui accipere non ſtudet: ſed vtraq; commiſceri conuenit: tum ſtudium humanum: tum, quod per fidem ſupernè deſcendit, auxilium, ad perfectionem virtutis. Ideo nec abſolutè conceſſa eſt poteſtas remittendi peccata: ſed ſi obediat is, qui pœnitentiam agit: & aſſentiatur ei, qui ſalutis ipſius curam gerit. De talibus enim ſcriptum eſt illud: Si duo veſtrum conſenſerint in terra: de omni re, quam petierint, fiet ipſis à patre meo, qui in cœlis eſt. In quibus verò peccatis remiſsio locum habeat: ne quidem interrogare licet: cùm nullam eorum differentiam nouum teſtamentum indicauerit: ſed cuiusuis peccati remiſsionem illis, qui dignam pœnitentiam agunt, promittat. Dignam autē pœnitentiā agit, qui affectum ſuſcipit illius, qui dixit: Iniuſtitiam odi & abominatus ſum: & qui facit, quæ in ſexto, alijsq; pſalmis, de operibus dicta ſunt: & multis benefactis peccata compenſat, ſicut Zacchæus. Vbiq; verò commendantes nos Deo, vt nos in vita ſanctos conſeruet, teneamus confeſsionem. Noſtras enim partes magnus Pontifex requirit. Credamus
,, reſurrectionem, retributionem, innume-
,, ra bona: Chriſtum, Deum eſſe: fidem eſſe rectam. Hæc confiteamur, hæc teneamus, factis fidem monſtremus. Non ignorat ille noſtra. Ergo pro viribus faciamus, quæ bona ſunt: imbecil-

Iacobus hoc cap. 2. dicit.

Ipſi Fidem & opera coniungunt.

Κεφαλ. δ´. περὶ πίστεως δικαιωτικῆς.

ΤΟ τέταρτον, περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἐπεξιὸν, μόνῃ τῇ πίστει κυρίως τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, διϊσχυρίζεσθε, ὡς δοκεῖ ὑμῖν. ἡ δὲ καθολικὴ ἐκκλησία, τὴν πίστιν ζῶσαν ἀπαιτεῖ, τὴν διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων μαρτυρουμένην. Ἡ γὰρ πίστις ἡ ἄνευ ἔργων νεκρά ἐστιν, ὡς ὁ Παῦλος φησίν. Ὅθεν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος φησιν· οὐδὲ ἡ ἄνωθεν χάρις, ἐπὶ τὸν μὴ σπουδάζοντα παραγίνοιτ᾽ ἄν. ἀλλ᾽ ἑκάτερα συγκεκρᾶσθαι προσήκει σπουδήν τε ἀνθρωπίνην, καὶ τὴν διὰ τῆς πίστεως ἄνωθεν καθικνουμένην συμμαχίαν, εἰς τελείωσιν ἀρετῆς. Διὸ καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ ἀφιέναι, οὐκ ἀπολύτως δέδοται, ἀλλ᾽ ἐν ὑπακοῇ τοῦ μετανοοῦντος, καὶ συμφωνίᾳ πρὸς τὸν ἐπιμελούμενον τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς· Γέγραπται γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τὸ δὲ ἐπὶ ποίοις, οὐδὲ ἐρωτᾷν ἐστι, τῆς καινῆς διαθήκης διαφορὰν ἡμῖν μηδεμίαν δηλωσάσης, πάσης δὲ ἁμαρτίας τὴν ἄφεσιν τοῖς ἀξιολόγως μετανοοῦσιν ἐπαγγελλομένης. Ἀξιολόγως δὲ μετανοεῖ, ὁ τὴν διάθεσιν ἀναλαβὼν τοῦ εἰπόντος, ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην. καὶ ποιήσας τὰ ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ, καὶ ἄλλοις περὶ ἔργων εἰρημένα. Καὶ πολυπλασιάσας τὸ ἀντίθετον κατόρθωμα, ὡς ὁ Ζακχαῖος. ἐν παντὶ δὲ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ἁγνοὺς ὑπὸ θεοῦ τηρηθῆναι ἐν τοῖς πράγμασι, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. τὰ
παρ᾽ ἡμῶν ζητεῖ ὁ μέγας ἀρχιερεύς· πι- ,,
στεύωμεν, ὅτι ἀνάστασις, ὅτι ἀνταπόδοσις, ,,
ὅτι μυρία ἀγαθὰ, ὅτι χριστὸς θεός ἐστιν, ὅτι ἡ πίστις ὀρθή. ταῦτα ὁμολογήσωμεν, ταῦτα κατέχωμεν. ἔργοις τὴν πίστιν δείξωμεν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ τὰ ἡμέτερα. ὅθεν τὸ κατὰ δύναμιν ποιητέον τὰ ἀγαθὰ, ἀσθένειαν

ἰάκωβος β´.

φησί.

Σύναψις πίστεως καὶ ἔργων.

Πιστευτέον ἄνευ δισταγμοῦ.

ἀσθένειαν ἀνθρωπίνην μὴ προβαλλόμενοι, ὑπέστη γὰρ ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν πρῶτον, ὅθεν καὶ εὐσυμπάθητος. Εἰ οὖν καὶ ἔν τισιν ἡμάρτομεν, ἀλλὰ τοῦ ἀναμαρτήτου διὰ μετανοίας ἀληθοῦς καὶ ἐξομολογήσεως προσέλθωμεν, καὶ τελείαν ἀποχὴν τῶν κακῶν ἐνδειξώμεθα, μετὰ παρρησίας προσερχόμενοι τῇ μετανοίᾳ, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ οἷον ζητοῦμεν. Οὐκ ἔστι γὰρ ἁμαρτία νικῶσα τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ. Φιλοτιμία γὰρ θεία τὸ πρᾶγμα, δωρεὰ βασιλική, ἂν εὖ προσέλθωμεν· ὅταν δὲ ἡ συντέλεια: τότε ἐγείρεται εἰς κρίσιν. Προσερχώμεθα λοιπὸν τῇ μετανοίᾳ, καὶ τῷ ἐλεήμονι Ἰησοῦ, μετὰ πάσης παρρησίας, μηδὲν ἔχοντες συνειδὸς πονηρόν, μὴ ὅλως διστάζοντες. Οὐ γὰρ ὁ διστάζων δύναται μετὰ παρρησίας προσελθεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ λέγει. Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Ἐπεὶ νῦν, μετὰ τὸ λουτρὸν ἁμαρτάνοντες, εὑρίσκομεν μετάνοιαν, βασιλεύσωμεν τῶν παθῶν, πολιορκήσωμεν αὐτὰ τῇ μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει. Βασιλεῖς γενώμεθα κρείττονες τοῦ τὴν ἁλουργίδα ἔχοντος, ἐν τάξει δορυφόρων τὰ πάθη ὑποτάξωμεν. Οὐ γὰρ συγγνώμη τοῖς ἐν ἁμαρτίᾳ μένουσι δόλου, ὡς ἐν πολλοῖς θείοις ῥητοῖς ἐγράφη.

imbecillitatem humanam ne prætendamus. Subijt mala Pontifex noſter primò: & ideo facilè imiſeretur. Etiamſi igitur in quibuſdam peccauimus: eò, vbi peccatum non eſt, vera pœnitentia & confeſsione accedamus: perfectamq; à malis abſtinentiam demonſtremus, cum fiducia pœnitentiam aggredientes: vt miſericordiam adipiſcamur, & eam talem, qualem quærimus. Non eſt enim peccatum, quod ſuperet Dei erga genus humanum charitatem. Gloriã ex ea re Dominus quærit: donum ea eſt Regium, ſi nunc accedamus. Sed cùm conſummatio venerit ſeculi, exurget ad Iudicium. Conferamus itaq; nos ad pœnitentiam, & ad miſericordem Ieſum, omni cum fiducia, absq; omni mala conſcientia, nihil omnino dubitantes. Non enim poteſt, qui dubitat, cum fiducia accedere. Ideo dicit: Tempore accepto exaudiui te: in die ſalutis ſuccurri tibi. Nunc .n. quãdo poſt baptiſma peccamus, reperimus ſubſidium pœnitentiæ. Dominemur, tanquam Reges, affectibus: obſideamus eos, vt vrbem, pœnitentia & confeſsione: Reges nos præſtemus præſtantiores illis purpuratis: tanquam ſatellites, affectus ſubijciamus. Nulla enim venia illis eſt, qui in peccatis perſeuerant: ſicut multis in locis S. teſtantur literæ.

Contra dubitationem.

Κεφ. ε. περὶ διακονίας τοῦ ῥήματος. Πάλιν, πίστις καὶ ἔργα.

Τὸ πέμπτον, τὸ ὅμοιον σχεδὸν τῷ πρὸ τούτου τετάρτῳ κεφαλαίῳ, τὸ περὶ μετανοίας καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διηγούμενον, καὶ ὅτι οὐκ ἐξ ἱκανοποιίας τις τῆς οἱασοῦν σώζεται, ἀλλὰ πίστει μόνῃ καὶ χάριτι, ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὕτω νοεῖ. Τὸν ἄνθρωπον τηνικαῦτα τὴν ἄφεσιν λαμβάνειν τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν, διὰ μετανοίας ἐπιστρέφοντα πρὸς θεὸν ἀληθῶς, ὅταν τὴν πίστιν ἔχῃ ζῶσαν, τὴν διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δηλαδή, ὡς καὶ προείπομεν, καὶ λέγειν ὅλως οὐ παυσόμεθα. Ὡς καὶ ὅταν λέγῃ. οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου.

Καὶ

Caput V. De miniſterio Verbi. Ibi rurſus Fides & opera coniunguntur.

Sequitur quintum caput, præcedenti quarto ferè ſimile: quod de pœnitentia, & remiſsione peccatorum agit: neminem vlla ſatisfactione ſaluari, niſi ſola fide & gratia: de quo Catholica Eccleſia ſic ſentit. Hominem tunc remiſsionem ſuorum peccatorum accipere, vera per pœnitentiam conuerſione ad Deum: cùm fidem habuerit viuam, bonis ſcilicet operibus conſtantem: ſicut & antea diximus, nec dicere vnquam ceſſabimus. Inquit enim ſcriptura: Omnis, qui eſt ex Deo, audit & facit Dei verba. Quod ſimile eſt huic, vbi dicit: Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, ingredietur in regnum cœlorum: Sed is, qui facit Voluntatem patris mei.

Et

Et rurſus: Non auditores, ſed factores legis, iuſtificabuntur. Item: Vos amici mei eſtis: ſi ſeruaueritis omnia, quæcunq; præcepi vobis. Conſona his Baſilius ſcribens, Memineritis, inquit, Regni cœlorum. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm aſcendit montem, etiam initium doctrinæ fecit. Beati, inquit, qui pauperes Spiritu ſunt: & cæteras beatitudines poſuit. Rurſus de tempore retributionis meritorum, vſus ſimilitudine à paſtore ſumpta, benedictionem ponit: Venite vos benedicti Patris mei, & cætera. Rurſus: Vendite facultates veſtras, & conuertite in Eleemoſynā. Facite vobis marſupia, quæ non veteraſcant: theſaurum non deficientem in cœlis.

Καὶ πάλιν. οὐχ οἱ ἀκροαταὶ, ἀλλ᾽ οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Καὶ ἔτι. ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ἐὰν τηρῆτε πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν: ὡς καὶ βασίλειος συνῳδὰ γράφων φησί. μνημονεύσωμεν περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, ὅτε ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς διδασκαλίας ἐποιεῖτο, εἶπεν: μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μακαρισμῶν. καὶ πάλιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως, εὐλογίαν διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ ποιμένος λέγει. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν· πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, δότε ἐλεημοσύνην, ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

HAEc, & his ſimilia, ea ſunt, ob quæ regno cœleſti, homo dignus habetur. Rurſus, ſine quibus illo potiri nequit, hæc ſunt. In Euangelio Matthæi Dominus ſic inquit: Niſi abundauerit iuſticia veſtra amplius, quàm Scribarum & Phariſæorum: haud ingrediemini regnum cœlorum. Rurſus: Niſi conuerſi fueritis, & ſimiles horum puerorum facti: haud ingrediemini Regnum. Et apud Iohannem ad Nicodemum. Niſi quis ſupernè natus fuerit, non poteſt videre Regnum Dei. Sic, niſi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu. De quibus verò vnum & idem pronunciatur: his vtiq; omnibus periculum denunciatur idem, ſi vel vnum omiſſum fuerit. Si enim dicit: Iota vnum, aut apex vnus non præteribit de lege, dum omnia fuerint facta: quantò magis de Euangelio? ipſe quippe Dominus dicit: Cœlum & terra præteribit: Verba verò mea non præteribunt: Hinc & Iacobus, qui legem præſtiterit totā, inquit, deliquerit verò in vno omniū erit reus. Didicit ſcilicet hoc dicere: quòd poſt enumeratione beatitudinum & promiſsiones Petro factas, Dominus minatus fuit: Niſi lauero te, non habes partem mecum. Paulus Chriſti inſtinctu loquens, teſtatur: quænam potiſsimū ſint illa, propter quæ aliquis cœleſti Regno

ΤΑῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, δι᾽ ὧν βασιλείας οὐρανῶν καταξιοῦταί τις, ὧν ἄνευ ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν. Ἐν γὰρ τῷ κατὰ ματθαῖον εὐαγγελίῳ ἀποφαίνεται ὁ κύριος. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, πλέον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ αὖθις. Ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν. Ἐν δὲ τῷ κατὰ ἰωάννην, πρὸς νικόδημον, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. ὡς, καὶ ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. Καθ᾽ ὧν δὲ ἡ ἀπόφασις μία, δηλονότι καὶ ὁ κίνδυνος τοῖς πᾶσιν ἴσος, ἑνὸς ἐλλειφθέντος. Εἰ γὰρ λέγει, Ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, πόσῳ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου; αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου, οὐ μὴ παρέλθωσιν. ὅθεν καὶ Ἰάκωβος εἶπεν. ὅς ἂν ποιήσῃ τὸν νόμον ὅλον, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνὶ, ἔσται πάντων ἔνοχος. ἔμαθε δὲ τοῦτο λέγειν, ἐξ ὧν ὁ κύριος μετὰ τοὺς μακαρισμοὺς καὶ τὰς ἐπαγγελίας τὰς πρὸς τὸν πέτρον, ἠπείλησεν. ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ᾽ ἐμοῦ. Παῦλος δὲ ἐν χριστῷ λαλῶν διαμαρτύρεται, δι᾽ ἃ μάλιστα βασιλείας

βασιλείας οὐρανῶν οὐ καταξιοῦταί τις, καὶ θανάτου κρίματι ὑποπίπτει. ποτὲ μὲν εἰπὼν ὁριστικῶς, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσί. Ποτὲ δὲ, ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. καὶ ὁ κύριος. Οὐδεὶς τὴν χεῖρα θεὶς ἐπ' ἄροτρον καὶ στραφεὶς, εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

Regno excluditur, & iudicio mortis obnoxius fit: dum interdum definitiuè loquitur: eos, qui talia patrent, morte dignos eſſe: interdum verò iniuſtos, hæredes Regni Dei non futuros. Et Dominus: Nemo, qui manu ſemel aratro admota, tergiuerſatus fuerit, ad Regnum Dei idoneus eſt.

Ἐκ τούτων οὖν καὶ τῶν τοιούτων παιδευόμεθα, ὅτι χρὴ πάντα ὁλοκλήρως καὶ νομίμως πληρώσαντα, οἷς ἡ ἐπαγγελία τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται, καὶ ὧν ἄνευ ἀπηγόρευται, καὶ φυλαξάμενον, οὕτω προσδοκᾶν καταξιωθῆναι τῆς ἐπαγγελίας. δεῖ γὰρ τὸν ἀγῶνα τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, οὐ μόνον κακίας πάσης ἀπηλλάχθαι, ἀλλὰ καὶ ἀλώβητον εἶναι καὶ ἄμωμον ἐν παντὶ ῥήματι θεοῦ. Παύλου μετὰ τὴν θεωρίαν τῆς μεγάλης καὶ ἀνεκδιηγήτου εἰς ἡμᾶς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, ἐπαγαγόντος, μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι. Γέγραπται γὰρ, ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ἅπερ ὁ σπουδάζων εὑρήσει. ὡς καὶ Παῦλος διδάσκει. Χάρις τῷ θεῷ, ὅτι ἦτέ τε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. ἵνα ὥσπερ κηρὸς παραδιδόμενος τῷ τύπῳ τῆς γλυφῆς, μορφοῦται πρὸς ἀκρίβειαν τὴν ἐγκειμένην τῇ γλυφῇ μορφὴν, οὕτω καὶ ἡμεῖς, παραδόντες ἑαυτοὺς τῷ τύπῳ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, μορφωθῶμεν τὸν ἔσω ἄνθρωπον, πληροῦντες τὸ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰρημένον, ἀπεκδυόμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυόμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. ὥσπερ ἠγέρθη χριστὸς ἐκ νεκρῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Ἵνα τῆς χάριτος προλαβούσης, τὰ παρ' ἡμῶν ὀφειλόμενα συνεισενεγκώμεθα, καὶ οὕτω τελειωθῇ εἰς ἡμᾶς ἡ εὐδοκία τοῦ θεοῦ. ἀγῶνος χρεία, καὶ τούτου μεγάλου καὶ νομίμου,

Ex his, & ſimilibus, docemur: debere vnumquemq; perfecta & legitima horum omnium, quibus præſtitis cœleſte Regnum promittitur, & omiſsis negatur, impletione & obſeruatione, ita demũ expectare, ſe promiſsione illa dignum iudicatum iri. Oportet enim certamen, quo Deo placere contendimus, non modò malitiæ omnis exors eſſe: ſed etiam macula & reprehenſione carere, in omni Verbo Dei: Siquidem Paulus conſiderata illa magna & ineffabili erga nos caritate Dei, ipſiusq; Chriſti, ſubjicit: Nullum in vlla re dantes offendiculum, ne reprehendatur miniſterium noſtrum: ſed vbiq; nos ipſos commendantes, tanquam Miniſtri Dei. Scriptum enim eſt: Vt aſtituat ſibi ipſi glorioſam Eccleſiam: quæ non habeat maculam aut rugam, aut quicquam tale: Sed vt ſancta ſit & irreprehenſibilis. Multa talia ſunt, quæ ſtudioſus lector inueniet. Sicut Paulus docet: Gratia Deo, quòd, cùm eſſetis ſerui peccati, ex corde obedijſtis typo Doctrinæ, in quem traditi eſtis. Vt quemadmodum cera, commiſſa typo exſculpto, exquiſitè ſuſcipit eius figuram: Ita etiam nos, tradentes nos ipſos typo Euangelicæ doctrinæ, formam interiori homini aduenientem accipiamus: implendo id, quod ab eodem dictum eſt: Exuentes veterem hominem cum actionibus eius: & induentes nouum, qui renouatur ad agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui condidit ipſum. Quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Vt ſcilicet gratia anticipante, nos noſtra, quæ debemus, conferamus: & hoc modo perficiatur in nos bona Dei voluntas & placitũ. Certamine opus eſt, eoq; magno & legi-

legitimo: vt ne talem tantamq; gratiam dilectionis Dei, quæ in Chriſto eſt, in vanum accipiamus. Indigemus enim ſuperna ope, velut bellica ſocietate: vt in viam virtutis deducamur: qua via incedentes, diuino indigemus impulſu & inclinatione. Non enim in totum noſtra Iuſtitia confidendum eſt, (quia vilis, nec perfecta) ſed diuina Iuſtitia, & auxilij ſocietate: vt ad cœlum perueniamus ſine errore. Via enim eſt hæc præſens vita, ſupernæ manus ductu opus habens. Nam ſi vrbem aliquam ignotam ingredi volentibus, monſtratore viæ opus eſt: multò magis ad cœlum verſus peregrinari intendentibus, ſupernum momentum requiritur: vt & monſtret nobis viam, & veſtigia firmet, & nos manu ducat. Multa enim ſunt auia, à via abducentia: proptereaq; Deum apprehenſum manu, ſtringimus. Ac Dei quidem eſt, per viam ducere: dignos verò eſſe, vt manu eius apprehenſi ſtringamur, ſtudij noſtri. Nam ſi fuerimus impuri, non retinebit nos manus eius. Proinde bona opera adſint, & mundities, neceſſe eſt: vt diuinæ apprehenſionis compotes fiamus.

Quin etiam diuinus Chryſoſtomus, explicans alterius ad Corinthios Epiſtolæ dictum hoc: Adiuuantes adhortamur, ne
„ in vacuum gratiam Dei receperitis: Sic
„ dicit, Charitas Dei continet nos: hoc eſt, premit, trudit, vrget. Ne igitur opportunitatem temporis prodamus: ſed dignum illa gratia ſtudium præſtemus. Ne repellamus donum oblatum. Nam non ſolùm confidere reconciliationi, ſed etiam probam ducere vitam, oportet: eamque ſequi iuſtum eſt. Qui enim peccatis liberatus eſt, & amicus Dei factus: hunc in prioribus iterum volutari ſordibus, redire ad inimicitias eſt, & fruſtra gratiam adeptum eſſe, reſpectu talis vitæ. Nihil enim vtilitatis ex gratia percipimus, ſi impurè viuamus: ſed eò maius damnum accipimus: quòd poſt talem cognitionem & donum, ad priſtina mala reuoluamur. Donec igitur intra ſcamna, ſeu in ſtadio ſumus: donec in vinea Domini operamur: donec reſtat hora vndecima: accedamus, vitamq; demonſtremus rectam & lauda-

νομίμου, ἵνα τὴν τοιαύτην καὶ τοσαύτην χάριν τῆς ἐν χριστῷ ἀγάπης τοῦ θεοῦ, μὴ εἰς κενὸν δεξώμεθα. Δεόμεθα γὰρ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας, ὥστε ὁδηγηθῆναι πρὸς ἀρετήν. Ταύτην δὲ ὁδεύοντες τὴν ὁδὸν, τῆς θείας χρήζομεν ῥοπῆς. Οὐ δεῖ γὰρ πεποιθέναι καθόλου τῇ ἡμετέρᾳ δικαιοσύνῃ, εὐτελεῖ, καὶ μὴ ἀπηρτισμένῃ οὔσῃ, ἀλλὰ τῇ θείᾳ δικαιοσύνῃ καὶ συμμαχίᾳ, ἵνα πρὸς οὐρανὸν ὁδηγηθῶμεν ἀπλανῶς. Ὁδὸς γὰρ ὁ παρὼν βίος τῆς ἄνωθεν δεόμενος χειραγωγίας. Εἰ γὰρ εἰς πόλιν μέλλοντες εἰσιέναι, δεόμεθα τοῦ γνωρίσοντος ἡμῖν τὴν ὁδὸν, πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸν οὐρανὸν μέλλοντες ἀποδημεῖν, χρείαν ἔχομεν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. ἵνα καὶ δείξῃ τὴν ὁδὸν, καὶ στηρίξῃ καὶ χειραγωγήσῃ. πολλαὶ γὰρ ἄτραποι αἱ ἐκτρέπουσαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐχόμεθα τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ. Καὶ τὸ μὲν ὁδηγῆσαι, θεοῦ: τὸ δὲ ἀξίους εἶναι τοῦ κρατηθῆναι ὑπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, τῆς ἡμετέρας γινέσθω σπουδῆς. Ἂν γὰρ ὦμεν ἀκάθαρτοι, οὐ καθέξηται ἡ χεὶρ ἐκείνη. Χρεία λοιπὸν ἔργων ἀγαθῶν, καὶ καθαροὺς εἶναι, ἵνα καὶ θείας ἀντιλήψεως τύχωμεν.

θεία ῥοπή.

θεία συμμαχία.

Ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὴν πρὸς κορινθίους δευτέραν ἐπιστολὴν, τὸ, συνεργοῦντες δὲ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑ- „
μᾶς, λέγει. Ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ συνέχει ἡμᾶς, „
τουτέστι, θλίβει, ὠθεῖ, κατεπείγει. μὴ τοίνυν προδῶμεν τὸ εὔκαιρον, ἀλλ᾽ ἐπιδειξώμεθα ἀξίαν τῆς χάριτος τὴν σπουδήν. Μὴ ἀποκρουσώμεθα τὴν δωρεάν. Οὐ γὰρ μόνον τὸ πιστεῦσαι καταλλαγῇ, ἀλλὰ καὶ βίον σπουδαῖον ἐνδείξασθαι δεῖ, καὶ ἕπεσθαι αὐτῷ δίκαιον. Τὸν γὰρ ἀπαλλαγέντα ἁμαρτημάτων καὶ φίλον γενόμενον, τοῖς προτέροις ἐγκαλινδεῖσθαι πάλιν, ἐπ᾽ ἔχθραν ἐπανελθεῖν ἐστι, καὶ εἰς κενὸν τὴν χάριν δέξασθαι, κατὰ τὸν τοῦ βίου λόγον. Οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τῆς χάριτος ὠφελούμεθα ἀκαθάρτως ζῶντες, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον βλαπτόμεθα, ὅτι μετ᾽ ἐπίγνωσιν τοιαύτην καὶ δωρεὰν, ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανερχόμεθα κακά. Ἕως οὖν ἐν τῷ σκάμματι ἐσμὲν, ἕως ἐν τῷ ἀμπελῶνι ἐργαζόμεθα, ἕως λείπεται ἡ ἑνδεκάτη, προσέλθωμεν, καὶ βίον ἐπιδειξώμεθα ὀρθὸν

θαι ὀρθὸν καὶ ἐνάρετον, ἵνα τῶν αἰωνίων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ τοσούτων γέμοντας κακῶν, προσήκατο καὶ ἀπήλλαξε, πάντων ἀπαλλαγέντας καὶ τὰ ἑαυτῶν εἰσφέροντας, οὐ πολλῷ μᾶλλον εἰσδέξεται; ἐὰν γὰρ ἐν ἁμαρτίαις διάγωμεν, ἡ ἁμαρτία ἀπιστίαν γεννήσει. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀπιστία βίον τίκτει πονηρὸν, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν εἰς βάθος ἔλθῃ κακῶν, καταφρονεῖ, καταφρονήσασα δὲ, οὐδὲ πιστεύειν ἀνέχεται. Εἶπε γὰρ, οὐκ ὄψεται κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ θεὸς Ιακώβ. καὶ πάλιν. τὰ χείλη ἡμῶν, παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν κύριος ἐστίν; ἔτι τε. Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός. καὶ ὁ κύριος, πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. ἕως οὖν ὁ τῆς δωρεᾶς οὗτος χρόνος, μηδεὶς ἀπογινωσκέτω. Τότε γὰρ τῆς ἀπογνώσεως καιρὸς, ὅταν ὁ νυμφὼν κλείηται, ὅταν ἀπολάβωσιν οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοὺς κόλπους τοῦ πατριάρχου, τῶν ἀγαθῶν. νῦν δὲ οὔπω. Ἔτι γὰρ τὸ θέατρον συνέστηκεν, ἔτι ὁ ἀγὼν ἐνέστηκεν, ἔτι τὰ βραβεῖα μετέωρα. Σπουδάσωμεν τοίνυν. δρόμου χρεία, καὶ τούτου σφοδροῦ. Ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα. βίον ἄριστον κτησώμεθα. μετὰ πίστεως ἀληθοῦς, καὶ βίον ἔχοντες ὀρθὸν, τὸν κατ' ἐντολήν. ἐὰν δέ τις πίστιν μὲν ἔχῃ, πράττῃ δὲ πονηρὰ, ὑβρίζει τὴν διδασκαλίαν, καὶ εἰκότως νήπιος. Οὐ γὰρ δεῖ ἀεὶ περὶ τὰ στοιχεῖα στρέφεσθαι, οὐδὲ μόνον θεμέλιον πῆξαι, ἀλλὰ καὶ λοιπὸν τῆς οἰκοδομῆς τελειῶσαι, καὶ αὐτὴν τὴν ὀροφὴν καὶ τὴν πλειότητα τῶν ἀγαθῶν. Ἐὰν γάρ τις ἀεὶ περὶ τὰ στοιχεῖα στρέφηται, ἢ περὶ τὸν θεμέλιον, οὐκ ἔσται αὐτῷ τι πλέον, οὔτε οἶκον ἀπαρτίσαι, οὔτε θεμέλιον σοφοῦ ἔχειν, καὶ σοφὸν γενέσθαι. ἐὰν τοίνυν φιλῶμεν τὸν χριστὸν, ὡς φιλεῖν δεῖ, ταῖς ἀρεταῖς ἀνερχώμεθα, καὶ ἑαυτοὺς τιμωρησώμεθα ἁμαρτάνοντες. μὴ γέενναν φοβώμεθα, ἀλλὰ τὸ προσκροῦσαι θεῷ. Τοῦτο γὰρ ἐκείνου χαλεπώτερον, ὅταν ἀποστρέφηται ὀργιζόμενος. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἡλίκον ἐστὶν, ἐννόησον τὸ λεγόμενον, εἴτις κολαζόμενον ἰδὼν ἄνθρωπον λῃστὴν, καὶ κακοῦργον, αὐτὸς βασιλεὺς ὢν, τὸν ἀγαπητὸν υἱὸν καὶ μονογενῆ καὶ γνήσιον ἔδωκεν

laudabilem: vt æternis perfruamur bonis. Si enim tot vitijs coopertos admiſit, hiſq; liberauit: an non omnibus liberatos, & noſtra tributi inſtar conferentes, multò magis recipiet? Nam ſi in peccatis degamus: peccatum infidelitatem generabit. Vt enim infidelitas vitam parit improbam: ita etiam anima, vitiorum profundo immerſa, contemptum concipit: quo concepto, fidem omnem repudiat. Ait enim: Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacobi. Et iterum: Labia noſtra nobiſcum ſunt: quis nobis Dominus eſt? Et dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. Et Dominus: Omnis, qui malum facit, odit lucem, nec in lucem venit. Dum ergo gratiæ illius adeſt tempus: nemo deſperet. Tum enim deſperandi tempus erit: quando thalamus clauſus fuerit: quando, qui digni erunt, in ſinum Patriarchicum venerint, bonisq; fruentur. Nunc nondum. Adhuc enim theatrum conſiſtit: adhuc certamen inſtat: adhuc præmia in medio poſita ſunt. Incumbamus ergo. Curſu opus eſt, eoq; incitato. Ad metam & perfectionem properemus: optimam viuendi rationem inſtituamus: cum vera fide rectam coniungentes vitam, præceptis congruam. Quòd ſi quis fidem habens, improbè fecerit: contumelia profeſsionem afficit, ac crimine puerilis ſtultitiæ iure condemnatur. Non enim ſemper in rudimentis primis verſandum eſt: nec tantùm fundamentum iaciendum, ſed reliquum etiam ædificiū perficiendum: culmine perfectioneq; bonorum addendis. Nam ſi quis perpetuò circa elementa verſetur, aut fundamentum: nihil profecerit nec ad domus abſolutionē, nec ad fundamentum ſapienter habendum, & ſapientiæ comparationem. Ergo ſi Chriſtum diligimus, vt diligendus eſt: virtute aſcendamus, & ipſi peccata noſtra caſtigemus. Ne geennam metuamus, ſed offenſionem Dei: ſiquidem grauius illo eſt hoc, cùm iratus nos auerſatur. Quod vt diſcas, quantum ſit: hinc perpende. Si quis Rex, videns Latronem & maleficum ad ſupplicium duci

duci,filium dilectum, vnigenitum, legitimum,loco illius interficiendum dediſſet: vnaq; cum ſupplicio, culpam etiam ab eo in filium tranſtuliſſet,licet omnis criminis inſontem: tantùm conſeruandi illius facinoroſi,& infamia liberandi, cauſa: deinde vltra ſalutem datam, & ignominiã abſterſam, ad honores quoq; ampliſsimos perduxiſſet: ſi tantis beneficijs in eum collatis, iniuria & contumelia afficeretur: nonne res indigniſsima eſſet? Nonne hic, cui tanta beneficia contigiſſent, millies mori præoptaret, ſi vel micam ſanæ mentis haberet: quàm ſe tantæ in benefactorem ingratitudini obnoxium conſpici? Idem ergo nos quoq; nunc cogitemus: ingemiſcamus amarè ob ea, quibus benefactorem noſtrum irritauimus: nec, quia æquo animo in tolerandis iniurijs eſt, ideo confidenter agamus: ſed potius hac ipſa de cauſa, morſum in animo noſtro ſentiamus. Nam & inter homines, ſi quis dexteram maxillam percuſſus, præbeat etiam ſiniſtram: magis alterum vltus eſt, quàm ſi vel ſexcenta verbera retuliſſet. Et ſi conuitijs proſciſſus, non modò non regerat conuitia, ſed etiam bene precetur: duriorem ictum intulit, quàm ſi ſexcentis conuitijs reuerberaſſet. Quòd ſi apud homines, cùm petulantia & iniuria noſtra æquo animo fertur, in pudorem incurrimus: multò magis apud Deum metuere par eſt homines: ſi pro perpetuis ſuis peccatis nihil ſentiant incommodi. Nam capitis ſui malo, dirum ſibi, velut theſaurũ, colligunt & reponunt ſupplicium. Hæc itaq; cogitantes, ante omnia peccatum metuamus. Hoc enim pœna eſt: hoc, geenna: hoc, infinitus malorum cumulus. Nec metuamus ſolùm, ſed fugiamus etiam: Deoq; perpetuò nos placere ſtudeamus. Hoc enim Regnum conciliat: hoc, vitam, hoc, innumeram bonorum multitudinẽ. Hoc modo, cùm ex hac vita diſceſſerimus, Regnum illud beatum, & illa futura bona, aſſequemur: quæ vtinam omnes gratia, & charitate Dei erga nos, conſequamur. Quanquam enim Deus ad ſalutem vocat, & omnes homines conſeruari vult: tamen & nos ei ſupplicare debemus: & cum eo reconciliari: nec reſupinari ſed erecti ſtare: ne, vt ille inquit, in vanum

ἔδωκεν, ὥστε σφαγῆναι καὶ μετὰ τοῦ θανάτου, καὶ τὴν αἰτίαν ἀπ' ἐκείνου μετήνεγκεν ἐπὶ τὸν υἱὸν, οὐκ ὄντα τοιοῦτον, ἵνα σώσῃ τὸν κατάδικον, καὶ τῆς πονηρᾶς ὑπολήψεως ἀπαλλάξῃ. Εἶτα μετὰ ταῦτα εἰς μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν ἀναγαγὼν μετὰ τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν δόξαν τὴν ἀπόῤῥητον ὑβρίζετο παρὰ τοῦ τοιαῦτα πεπονθότος, οὐκ ἂν εἵλετο μυριάκις ἀποθανεῖν ἐκεῖνος, εἴγε νοῦν εἶχεν, ἢ τοσαύτῃ ἀγνωμοσύνῃ φανῆναι ὑπεύθυνος ὤν; τοῦτο δὴ καὶ νῦν λογιζώμεθα, καὶ στένωμεν πικρῶς, ἐφ' οἷς παρωξύναμεν τὸν εὐεργέτην. Μὴ δὲ ἐπειδὴ μακροθύμως ὑβριζόμενος φέρει, διὰ τοῦτο καὶ θαῤῥῶμεν, ἀλλ' δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο δακνώμεθα. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τις πληγεὶς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, δῷ καὶ τὴν ἀριστερὰν, μειζόνως ἀμύνεται, ἢ μυρίας ἔδωκε πληγάς. Καὶ ὅταν λοιδορηθεὶς, μὴ μόνον ἀντιλοιδορήσῃ, ἀλλὰ καὶ εὐλογήσῃ, χαλεπώτερον ἔπληξεν, ἢ εἰ μυρίοις ὀνείδεσιν ἔπλυνεν. Εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων, ὅταν ὑβρίζοντες μακροθυμίας ἀπολαύωμεν, καταισχυνόμεθα, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ θεοῦ δεδοικέναι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας διηνεκῶς, καὶ οὐδὲν πάσχοντας δεινόν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, ἡ ἄφατος αὐτοῖς θησαυρίζεται τιμωρία. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, πρὸ πάντων ἁμαρτίαν φοβηθῶμεν. Τοῦτο γὰρ κόλασις, τοῦτο γέεννα, τοῦτο τὰ μυρία κακά. Μὴ φοβώμεθα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ φεύγωμεν, καὶ τῷ θεῷ σπουδάζωμεν διηνεκῶς ἀρέσκειν. Τοῦτο γὰρ βασιλεία, τοῦτο ζωὴ, τοῦτο τὰ μυρία καλά. Οὕτω καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τῆς βασιλείας ἐπιτευξόμεθα, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ θεοῦ. Ἂν γὰρ ὁ θεὸς καὶ παρακαλεῖ, καὶ πάντας θέλῃ σωθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἱκετεύωμεν, καὶ καταλλαγὴν ἔχωμεν μετὰ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἀναπέσωμεν, ἀλλὰ διανεστηκότες ὦμεν, μὴ, φησιν, εἰς κενὸν τὴν χάριν δεξώμεθα. Εἰ γὰρ ἐπειδὴ ἔπεμψε

ἔπεμψε πρεσβευομένους, διὰ τοῦτο ῥαθυμῶμεν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο καὶ ἐπειγώμεθα πρὸς τὸ ἀρέσαι τῷ θεῷ, καὶ πνευματικὴν συναγαγεῖν ἐμπορίαν. Εἰ γὰρ χάρις τὸ σωθῆναι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αἴτιος, ὁ διὰ τῶν κατορθωμάτων, καὶ τῶν ἱδρώτων τὴν χάριν ἐπισπασάμενος. Εἰ δέ τις εἴποι μετὰ τῶν εἰρημένων αὐτὸν ἐμφαίνειν, τὸ ὅτι, καὶ ἐν τῇ χάριτι τῇ πνευματικῇ, οὐδεμίαν ἔδωκε προσκοπὴν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἐννοίας. Καὶ γὰρ οἱ τὰς γλώσσας λαβόντες παρ' αὐτοῖς, καὶ ἐπαρθέντες, ἐμωμήθησαν. Ἔστι γὰρ καὶ χάρισμα λαβόντα πνευματικὸν, οὐκ εἰς δέον αὐτῷ χρήσασθαι. ἡμεῖς δὲ ἐν τοῖς χαρίσμασι ἀμώμητοι γινώμεθα, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ἁγνότητι. καὶ ἕως οὗ περίεσμεν ἐργαζώμεθα τὰ πνευματικὰ, τὸν τῆς παροικίας χρόνον ἐν φόβῳ καλῶς ἀναστρεφόμενοι καὶ θείως κατ' ἐντολὴν, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει θεοῦ. Τὸ πᾶν τῶν ἡμετέρων ἀνατιθέντες θεῷ, καὶ αὐτοῦ τὰ κατορθώματα πάντα λογιζόμενοι.

Κεφαλ. ϛ΄. περὶ ἀγαθῶν ἔργων.

Τὸ ἕκτον πιστοῦται, ὅτι δεῖ μὲν τὰ ἀγαθὰ τῶν ἔργων ἀπεργάζεσθαι, οὐ θαρρεῖν δὲ ἐν αὐτοῖς· κατὰ τὸ, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· πρὸς ὃ λέγομεν, ὅτι προηγούμενον ἡ πίστις, ἑπόμενα δὲ τὰ ἔργα καὶ ἀναγκαῖα διὰ τὴν τοῦ θεοῦ ἐντολήν. μισθὸν καὶ γέρα ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ λαμβανόντων τῶν τελειούντων αὐτὰ ὡς δεῖ. ἃ δὴ ἔργα ἀγαθὰ, καὶ ἀχώριστα εἶναι χρεία τῇ ἀληθεῖ πίστει. Οὐ δεῖ δὲ ἐπὶ τοῖς ἔργοις πεποιθέναι, οὐδὲ καυχᾶσθαι φαρισαϊκῶς, ἀλλ' εἰ καὶ πάντα ἐκπληρώσωμεν κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον λέγειν, ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμέν. Πάντα γὰρ δεῖ ἀναφέρειν τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ. ἐπεὶ τὸ εἰσφερόμενον παρ' ἡμῶν, μικρὸν ἢ οὐδέν ἐστιν. Ὅπερ κατὰ τὸν θεῖον χρυσόστομον ἐτάχθη, ἵνα μὴ ἀργοὺς ἡμᾶς εἰσαγάγῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. κύριός, φησιν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Οὐ δεῖ οὖν ἐπὶ ἔργοις καυχᾶσθαι, ποιεῖν μέν τοι τῶν ἀναγκαιοτάτων, καὶ ἐκπληροῦν αὐτά. Χωρὶς γὰρ θείων ἔργων, σωθῆναι ἀδύνατον. Εἰ οὖν πειθώμεθα τῷ κυρίῳ λέγοντι, εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτὰ, ἡμῖν συμφερόντως ἔσται. Δεῖ

Ποίει μὲν ἀγαθὰ ἔργα, μὴ καυχῶ δ' ἐπ' αὐτοῖς.

gratiam receperimus. Nam ſi propterea, quòd legatos & interceſſores miſit, oſcitare velimus, malè agemus. Quin propter hoc ipſum omnes neruos contendere debemus, vt nos Deo probemus,& Spirituales colligamus merces. Etſi enim gratia ſaluamur: tamen ipſe homo quoque author eſt, qui ſuis meritis & ſudoribus illam ad ſe traxit. Quòd ſi quis dicat: præter ea, quæ iam dicta ſunt, ab illo etiam indicari: pium in gratia ſpirituali nullam dare offenſionem, à vero non aberrauerit. Nam etiam, qui dono linguarum,quod acceperant,elati fuerunt: in reprehenſionem incurrerunt. Poteſt enim aliquis, Spiritualibus quoq; donis non rectè vti. Nos verò in donis nos inculpatos præbeamus: in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate: &, dum in hac vita ſumus,ſpirituales actiones præſtemus. Tempus hoc, quo inquilini ſumus, cum timore, rectè & piè ad præceptorum regulam traducamus: charitate non ſimulata,orationis veritate,virtute & ope Dei: omnia noſtra committentes Deo: omnia noſtra benefacta ipſi accepta referentes.

Cap. VI. De bonis operibus.

SExto capite affirmatur: facienda quidem eſſe bona opera, non tamen his confidendum ex dicto, quod eſt: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Ad quod ſic dicimus: Antecedens eſſe fidem: conſequens verò, opera eaq; neceſſaria propter Dei mandatum: præmia & honores accipientibus in vita æterna his,qui ea ritè perfecerunt: quæ quidem bona opera,inſeparabilia quoq; ſint neceſſe eſt, à fide vera. Non autem oportet operibus confidere, neq; his gloriari, more Phariſaico: ſed,ſi etiam omnia expleuerimus: ex Chriſti verbo dicere, nos ſeruos inutiles eſſe. Omnia .n. ad iuſtitiã Dei referenda ſunt: quandoquidem quod à nobis confertur, parùm eſt,aut nihil. Quod vt D. Chryſoſtomus ſentit, poſitum eſt, vt ne ocioſos nos in regnum ſuum introducat. Dominus, inquit, ſuperbis reſiſtit: humilibus verò dat gratiam. Non ergò in operibus gloriandum eſt: facere tamen ea & implere,res maximè neceſſaria. Abſq; diuinis enim operibus ſalutem conſequi, impoſsibile eſt. Si igitur pareamus Domino dicenti: Si hæc ſcitis, beati eſtis,ſi feceritis ea: benè res noſtra habebit.

Non gloriandum bonis operibus.

Opor-

Oportet enim cum ſuperna erga homines charitate noſtra coniungi benefacta. ſiue enim imbecillitatem prętexamus noſtram, ſiue Dei bonitatem, noſtro ſtudio non addito: nihil ad nos vtilitatis redit. Qua .n. ratione petemus ſanandis noſtris delictis miſericordiam, nulla re, diuino numine placato? Audiamus Chryſoſtomum in explicatione CXX IX pſalmi: E profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Hinc, inquit, duo diſcimus: vnum, ſimpliciter nihil à Deo impetrari poſſe: niſi, quæ à nobis præſtari debent, adſint. Prius enim ait, clamaui: ac tunc infert: Exaudi. Alterum, precationem intentam, & lachrymabundam, magnam habere vim, ad perſuadendum Deo, vt dictis noſtris annuat. Sed ne quis objiciat: peccator ſum, innumeris refertus malis: Ideo nequeo accedere, precari, Deũ inuocare: præcidens ille hunc prætextũ. Si iniquitates, inquit, obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit te? particula quis, hoc loco ponitur pro nullus. Fieri enim non poteſt, nõ poteſt inquam: vt quiſquã, qui ad exquiſitam rationem ſuorũ factorum reddendam vocetur, miſericordiam & veniam conſequatur vnquam. Nam ſi tollas miſericordiam, ſi iuſta in Iudicio ſuo lance res Deus ponderet: ſi peccatis exæquet pœnas: quis ſententiæ ſuſtinendæ par fuerit? neceſſe profectò erit, omnes ſubire exitium. Neq; hæc ideo dicimus, vt ad ſocordiam animos adducamus: ſed vt conſolemur illos, qui in deſperationem incidunt. Quis enim ſe cor mundum habere gloriabitur? Aut quis eò inſolentiæ procedet: vt ſe peccati purum profiteatur? Quid alios dico? Si ipſum Paulum adduxero: & ad rationes vitæ actæ exquiſitas vocauero: non poterit conſiſtere. Quid enim dicet? Prophetas legit, acerrimus patriæ legis æmulator fuit: ſigna vidit: Tamen non prius cœptis abſtitit: quàm horrenda illa viſione perculſus fuit: & mirandam illam vocem audiuit: Antea verò omnia permiſcere perſeuerauit. Quid de Petro dicam? Nonne hunc ſummum virum, poſt tot miracula, poſt tot admirationes, hominem lapſus ille grauis arguit? ſi igitur non velit miſericordia & humanitate

Δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν φιλανθρωπίας, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐπεῖναι ἀγαθὰ ἔργα. Ἄντε γὰρ τὴν ἀσθένειαν προβαλλώμεθα τὴν ἡμετέραν, ἄντε τοῦ θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, τὰ δὲ παρ' ἡμῶν μὴ προστεθῇ, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν. πῶς γὰρ καλέσομεν ἐπὶ θεραπείαν τῶν πλημμελημάτων τὸν ἔλεον, οὐδενὶ τρόπῳ τὸ θεῖον ἱλεωσάμενοι; ἀκούσομεν καὶ τοῦ χρυσοστόμου ἐξηγουμένου τὸν ρκθ. ψαλμόν. ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι κύριε, κύριε εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου. Ἐντεῦθέν, φησι, δύο μανθάνομεν, ὅτι τε ἁπλῶς οὐκ ἔστι τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τυχεῖν, ἐὰν μὴ τὰ παρ' ἡμῶν ὑπάρξῃ. πρότερον γάρ φησιν, ἐκέκραξα, καὶ τότε ἐπάγει, εἰσάκουσον, Ἔπειτα, ὅτι εὐχὴ ἐκτεταμένη καὶ δακρύων γέμουσα, πολλὴν ἔχει δύναμιν, πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν θεὸν ἐπινεῦσαι τοῖς λεγομένοις. ἵνα δὲ μὴ λέγῃ τις, ὅτι ἁμαρτωλὸς ὤν, καὶ μυρίων γέμων κακῶν, οὐ δύναμαι προσιέναι καὶ εὔχεσθαι, καὶ τὸν θεὸν καλεῖν, προαιρῶν ταύτην τὴν σκῆψιν φησίν. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεταί σοι. Τὸ τίς ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ οὐδείς. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδένα μετὰ ἀκριβείας παρέχοντα τῶν πραγμάτων τὰς εὐθύνας τυχεῖν ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ποτέ. Ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς τὸν ἔλεον, καὶ δικαίως τὰ τῆς δίκης κατάσχῃ θεὸς ζυγὰ, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις μετρήσῃ τὰς τιμωρίας, τίς ἱκανὸς τὴν ψῆφον ὑπενεγκεῖν; ἀνάγκη γὰρ πάντας ὑπομεῖναι τὸν ὄλεθρον. Καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐκ εἰς ῥαθυμίαν τὰς ψυχὰς καθέλκοντες, ἀλλὰ παραμυθούμενοι τοὺς εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπίπτοντας. Τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; καὶ τί λέγω τοὺς ἄλλους. Εἰ γὰρ Παῦλον εἰς μέσον ἀγάγω, καὶ βουληθείην ἀπαιτῆσαι αὐτὸν ἀκριβῆ τῶν γεγενημένων ἐξέτασιν, οὐ δύναται ὑποστῆναι. Τί γὰρ ἐρεῖ; προφήτας ἀνέγνω, καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ζηλωτὴς ὑπάρχων. σημεῖα εἶδεν. Ὅμως οὐ πρότερον μετέστη, ἕως τῆς φρικτῆς ἐκείνης ἀπέλαυσεν ὄψεως, καὶ τῆς θαυμαστῆς ἤκουσε φωνῆς. πρὸ δὲ τούτου ἔμενε πάντα φύρων. Τί δέ; Πέτρον ἐκεῖνον τὸν κορυφαῖον οὐ μετὰ μυρία θαύματα, καὶ τοσαύτην παραίνεσιν, ἤλεγξε τὸ πτῶμα ἐκεῖνο τὸ χαλεπόν; εἰ οὖν οὐ βουληθείη

ἐλέῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ κρῖναι, ἀλλ' ἀκριβῇ ποιήσασθαι τὴν ἐξέτασιν, ὑπευθύνους εὑρήσει πάντας. ὅθεν ὁ παῦλος ἔλεγεν. οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. καὶ ὁ προφήτης. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε κύριε. καὶ ὁ διπλασιασμὸς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ θαυμάζοντος καὶ ἐκπληττομένου τὸν πολὺν τῆς φιλανθρωπίας ὄγκον, καὶ τὴν μεγαλοσύνην αὐτοῦ τὴν ἀπέραντον, καὶ τὸ ἀχανὲς πέλαγος τῆς ἀγαθότητος. ᾔδει γὰρ ᾔδει σαφῶς, ὅτι πολλῶν ἐσμὲν ὀφλημάτων ὑπεύθυνοι τῷ θεῷ, καὶ ὅτι καὶ τὰ μικρὰ τῶν ἁμαρτημάτων μεγάλης ἀξιοῦνται τῆς τιμωρίας. ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι. τουτέστιν, οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ σῇ κεῖται ἀγαθότητι τὸ διαφυγεῖν τὴν κόλασιν. κἂν μὴ τῆς φιλανθρωπίας ἀπολαύσωμεν τῆς σῆς, τὰ ἡμέτερα οὐκ ἀρκεῖ μόνα τῆς μελλούσης ἐξαρπάσαι ὀργῆς. νῦν δὲ, ἔχεις φιλανθρωπίαν τῇ δικαιοσύνῃ συνεζευγμένην, καὶ ταύτῃ μᾶλλον πέφυκας, ἢ ἐκείνῃ, κεχρῆσθαι. τοῦτο δὲ διὰ τοῦ προφήτου δηλῶν ἔλεγεν. ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου. τουτέστι, τοῦτο ἐμόν ἐστι, τῆς ἐμῆς ἀγαθότητος. ὡς τάγε σά, εἰ καὶ ἀγαθά, ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ ποτε πρὸς ἐλευθερίαν τιμωρίας, ἐὰν μὴ τὰ τῆς ἐμῆς προστεθῇ φιλανθρωπίας. καὶ πάλιν, ἐγὼ ἀνέχομαι ὑμῶν. ὄντως παρὰ τοῦ θεοῦ κυρίως ὁ ἱλασμὸς, ὁ ἀληθῶς ἔλεος. διὸ μετὰ φειδοῦς ἐξετάζει. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε. διὰ τὸ σὸν ὄνομα τὸ φιλάνθρωπον, προσεδόκησα σωτηρίαν. ἐπεὶ εἰς τὰ ἐμαυτοῦ καθορῶν, πάλαι ἂν ἀπέγνων. νῦν δὲ τῷ νόμῳ σου προσέχων, καὶ τὰ λόγιά σου ἐκπληρῶν, χρηστὰς ἔχω τὰς ἐλπίδας. Σὺ γὰρ εἶ ὁ εἰπών. καθὼς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχουσιν αἱ βουλαί μου ἀπὸ τῆς βουλῆς ὑμῶν, καὶ αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν. καὶ πάλιν, κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, ἐκραταίωσε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. τουτέστιν, οὐ κατορθώσαντας μόνον ἔσωσα, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτανόντων ἐφεισάμην, καὶ μεταξὺ τῶν πλημμελημάτων τῶν σῶν τὴν ἐμαυτοῦ κηδεμονίαν ἐπεδειξάμην. ἐν δὲ τῷ ἰεζεκιὴλ λέγει. οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά μου, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐκ ἦμεν ἄξιοι σωθῆναί φησιν, οὐδὲ εἴχομέν τινα ἀπὸ τῶν πεπραγμένων ἡμῖν προσδοκίαν χρηστὴν,

tate, ſed rigore & ſtricto iure, Dominus in iudicando vti: rationibus ſubiacentes, reperiet omnes. Vnde Paulus ait: Nullius rei mihi conſcius ſum: non tamen in hoc iuſtificatus ſum. Et Propheta: ſi iniqvitates obſeruaueris Domine Domine. Quæ vocis geminatio, non ſimpliciter poſita eſt: ſed ab admiratione orta eius: qui ſtupens admiratur, ſummam illius humanitatem, & magnitudinem eius infinitam, & inexhauſtum bonitatis pelagus. Sciebat enim is, ſciebat exactè: nos multis nominibus & debitis obſtrictos eſſe Deo: Et peccata quamuis parua: magnis ſubiacere pœnis. Quoniam apud te propiciatio eſt. Hoc eſt, non in noſtris benefactis, ſed in tua benignitate, pœnas effugere ſitum eſt. Niſi tua nobis clementia ſuccurrat: noſtra ſatis non ſunt ſola ad eripiendos nos venturæ iræ. Nunc verò humanitatem habes iuſticiæ coniunctam; illamq; magis quàm hanc natura tua ſoles adhibere. Hoc ipſe per Prophetam indicans, Ego ſum, inquit, qui deleo iniquitates tuas. Id eſt, hoc meū eſt, hoc meę bonitatis. Nā tua, quamuis bona, non ſufficiunt ad liberationē à pœnis vnquam: niſi meus erga humanum genus, amor accedat. Et rurſus, Ego ſuſtineo vos. Re ipſa penes Dominum propriè eſt propiciatio, vera miſeratio. Ideo lenitatem moderationemq; in examine, adhibet. Propter nomen tuum ſuſtinui te, Domine. Propter nomen tuum humaniſsimum, expectaui ſalutem. Nam ſi ad me reſpexiſſem: iam dudum deſperaſſem. Nunc legi tuæ animum aduertens, oraculaq; tua implens, bonam ſpem habeo. Tu enim es, qui dixit: quantùm diſtat cœlum à terra: tantùm diſtant conſilia mea à conſilio veſtro, & viæ meæ à vijs veſtris. Et iterum: quàm altè cœlum abeſt à terra: firmauit Dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ipſum. Hoc eſt, non tantùm conſeruaui facientes rectè: ſed etiam peccantibus peperci: & in medio delictorum tuorum, meam paternam curam demonſtraui. In Ezechiele verò dicit. Non propter vos ego facio. Sed propter nomen meum, ne polluatur inter gentes. Nos enim dicit, non eramus digni ſalute: nec ex factis noſtris quicquam boni ſperare

 potera-

poteramus: ſed propter nomen eius ſalutem ſperamus. Atq; hæc nobis reliqua eſt ſalutis ſpes, & ſacra anchora, pœnitentia miſericordiam conſequi. Si enim audiuerimus: bonis terræ veſcemur, & hæreditatem promiſſam cernemus. Sperare verò in Deo debemus: quamuis innumera, ad deſperationem impellentia, mortemq; minantia, incidant.

Semper in Deo ſperandum, etiam in deſperatiſſ. rebus.

Facilia enim apud eum ſunt omnia: exitumq; inuenire poteſt, vbi exitus non eſſe videtur. Fons quippe apud eum redemptionis eſt, pelagus ſalutis, theſaurus humanitate benignitateq; perenni ſcaturiens. Vbi autem miſericordia, ibi redemptio eſt: nec parcè, ſed abundanter, ac pelagus in homines amoris infinitum. Etiamſi igitur peccatis fuerimus alligati: animis cadere non debemus, nec defatigari. Vbi enim miſericordia & erga homines fauor eſt: non exquiſitè delictorum rationes Iudex exigit: propter abundantiam ſcilicet miſericordiæ, & ad amandos homines propenſionem voluntatis, plæraq; illorum præteriens. Hæc proprietas Dei eſt. Miſeretur continenter, veniamq; dat.

Inexhauſta miſericordia eius.

Miſericors enim & hominum amans: qui pœnitentiam agentibus, & bonum pro virili parte facientibus, ſalutem dat. Quoniam itaq; talis eſt, eiuſq; erga homines propenſæ voluntatis magnitudo vbiq; diffuſa eſt: & apud ipſum vera miſericordia eſt: perſpicuum eſt, ab eo quoq; populum ſuum ſaluatum iri, non autem ſupplicio deditum iri. Quapropter ſummo ſtudio & ſapientia noſtrum officium faciamus, tanquã tributum conferentes. Omnia tunc illius præſtò erunt, quippe ineffabili miſericordia pollentis. Sapientia autem prima, vita laudabilis: & quæ Deo mundata eſt, aut mundatur. Qui enim obliti pœnitentiæ, peccare pergunt: proni in ventrem, & in cœno vitiorum ſe voluentes: nec ad ſydera vnquam ſuſpicientes: neq; miſericordiam inuenire volentes: hi ſe maximis malis confictari non ſentiunt. Melius itaq; eſt, impuro inquinari luto, quã peccatis.

De ſatiſfactione.

Malè enim peribit, qui in barathrum peccati inciderit: niſi inquinationem eluerit: non quidem aqua, ſed multo labore, ac tempore longo, pœnitentia accurata, lachrymis, planctibus, &

διὰ δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ προσδοκῶμεν σώζεσθαι. καὶ αὕτη ἡμῖν ὑπολέλειπται σωτηρίας ἐλπὶς, καὶ ἄγκυρα ἱερὰ, μετανοοῦσι, φιλανθρωπίας τυχεῖν. ἐὰν γὰρ εἰσακούσωμεν, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγούμεθα, καὶ κληρονομήσομεν τὴν ἐπαγγελίαν. ἐλπίζειν δὲ δεῖ ἐπὶ τὸν θεὸν, κἂν μυρία ἐμπίπτῃ τὰ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλοντα, καὶ θάνατον ἀπειλῇ. ῥᾴδια γὰρ αὐτῷ πάντα, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον εὑρεῖν δυνήσεται.

Δι' αὐτοῦ, πόρος ἐξ ἀπόρων.

Πηγὴ γὰρ παρ' αὐτῷ λυτρώσεως, πέλαγος σωτηρίας, θησαυρὸς φιλανθρωπίας πηγάζων διηνεκῶς. ὅπου δὲ ἔλεος, καὶ λύτρωσις. καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πολὺ, καὶ φιλανθρωπίας πέλαγος ἄπειρον.

Αὐτὸς φιλανθρωπίας πέλαγος.

εἰ οὖν καὶ ὑπὸ ἁμαρτημάτων ὦμεν προσδεδεμένοι, ἀναπίπτειν οὐ χρὴ, οὐδ' ἀπαγορεύειν. ὅπου γὰρ ἔλεος καὶ φιλανθρωπία, οὐ γίνεται τῶν πλημμελημάτων ἀκριβὴς εὐθύνη τοῦ δικάζοντος, διὰ τὸ πολὺ ἔλεον καὶ τὸ πρὸς φιλανθρωπίαν ἐπιρρεπὲς, τὰ πολλὰ παρατρέχοντος.

Τὸ θεῖον ἔλεος, ἄβυσσος.

τοιοῦτον ὁ θεὸς, ἐλεεῖ διηνεκῶς, καὶ συγγνώμην δίδωσι. φιλοικτίρμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τοῖς μεταμελουμένοις, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζομένοις, ὡς δύναμις, παρέχει τὴν σωτηρίαν. ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτός ἐστι, καὶ κέχυται πανταχοῦ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τὸ μέγεθος, καὶ παρ' αὐτῷ τὸ ἀληθῶς ἔλεος, εὔδηλον, ὅτι καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ σώσει καὶ οὐ κολάσει. εἰσφέρωμεν οὖν τὰ παρ' ἑαυτῶν μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ σοφίας, πάντα δὲ ἕψεται τὰ παρ' ἐκείνου, ὡς ἄφατον ἔχοντος τὸ ἔλεος. Σοφία δὲ πρώτη, βίος ἐπαινετὸς καὶ θεῷ κεκαθαρμένος, ἢ καθαιρόμενος. Οἱ γὰρ ἀμεταμελήτως τρέχοντες ἐν ἁμαρτήμασι, νεύοντες κάτω καὶ πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ τῷ βορβόρῳ ἐγκαλινδούμενοι, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὅλως μὴ ὁρῶντες, οὔτε ἐλεηθῆναι ἐθέλοντες, χαλεπωτάτως πάσχοντες οὐκ αἰσθάνονται. βέλτιον γὰρ πηλῷ μολύνεσθαι ἀκαθάρτῳ, ἢ ἁμαρτήμασι. κακῶς γὰρ ἀπολεσθήσεται ὁ εἰς τὸ βάραθρον πεσὼν τῆς ἁμαρτίας, ἐὰν μὴ τὸν μολυσμὸν οὐχ ὕδατι καθαρῇ, ἀλλὰ πολλῷ κόπῳ καὶ χρόνῳ, καὶ μετανοίᾳ ἀκριβεῖ, δάκρυσι, κοπετοῖς,

Περὶ ἱκανοποιίας, ἢ ἐπιτιμίων.

καὶ

καὶ τοῖς παραπλησίοις πνευματικοῖς καθαρσίοις. ἃ ἡ ἀληθὴς ἱκανοποιΐα ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἡ διὰ δόσεως, ἥτις τὸν θεὸν κατὰ τῶν λαμβανόντων τὰ τοιαῦτα παροξύνει, καὶ μυρία πανθάνουσι τὰ κακὰ, καὶ πᾶσα αὐτοῖς ἔρχεται θεήλατος συμφορά. ἁμαρτημάτων γὰρ οὐδεμία συγχώρησις παρὰ τῶν τοιούτων γίνεται, ἡ δὲ ἰδία αὐτῶν σπουδὴ πρὸς τὸ χρηματίζεσθαί ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν προσγινόμενος ῥύπος, ταχέως καὶ ἀποτίθεται. ὃς δὲ ἔνδοθεν ἀποτίκτεται, μόλις ἀπονίπτεται. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται λογισμοί πονηροὶ, πορνεῖαι, μοιχεῖαι, καὶ τὰ ὅμοια. Διὸ καὶ ὁ προφήτης ἔλεγε, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς. ἕτερος δὲ, ἀπόπλυνον ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου, Ἱερουσαλήμ. ὁρᾷς καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἡμῶν ἐστι καὶ τοῦ θεοῦ; καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. γενώμεθα καθαροὶ, ὅσον ὁ ἡμέτερος νοῦς νοεῖ, καὶ ἡ ἡμετέρα ἰσχύει δύναμις. πῶς δὲ; λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. μὴ ὑπάρχετε ὡς τάφοι κεκονιαμένοι φησὶ, δοκοῦντες ἀνεύθυνοι, ἀλλ᾽ οὕτως ἀφέλετε, ὡς θεοῦ ὁρῶντος. ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. ὁρᾷς ὅτι προτέρους ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ καθαίρειν, καὶ τότε θεὸς λευκανεῖ; μηδεὶς τοίνυν μηδὲ τῶν ἐς ἐσχάτην κακίαν ἡκόντων, ἀπογινωσκέτω ἑαυτοῦ. Κἂν γὰρ εἰς ἕξιν εἰσέλθῃ, καὶ σχεδὸν εἰς φύσιν τῆς κακίας αὐτῆς, μὴ φοβείσθω. διὰ γὰρ τοῦτο χρώματα οὐκ ἐξίτηλα, ἀλλὰ σχεδὸν συνουσιωμένα τοῖς ὑποκειμένοις λαβὼν, εἰς τὴν ἐναντίαν αὐτὰ ἔφησε κατάστασιν ἥξειν, καὶ ὡς χιόνα λευκαίνειν. χρηστὰς ἡμῖν ὑποτιθεὶς τὰς ἐλπίδας. σπουδάσωμεν τοίνυν, ὡς δυνατὸν, καθαροὶ γενέσθαι, μετιῶμεν τὰ ἀγαθὰ τῶν ἔργων, καὶ μὴ ἐνορῶμεν κάρφος ἀλλότριον, ἀλλὰ τὴν δόκον ἡμῶν, καὶ οὕτω χάριτι θεοῦ δυνησόμεθα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν ἀξίως. ἄρα μεγάλη τῶν ἔργων ἡ δύναμις, εἴγε καὶ ἁμαρτήσαντας διὰ μετανοίας λευκαίνει οὕτω θεός. οὐ μεγαλαυχεῖν οὖν δεῖ, ἢ πεποιθέναι ἐν αὐτοῖς, ἐφάμαρτον γὰρ, ἀλλ᾽ ὡς ἑπόμενα τὰ ἔργα τῇ πίστει

καὶ

& id genus alijs ſpiritualibus luſtrationibus: quæ vera ſatisfactio ſunt: non enim illa, quæ dandis pecunijs quæritur: quæ Deum contra accipientes irritat: vnde mala ſexcenta eis accidunt, & omne calamitatum genus à Deo immittitur. Hinc enim nulla peccatis venia contingit: ſed ſtudium quærendæ pecuniæ accenditur. Exteriores enim ſordes facilè abjiciuntur: illa verò, quæ in anima generantur, vix eluuntur. Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, ſcortationes, adulteria, & his ſimilia. Vnde & propheta ait: Cor mundum crea in me Deus. Et alius: ablue à malitia cor tuum Ieruſalē, videsné hîc quoq; noſtri muneris eſſe, & Dei? Rurſus: beati, qui corde mundi ſunt: quia ipſi Deum videbunt. Fiamus mundi, quantum noſtra mens intelligit, & noſtræ vires valent. Quomodo? lauamini, mundi fiatis: auferte malitiam veſtram ab animis veſtris: remouete ab oculis meis. Ne ſitis, inquit, ſimiles ſepulchris tectorio albo inductis, opinione innocentes: ſed ſic auferte, tanquam Deo vidente. Si fuerint peccata veſtra purpurei coloris: ad niuis inſtar dealbabo. viden', oportere nos ipſos priore loco mundare: ac tum demum Deum dealbaturum? Nemo igitur, ne ſi vel ad extremum quidem maliciæ proceſſerit, ſaluti ſuæ deſperet. Nam ſi etiam habitum acquiſiuerit, & propemodum in naturam abierit ipſius maliciȩ: ne timeto. Propterea enim colores non leues & euanidos poſuit: ſed tales, qui ferè in eandem cum ſubiectis ſubſtantiam & naturam tranſierunt: quos in contrarium mutatum iri, & niuis inſtar dealbatum iri, inquit: vt in bonam ſpem nos erigat. Quamobrem ſtudeamus, quoad eius fieri poteſt, mundi fieri: conſectemur bonorum operum ſtudium: nec in alieno oculo feſtucam animaduertamus, ſed noſtram ipſorum trabem. Hoc modo, Deo benè iuuante, poterimus etiam futurorum dignè compotes fieri bonorum. Ergo magna vis eſt operum: ſiquidem à peccatis ita per pœnitentiam dealbat Deus. Quocirca non ſuperbiendum eſt, nec confidendum in illis (cum peccato enim hoc coniūctum) ſed opera, tanquā fidei conſectaria,

& neceſſaria, pro viribus explenda. Si enim illi, qui Dæmonia eiecerunt, & prophetias dixerunt, quia vitam his donis nō reſpondentem habuerunt, à Domino reijciuntur: quantò magis id fiet, ſi negligentes erimus, nec præcepta impleuerimus? Ait enim eis Dominus: Non noui vos. Ergo credamus rectè ad gloriam eius, & viuamus rectè ad gloriam eius: quia alterum ſine altero non prodeſt. Ac magis tunc, quando rectè fortaſſe ſentimus de Deo, rectè fortaſſe celebramus: non tamen rectè ſecundum præcepta viuimus: tunc, inquam, maxima ignominia afficimus ipſum, quòd cùm aſſcribamus ipſum nobis Dominum & Doctorem, contemnamus ipſum: nec horrendum eius tribunal reformidemus. Nam quòd Græci impurè viuunt, nihil mirum eſt, nec tantopere condemnandum. Chriſtianos verò, qui tot myſteria participant, tanta gloria fruuntur, adeo impuram vitam agere: hoc omnium deterrimum eſt & intolerandum, & omnem commiſerationem excludens. Si enim (inquit) nos, vt quidam faciunt, tantùm ad magnam illam, & infinitam, è viſceribus Dei proficiſcentem, bonitatem, & huius ingentem munificentiam, reſpicere velimus: ſolaq; gratia, ingratorum more eos ſaluatum iri imaginemur: nihil vtilitatis capiemus. At ſi aliter expendantur noſtra opera: tum, quamuis ad perfectionem peruenerint, nihil ſunt: ſed tamen aliquid ad finem adferunt: noſtrumq; animum declarant: noſq; gratos erga Deum eſſe, & mandatis eius obtemperantes, quæ bona & cum virtute coniuncta ſunt, explere: vt ne tanquam ſtolidi quidam, ſenſuſq; expertes in paradiſum transferamur: quod nullo modo fit: ſed noſtro bono propoſito, per gratiam Dei. Si enim ad peccandum declinauerimus: ſenſu deſtituti videbimur: vt qui rebus, quarum nulla eſſentia eſt, attendamus. Id verò fugiendū eſt, & abominandum: quia procul à ſcopo Dei aberrat. Quando .n. peccati alicuius libido inceſſerit: cogitandū, & imaginatione apud animum proponendum eſt, formidabile illud & intolerabile Chriſti iudiciū: in quo ipſe ſedebit in celſo quodam

καὶ ἀναγκαῖα, ἐκπληροῦν ὅση δύναμις. εἰ γὰρ οἱ δαίμονας ἐκβάλλοντες, καὶ προφητείας λέγοντες, ἐπεὶ βίον οὐκ ἔχον συμβαίνοντα, ἠρνήθησαν, πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν ἀμελεῖς ὦμεν, καὶ μὴ τὰς ἐντολὰς ἐκπληρῶμεν. οὐκ οἶδα γὰρ ὑμᾶς, φθέγγεται χριστὸς πρὸς αὐτούς. Πιστεύωμεν οὖν ὀρθῶς εἰς δόξαν αὐτοῦ, καὶ βιῶμεν καλῶς εἰς δόξαν αὐτοῦ. ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος θατέρου. καὶ μᾶλλον ὅταν δοξάζωμεν μὲν, τυχὸν καλῶς, μὴ βιῶμεν δὲ καλῶς κατ᾽ ἐντολὴν, τότε μάλιστα ὑβρίζομεν αὐτόν. ὅτι ἐπιγραφόμενοι αὐτὸν δεσπότην καὶ διδάσκαλον, καταφρονοῦμεν αὐτοῦ, καὶ οὐ δεδοίκαμεν τὸ φοβερὸν αὐτοῦ κριτήριον. Τὸ μὲν γὰρ ἕλληνας ἀκαθάρτως βιοῦν, οὐδὲν θαυμαστὸν, οὐδὲ τοσαύτης καταγνώσεως ἄξιον. Τὸ δὲ χριστιανοὺς ὄντας, τοσούτων μετέχοντας μυστηρίων, τοσαύτης ἀπολαύοντας δόξης, οὕτως ἀκαθάρτως βιοῦν, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων χείριστον καὶ ἀφόρητον, καὶ πάσης συμπαθείας ἀνώτερον. ἂν γὰρ, ὥς φησί, τινες εἰς τὴν μεγάλην καὶ ἄπειρον εὐσπλαγχνίαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὰς τούτου ὑπερμεγέθεις δωρεὰς ἀποβλέπειν ἐθελήσωμεν, καὶ χάριτι μόνῃ, ἀχαρίστων τρόπον σωθῆναι φαντασθῶμεν, οὐκ ὠφεληθείημεν. Καὶ ἄλλως συγκρινόμενα τὰ παρ᾽ ἡμῶν, εἰ καὶ ὡς τῶν τελείων φθάσοι, οὐδέν εἰσι, πλὴν συντελοῦσι, καὶ τὴν γνώμην δεικνύουσιν ἡμῶν, ὅτι εὐχάριστοι, καὶ ταῖς ἐντολαῖς πειθόμενοι τὰ ἀγαθὰ καὶ ἐνάρετα ἐκπληροῦμεν, ἵνα μὴ ἀναισθήτων δίκην, ἀποτεθείημεν εἰς παράδεισον, ὃ ὅλως οὐ γίνεται, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρᾳ ὀρθῇ προαιρέσει, τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ. ἂν γὰρ εἰς ἁμαρτίαν κλίνειν ἐθελήσωμεν, ἀναίσθητοι φανῶμεν, ὡς ἀνυπάρκτοις προσέχοντες. ἣν δὴ φεύγειν ἔδει, καὶ μισεῖσθαι ὡς πόρρω βάλλουσαν τοῦ θεοῦ. καὶ ὅταν τινὰ ἁμαρτίαν μέλλωμεν διαπράττεσθαι, ὑπονοεῖν καὶ φαντάζεσθαι τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ χριστοῦ δικαστήριον, ἐν ᾧ προκαθέζεται μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς

τινὸς ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου ὁ κριτής, παρέστηκε δὲ πᾶσα ἡ κτίσις, τρέμουσα τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, διὰ τὴν ἐξέτασιν τῶν βεβιωμένων.

Κεφαλ. ζ'. περὶ ἐκκλησίας.

Τὸ ἕβδομον, μίαν ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν ἔχειν καὶ ὑμᾶς λέγει, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας μυστήρια, καὶ τὰς τελετὰς καλῶς ἐκτελεῖν: πρὸς ὃ λέγομεν, μίαν εἶναι τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τῶν χριστιανῶν, ὀρθῶς καὶ ὡς οἱ πατέρες οἱ θειότατοι παρέδωκαν ἐκτελούντων τὰ νενομοθετημένα καὶ κανόσιν αὐτῶν ὡρισμένα καὶ κεκυρωμένα τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Τὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ καθολικῇ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν μυστήρια, καὶ αἱ τελεταί, ἑπτά. ἤτοι βάπτισμα, χρίσμα θείου μύρου, θεία κοινωνία, χειροτονία, γάμος, μετάνοια, καὶ ἅγιον ἔλεαιον. Ἑπτὰ γὰρ τὰ τοῦ θείου πνεύματος χαρίσματα, ὡς Ησαΐας φησί, καὶ ἑπτὰ καὶ τὰ μυστήρια τῆς ἐκκλησίας, πνεύματι ἐνεργούμενα. ὅτι δὲ ταῦτα καὶ μόνα καὶ οὐ πλείω τὸν ἀριθμόν εἰσι, δείκνυσι καὶ ἡ διαίρεσις. Τὸ γὰρ μυστήριον, ἢ πρὸς γένεσιν ἀνθρώπων ὁρᾷ, καὶ ἔστιν ὁ ἐν χριστῷ γάμος: ἢ πρὸς σωτηρίαν, καὶ ἔστιν ἡ τάξις τῶν ἱερῶν. καὶ δι' αὐτῶν καὶ ἐν αὐτοῖς ἐνεργούμενα, καὶ παντὶ μὲν χρήσιμα, τὸ βάπτισμα, τὸ μύρον, ἡ κοινωνία. Τοῖς δὲ ἀφιερωμένοις θεῷ, ἡ χειροτονία. ὡς λαικοῖς ὁ γάμος. καὶ τοῖς μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτήσασιν, ἡ μετάνοια, καὶ ἡ τοῦ ἡγιασμένου χρίσις ἐλαίου. ἅτινα ἢ ἄφεσιν τῶν ἡμαρτημένων χαρίζεται, ἢ τοὺς ἐγκειμένους τῇ ψυχῇ σπίλους ἀποκαθαίρει. μυστήρια δὲ ταῦτα λέγεται, διὰ τὸ ἐν αἰσθητοῖς συμβόλοις, νοητὸν ἔχειν τὸ ἀποτελούμενον καὶ ἀπόρρητον. ἕκαστον δὲ τῶν μυστηρίων τούτων, τεθεσμοθέτηται μὲν ὑπὸ τῆς γραφῆς, ὡρισμένην δὲ ὕλην καὶ εἶδος ἔχει. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ποιητικὸν ἢ μᾶλλον ὀργανικὸν αἴτιον, ὡρισμένον. οἷον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ὕλη μὲν τὸ ὕδωρ, εἶδος δέ, οἱ λόγοι τοῦ ἱερέως, τὸ βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὀργανικὸν αἴτιον ὁ ἱερεύς, εἰ καὶ τὸ δι' ἀνιέρου δι' ἀνάγκην οὐκ ἀποβάλλεται. ὁμοίως καὶ ὁ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων, καὶ ὕλην καὶ εἶδός ἐστιν εὑρεῖν:

Μυστήρια ἅγια, ἑπτά.

Μυστήριον, ἡ λέξις.

τὸ βάπτι-

quodam eminenteq; ſolio iudex: aſtabit verò vniuerſa creatura, tremens ad gloria fulgentem conſpectum eius, propter inquiſitionem in vitam actam habendam.

Cap. VII. De Eccleſia.

In ſeptimo capite dicitur: etiam vos habere vnam ſanctam Eccleſiam catholicam: Et Eccleſiæ Sacramenta, ac ritus rectè adminiſtrare. Ad quod reſpondemus, vnam eſſe illam ſanctam Eccleſiam catholicam & Apoſtolicã Chriſtianorũ: qui ritè, & vt ſanctiſsimis traditum eſt patribus, adminiſtrent, quæ legibus ſancita ſunt, & canonibus ipſorum definita, & à S. ſpiritu approbata. Sacramenta verò rituſq; in hac ipſa catholica rectè ſentientium Chriſtianorũ Eccleſia ſunt ſeptẽ: Baptiſma, chriſma ſancti vnguenti, diuina communio, manus impoſitio, Matrimonium, pœnitentia, & ſacrum oleum. Septem enim ſunt vt Eſaias ait, S. ſpiritus dona. Ergo etiam ſeptem Eccleſiæ myſteria, per quæ ſpiritus efficax eſt. Quòd vero hæc ſola ſint, nec plura numero: etiam diuiſione clarũ fit. Myſterium enim ſeu Sacramentum aut generationem hominis reſpicit, & eſt ſanctum coniugium: aut ſalutem, & eſt ordo ſacrorum, & quæ per ipſa, & in ipſis exercentur. Horum partim cuiuis conducunt, ſcilicet: Baptiſma, vnguentum, communio: ijs verò, qui Deo conſecrati ſunt, impoſitio manuum, ſicut laicis coniugium: illis autem, qui poſt Baptiſma peccauerunt, pœnitentia & conſecrati olei vnctio. Hæc aut remiſsionem peccatorum largiuntur: aut ſordes animæ inhærentes expurgant. Myſteria verò hæc dicuntur: quòd ſub ſenſilibus ſignis, intelligibilem & occultum habeant effectum. Vnumquodq; horum myſteriorum, in ſacris literis ſancitum eſt: definitam verò materiam formamq; habet: nec non efficientem aut potius inſtrumentalem cauſam definitam. vt in Baptiſmate, Materia aqua eſt. Forma, verba Sacerdotis, ſcilicet hæc. Baptizatur hic Dei ſeruus in nomine Patris, & Filij, & S. ſancti. Inſtrumentalis cauſa, ſacerdos eſt: quanquam neceſsitate poſtulante, per laicam perſonam Baptizari non reijcitur. Eodem modo in cæteris ſingulis, materia & forma inueniri poteſt.

Sacramenta ſeptem.

Baptiſma

Baptiſma igitur regenerat Spiritu: quia primam, quæ ſub innocentiæ ſtatu fuit, generationem amiſimus: & in iniquitatibus concepti ſumus, (vt Dauid canit) & in peccatis concepit vnumquemq; noſtrum mater ſua: quibus malis lauacrum diuinum ſubuenit, ea expurgans. Chriſma, animæ indit ſignaculum primum, et quod ſecundum imaginem eſt, & robur: quæ per primam inobedientiam amiſeramus. Gratiam præterea, quam diuina inſpiratione homo initiò in anima ſua acceperat. Ideo etiam ſpiritus vis Chriſmati ineſt: & ſuaueolentia illius hoc præditum eſt: & ſignificatio ſignaculumq; Chriſti eſt.

Communio, ipſi nos coadunat Domino: in qua carnem & ſanguinem eius verè participamus. Nam quia cibus vetitus mortem nobis attulerat: noſq; à Paradiſo Deoq;, ſeparauerat: vitam æternam communione dominici corporis ſpirituali, ſc. alimento recipimus: & corruptionē abjicientes, cum immortali Domino in vnum coniungimur: qui, vt ſalutem nos adipiſceremur, mortalitatē in carne aſſumpſit.

Manus impoſitio, poteſtatem & facultatem præbet conditoris. Et quoniam nihil eorum, quæ ſunt, ſine ipſo conſtat: Ipſe verò venit ad ducendū nos, vbi benè nobis ſit: hanc ſuam facultatem, receptus à nobis, contulit nobis per ſuum ſacerdotium: Indeq; omnes ritus à nobis adminiſtrantur: & ſine ſacerdote nihil eſt ſanctū. Inſuper cùm initiò nos rerum aſpectabilium Dominos conſtituiſſet: nunc iterum præſtantiores nos Dominus, ſacerdotio tradito, conſtituit. Claues enim cœlorum Apoſtolis, & horum ſucceſſoribus conſecratis tradidit.

Matrimonium donum quoddam eſt, à Deo nobis in hoc ſeculo, ob liberos procreandos, indultum: quam diu vniuerſitas hæc caducarum rerum conſtat. Non enim volebat Deus, illam irrationalem, fluidam & ſordidam in nobis concretionem eſſe: ſed quia vltrò mortui fueramus, permiſit ſucceſſionem generis noſtri ſic adminiſtrari, quemadmodum in animantibus ratione carentibus: vt cognoſcamus, quo redacti ſimus. Id enim tantiſper, dum rurſus excitet, & immortalitate donet,

α. Βάπτισμα.

τὸ βάπτισμα τοίνυν ἀναγεννᾷ πνεύματι, ἐπειδήπερ τὴν πρώτην ἀπαθῆ γέννησιν ἀπωλέσαμεν, καὶ ἐν ἀνομίαις ἡμεῖς συνελήφθημεν, ὡς ψάλλει Δαυίδ, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησεν ἕκαστον ἡμῶν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. καὶ λουτρὸν θεῖον γίνεται, τὰ τοιαῦτα ἀποκαθαῖρον. Τὸ χρίσμα δὲ τὴν σφραγῖδα τὴν πρώτην καὶ τὸ κατ' εἰκόνα ἐντίθησι καὶ ῥώμην τῇ ψυχῇ, ἅπερ διὰ παρακοῆς ἀπωλέσαμεν. ἔτι δὲ καὶ τὴν χάριν, ἣν ἐν τῇ ψυχῇ, τῇ θείᾳ ἐμπνεύσει ποτὲ ἔλαβεν. διὸ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος φέρει δύναμιν καὶ τὴν εὐωδίαν αὐτοῦ πλουτεῖ, καὶ σημείωσις χριστοῦ ἐστι καὶ σφραγίς.

β. Χρίσμα.

γ. Κοινωνία.

ὁ λβ'. κανὼν τῆς ἐν τῷ τρούλλῳ ἔχων οὕτω. Καὶ γὰρ Ἰάκωβος ὁ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀδελφὸς, ὅς τῆς ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας πρῶτος τὸν θρόνον ἐνεπιστεύθη, καὶ Βασίλειος, ὃς κατὰ ἀλήθειαν τῆς καισαρέων ἀρχιεπίσκοπος ἦν, τὸ κλέος δὲ αὐτοῦ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐθέσπισαν καὶ παρέδωκαν, ὡς καὶ τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ποτήριον. Εὑρίσκονται δὲ παρασημειώσεις ἐν λόγοις σποράδην ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς καὶ ὁ ἅγιος Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς, τὰ κατ' αὐτὴν τὴν ἁγίαν καὶ μυστικὴν θυσίαν ἱερουργικὰ λόγια, ἐχομένως συνέθετο. Εἴτε δὲ καὶ ἀμφοῖν τοῖν ἀποστόλοιν τὰ συντάγματα νενόθευται, καθάπερ ἐσύστερον καὶ αἱ κλημέντιοι διατάξεις. Εἴτε γὰρ διὰ τὴν πεπλατυσμένην ἴσως ἔκθεσιν οἰκονομικῶς ταῦτα παρὰ τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐπιτομώτερον συντέθειται, εἶτα καὶ παρὰ τοῦ χρυσοστόμου, ἀκριβῶς οὐκ ἐμφαίνεται. Τέως δ' οὖν τοῦτο ἀσφαλῶς ἐπιστάμεθα, ὡς ἀνέκαθεν δύο τόμοι παρεδόθησαν ἡμῖν, καὶ ἐπεγνώσθησαν, καὶ φαίνονται, οἷς τὴν λειτουργίαν ποιούμεθα. αὐτοῦ τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. Ἑνὸς πνεύματος ἁγίου καὶ ἀμφότεροι καὶ μιᾶς παραδόσεως. πλὴν ὁ μὲν Βασίλειος πλεονάζει τοῖς ῥήμασιν, ὁ δὲ χρυσόστομος συνεπτυγμένως λαλεῖ, μετὰ γοῦν τῶν τοιούτων τόμων τῶν ἱερῶν, τὰ εὐαγῆ τελοῦμεν τῆς μυστικῆς θυσίας. Καὶ ἐν μὲν ταῖς κατὰ τὴν μεγάλην τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα κυριωνύμοις ἡμέραις, καί τισιν ἄλλαις, ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τόμος ἀναγινώσκεται, καὶ δι' αὐτῆς οἰκονομεῖται τὸ τῆς ἁγίας θυσίας μυστήριον. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ὁ τοῦ χρυσοστόμου.

Ἐπεὶ τοίνυν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία πατρὶς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἡγεμονεῖ ἐν τῇ γνώσει τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἄσπιλον αὐχεῖ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν διαταγμάτων, καὶ ἤδη ἡ νέα τὰ πρεσβεῖα τῆς ὀρθοδοξίας εἴληφε καὶ εἰς κεφαλὴν τέτακται, δέον ἐστὶ καὶ πᾶσαν χριστιανῶν ἐκκλησίαν, οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας ἱερουργεῖν. εἰδ'

S. Iacobus Miſſæ inſtitutor.

Et Baſilius approbator.

Duo Toni de Miſſa celebratione.

Primatus Eccleſiæ Conſtantinop.

ita poſitis & defixis, ſuperſtruuntur ea, quæ ad ſacram Miſſæ operationem pertinent: ab Apoſtolo Iacobo Adelphotheo Hieroſolymæ Epiſcopo, tradita: ſicut XXXII. canon, ſynodi in Trullo, cele-bratæ, his verbis teſtatur. Etenim Iacobus, qui ratione carnis fuit frater Chriſti Dei noſtri, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus primò creditus fuit: & Baſilius verè Cæſarienſium Archiepiſcopus, cuius gloria totum terrarum orbem peragrauit: ſcripto comprehenſam myſtici ſacrificij adminiſtrationem nobis tradiderunt: in quo ſcripto peragendum id ad hunc modum ſanxerunt: vt ſacræ Liturgiæ poculum aqua & vino conſtaret. Reperiuntur quoq; annotationes ſparſim in ſermonibus Eccleſiaſticis: S. Euangeliſtam Marcum, ipſius huius ſacratiſsimi ſacrificij diuina oracula & verba deinceps ordine compoſuiſſe. Num verò amborum Apoſtolorum ſcripta adulterata ſint (ſicut & inſecutis temporibus, Clemétinæ conſtitutiones) an propter nimiam fortaſſe prolixitatem, œconomicè & commodiùs hæc à magno patre noſtro Baſilio, & deinde à Chryſoſtomo, ad compendium redacta: de hoc nihil certi habetur. Hoc tamē conſtat, ab antiquo iam duos tomos nobis traditos eſſe, & authenticos agnoſci, ex quibus Liturgiam celebramus: tum ipſius magni Baſilij, tum S. Patris Ioannis Chryſoſtomi. Ab vno eodéq; Spiritu S. & vna traditione, profecti ambo: niſi quòd verbis Baſilius abundat, contractiùs loquitur Chryſoſtomus. Ex his ſacris duobus codicibus, myſtici ſacrificij ritum obimus. Atq; Dominicis quidem per magnam Quadrageſimam Paſchatis diebus, & nonnullis alijs, M. Baſilij Tomus recitatur, ex eiuſq; præſcripto S. Miſſæ myſterium peragitur: reliquis verò diebus Chryſoſtomi.

Quoniam igitur quæ apud nos eſt, ſancta Dei Eccleſia, patria Eccleſiarum eſt: & per gratiam Dei excellit cognitione: & de ſinceritate gloriatur, in charitate Apoſtolorū & patricorum inſtitutorū: & iam hæc noua, in prærogatiuā orthodoxæ ſeu rectæ de rebus diuinis exiſtimationis, ſucceſsit, capitiſq; locum obtinet: par eſt, omnem etiam Chriſtianam Eccleſiam, hoc modo Liturgiæ ſacrum adminiſtrare.

Quòd ſi locus conſuetudini quoq; longæ dandus eſt: aut etiam ex formula tomi Iacobi aut Marci fortaſſe, ſacris operandum: pietas, & ſummaria capita conſeruanda ſunt: & ad gloriam Dei cum longa ac deuota conſideratione Liturgia facienda: vt in primis ſanctificatio, nobis ſacrorum donorum perceptione contingat: eaq; principaliter in ſubſtantiam animæ per corpus tranſeat. Id quod ſignificans Apoſtolus Paulus. Qui adglutinatur, inquit, Domino, vnus Spiritus eſt: tanquam primo loco in anima hæc vnitatis effectio contactioq; conſiſtat. Illic enim propriè homo eſt: Illic ſanctificatio, quæ à virtutibus & humano ſtudio venit: Illic etiam peccandi fomes eſt: Illic id, quod medicationis eget à Doris venientis. Corpori verò quæ veniunt, omnia ab anima accedunt. Quemadmodum enim id à malis cogitationibus, quæ è corde egrediuntur, polluitur: ita etiam ſanctificationis ipſius, inde origo eſt: non tam eius, quæ à virtute proficiſcitur: quàm etiam illius, quæ ex Myſterijs naſcitur: & quidem multò meliùs ac perfectiùs.

εἰ δ' ἀνάγκη τόπον νέμειν καὶ τῷ χρονίῳ ἔθει, ἢ καὶ ἱερουργεῖν μετὰ τοῦ τόμου Ἰακώβου, ἢ τοῦ Μάρκου τυχόν, τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ κεφαλαιώδη φυλακτέον, καὶ εἰς δόξαν θεοῦ μετὰ σχολαίας σκέψεως καὶ ἐπικρίσεως τὴν λειτουργίαν ποιητέον. ἵνα προηγουμένως ὁ ἁγιασμὸς ἡμῖν γένηται, τῇ τῶν θείων δώρων μεταλήψει, καὶ εἰς τὴν οὐσίαν πρῶτα χωρήσῃ τῆς ψυχῆς διὰ τοῦ σώματος. ὅπερ δηλῶν ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν: ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. ὡς ἐν τῇ ψυχῇ προηγουμένως, τῆς ἑνώσεως ταύτης καὶ τῆς συναφείας συνισταμένης. ἐκεῖ γὰρ κυρίως ὁ ἄνθρωπος, ἐκεῖ ὁ ἁγιασμὸς ὁ ἀπὸ τῶν ἀρετῶν καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς. καὶ τὸ ἁμαρτάνον ἐκεῖ, καὶ τὸ δεόμενον τῆς ἰατρείας τῆς παρὰ τῶν δώρων ἐκεῖ. Τῷ σώματι δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ψυχῆς γίνεται. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῶν πονηρῶν διαλογισμῶν τῶν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐξερχομένων μολύνεται, οὕτω καὶ ὁ ἁγιασμὸς ἐκεῖθεν αὐτῷ. καὶ καθάπερ ὁ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, οὕτω καὶ ὁ ἀπὸ τῶν μυστηρίων, καὶ πολλῷ κρείττων καὶ βελτιώτερον καὶ τελειώτερον.

Πάλιν ἕνωσις χριστοῦ καὶ τῶν χριστιανῶν.

Dupliciter ſanctificat Miſſa.

Bifariam porrò ſanctificare conſpicitur diuina hæc & ſancta actio. Vno modo, meditatione interceſsioneúe. Dum enim offeruntur Dora: eo ipſo, quòd offeruntur, ſanctificant, tum eos, qui offerunt: tum alteros, pro quibus offeruntur: propitiumq; eis Deum faciunt. Altero modo, ipſa perceptione: quia cibus nobis eſt, & potus, vt Chriſtus dixit, verus. Horũ duorũ modorum prior, communis fit viuis & mortuis: quia pro vtriſq; ſacrificium hoc fit. Alter, ad ſolos viuentes pertinet: quia non poſſunt edere & bibere defuncti. Quid igitur? Ideóne nec illa ſanctificatio, quæ à perceptione eſt, eos attingit: & deterior hoc modo defunctorum conditio eſt, quàm viuorum? Abſit. Nam ipſis etiam ſe Chriſtus impertit eo modo, quem ipſe nouit. Quod vt vobis notum fiat: in enarratione Liturgiæ, tum hoc, tum alia ſimilia, inſpicite.

Διττῶς δὲ ἁγιάζουσα φαίνεται, ἡ θεία αὕτη καὶ ἱερὰ τελετή. ἕνα μὲν τρόπον, τῇ μεσιτείᾳ. προσφερόμενα γὰρ τὰ δῶρα, αὐτῷ τῷ προσφέρεσθαι, ἁγιάζει τοὺς προσφέροντας, καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρουσι, καὶ ἵλεον αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν θεόν. ἕτερον δέ, τῇ μεταλήψει. ὅτι βρῶσις ἡμῖν καὶ πόσις, κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, ἀληθινή. Τούτων τῶν τρόπων, ὁ μὲν πρῶτος, κοινὸς γίνεται ζῶσι καὶ τεθνηκόσι. καὶ γὰρ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἡ θυσία προσφέρεται. Ὁ δὲ δεύτερος μόνοις ἔξεστι τοῖς ζῶσιν. Οὐ γὰρ ἐσθίειν καὶ πίνειν οἱ νεκροὶ δύνανται. τί οὖν, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἁγιάζονται, τοῦτον τὸν ἁγιασμὸν τὸν ἀπὸ τῆς μεταλήψεως, καὶ ἔλαττον ἔχουσιν ἐνταῦθα τῶν ζώντων οἱ τεθνηκότες οὐδαμῶς; Καὶ γὰρ καὶ αὐτοῖς ὁ χριστὸς ἑαυτοῦ μεταδίδωσι, τρόπον ὃν οἶδεν αὐτός. καὶ ἵνα γένηται δῆλον ὑμῖν, ἐν τῇ ἐξηγήσει τῆς λειτουργίας καὶ τοῦτο καὶ ἄλλα ὅμοια σκοπήσατε.

Διττὸς ἐκ τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἁγιασμός.

Cap. XIIII. De ordine Eccleſiaſtico.

DEcimumquartum caput mandat: Euangelium publicè à nemine annunciari aut legi, & Sacramenta adminiſtrari & diſtribui, debere: niſi ſit ritè vocatus &

ordinatus

ΤΟ δέκατον τέταρτον ἐντέλλεται, τὸ εὐαγγέλιον δημοσίως λέγεσθαι καὶ ἀναγινώσκεσθαι, καὶ τὰ μυστήρια διαδίδοσθαι ὑπὸ μηδενὸς ἄλλου, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν ταχθέντων ἐν-

θέσμως,

Κεφαλ. ιδ'. Περὶ χειροτονίας, ἢ τάξεως ἐκκλησιαστικῆς.

θέσμους, πρὸς ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν. Ὅπερ καλῶς ἔχειν φαμέν. Ἡ γὰρ καθολικὴ ἐκκλησία, τοὺς ἐσφραγισμένους κανονικῶς καὶ κεκλημένους μόνους, καὶ χειροτονηθέντας, ὡς ἡ ἐκκλησιαστικὴ παράδοσις ἀπαιτεῖ, οὐκ ἔχοντας δέ τινα κακὴν αἵρεσιν, ἀφίησι λέγειν, καὶ τοῖς τοιούτοις λειτουργεῖν. Ἐσφαλμένους γὰρ λέγει τοὺς ἔχοντας ἀδιάφορον τὸ τελειοῦν τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ μυστήρια, ἔκ τε λαϊκῶν, χειροτονηθέντων τυχὸν, εἴτε ἐξ ἱερωμένων, εἴτε χειροτονημένων κανονικῶς εἴτε μή.

ordinatus ad hanc functionem. Id rectè dici affirmamus. Nam Catholica Eccleſia ſolos vocatos, & obſignatos canonicè, & ſecundum Eccleſiaſticam traditionem impoſitione manuum creatos, nec aliqua mala ſecta infectos, concionari ſinit, & Liturgiæ munus obire. Errare enim traditio hos affirmat: qui nihil referre putant: ſiue Laici, fortè creati, ſancta Myſteria adminiſtrent: ſiue Clerici ſeu canonicè creati, ſeu minùs.

Κανόνες αὐτῆς.

Γίνονται δὲ αἱ χειροτονίαι, ὡς οἱ κανόνες διακελεύονται. Καὶ περὶ μὲν ἐπισκόπου, ὁ α. τῶν ἁγίων ἀποστόλων φησίν. Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. Πρεσβύτερος δὲ, ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ διάκονος καὶ οἱ λοιποί. Ἐκ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων. Ἦσαν δὲ ἐν ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι. ὅ, τε Βαρνάβας, καὶ σιμεὼν, καὶ λούκιος, μαναὴν καὶ σαῦλος. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ ἐπευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἀπέλυσαν. Πέντε οὖν ὄντων τῶν εἰρημένων, οἱ τρεῖς τοὺς δύο ἐχειροτόνησαν τοὺς ἀφορισθέντας.

Actor.13.

Fit autem creatio, vel manuum impoſitio, ex præſcripto canonum. Ac de Epiſcopis, primus Apoſtolicus canon ita præcipit: Epiſcopo manus imponuntor à duobus tribusúe Epiſcopis: Presbytero verò, & Diacono, & cæteris, ab vno Epiſcopo. Quod ex actis Apoſtolorum ſumptum eſt, vbi ſcribitur: Erant autem in Eccleſia Antiochenſi Prophetæ ac Doctores: Barnabas, Simeon, Lucius, Manamus, & Saulus. Cum hi rem diuinam facerent Domino: dixit Spiritus S., ſegregate mihi Barnabam & Saulum ad opus, ad quod vocaui eos. Tunc ieiunio & precatione habitis, manibusq; eis impoſitis, dimiſerunt. Cùm itaq; illi quinq; eſſent, ex his tres impoſuerunt manus alteris duobus ſegregatis.

Canones de ordinatione.

Ὅτι οὐκ ἔξεστι τοῖς κοσμικοῖς ἄρχουσι χειροτονεῖν.

Ὅτι δὲ καὶ κοσμικοῖς ἄρχουσιν ἀπηγόρευται ψηφίζειν ἐπισκόπους, ἢ χεῖρας τείνειν, κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν τὴν ἤδη πεπαυμένην παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων, τοῦ λ΄. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνος ἀκούσωμεν, λέγοντος: Εἴ τις ἐπίσκοπος, κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. Εἰ δὲ ἐν τῷ κε. κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων λέλεκται, μὴ δεῖν δὶς ἐκδικεῖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ διὰ τὸ πλεῖον τῆς κακίας, καὶ τὸ τοῦ ἁμαρτήματος περιφανῶς ἐξάγιστον, διπλῆν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν. Πᾶσα γὰρ τοιαύτη ψῆφος ἄκυρος μένει, καὶ παιδεύονται καὶ οἱ ἐπαναγκάζοντες καὶ αἴτιοι, καὶ

Quòd verò Politico Magiſtratui interdictum ſit, ſuffragari Epiſcopis, aut manus imponere, ſecundum antiquam conſuetudinem, quæ iam à Synodis abrogata eſt: ex XXX. Apoſtolorum canone audiamus, ſic dicente: Si quis Epiſcopus, ſtudio operaq; mundanorum Procerum, ad Eccleſiam euectus fuerit: à dignitate detrahuntor, & excommunicantor, tum ipſe, tum complices eius omnes. Etſi verò in XXV. ibi canone dicitur: Non bis vindictam eſſe ſumendam de eodem crimine: tamen propter magnitudinem & incrementum malitiæ, & peccati apertam in vltimas terras exportandā turpitudinem, duplam imponit pœnā. Irritum .n. omne tale ſuffragium manet: et caſtigātur quoq; impulſores autoreſq; &

Non licere politico Magiſtratui ordinare.

& prophani impuriq; , vt dicuntur, ita etiam ſunt. Conuenit enim, qui ad Epiſcopatum producendus ſit, Epiſcoporum ſuffragijs produci : quemadmodum à S. Patribus in Nicæni concilij Canone hoc cautum eſt. Epiſcopum conuenit, inquit, maximè quidem ab omnibus, qui in prouincia ſunt, conſtitui. Sed ſi difficile fuerit hoc: vel vrgente aliqua neceſsitate, vel propter itineris longinquitatem : ſaltem tres eôdem congregatos, conſenſu tamen abſentium per literas accedente, electionem facere: confirmationem verò Metropolitæ cuiusq; prouinciæ permitti. Hæc ex IIII. Canone primæ S. Oecumenicæ apud Nicæam Synodi ſumpta ſunt. Duodecimus etiam Synodi Laodicenſis ſtatuit: Epiſcopos, iudicio Metropolitarum, & finitimorum Epiſcoporum, in Eccleſiaſtico Magiſtratu collocandos eſſe: ita tamen, vt à longo tempore probati ſint in ſermone fidei (hoc eſt, ſani ſint in fide, aut etiam aliter) & in honeſta vitæ conuerſatione. Similia etiam in XIII. eiusdem Synodi Canone dicuntur : non eſſe promiſcuæ plebi permittendam poteſtatem eligendi eos, qui ad Altare miniſtrare debeant: de quo in explicatione Canonum extant hæc ad verbum. Non tantùm Epiſcoporum electione, inquit, plebi interdictum eſt : ſed ne ſacerdotum quidem electio ei conceſſa eſt. Atq; ex citato Canone intelligendum datur : non tantùm Epiſcopos olim ſuffragijs plebis creatos eſſe, ſed etiam Sacerdotes: id quod omnino vetitum eſt, tanquam inutile. Præterea XIX. Canon Antiochenæ Synodi edicit: Epiſcopum non eſſe legendum abſq; Synodo , & Prouincialis Metropolitæ præſentia. Quo præſente : omnino quidem meliùs eſſet, ei præſtò eſſe omnes illius Prouinciæ comminiſtros: quos etiam literis, per Metropolitam conuocari oportet. Qui ſi conuenirent omnes : ſatiùs eſſet. Sin hoc difficile fuerit : maiorem certè partem adeſſe conuenit : aut per literas ſaltem aſſenſum eorum ſignificari: atq; ita per plurium præſentiam, aut ſuffragationem, ordinationem procedere. Quòd ſi aliter, & contra ſtatuta, agatur: electio irrita eſto. Sed ſi legitimè proceſſum

Nec etiam plebi.

καὶ ἀνίεροι οἱ τοιοῦτοι λέγονται καί εἰσι. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι, τῷ λέγοντι. ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι, εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γενομένων, καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι, τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, τῷ μητροπολίτῃ δίδοσθαι. Ταῦτα εἰσὶν ἐκ τοῦ Δ. κανόνος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου τῆς ἐν νικαίᾳ. Ἀλλὰ καὶ ὁ δωδέκατος τῆς ἐν λαοδικείᾳ ἀποφαίνεται, περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους κρίσει τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων καθίστασθαι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχήν. ὄντας ἐκ πολλοῦ δεδοκιμασμένους ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, τουτέστιν, ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχοντας περὶ τὴν πίστιν, ἢ καὶ ἄλλως, καὶ ἐν τῇ τοῦ εὐθέος λόγου πολιτείᾳ. Τὰ ὅμοια δὲ λέγει καὶ ὁ ιγ. τῆς αὐτῆς συνόδου κανών. ὡς καὶ περὶ τοῦ μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον, ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν κανόνων φέρεται ῥητῶς ταῦτα. Οὐ μόνον ἐπισκόπων ἐκλογὴν οἱ ὄχλοι ποιεῖν ἐκωλύθησαν, ἀλλ' οὐδὲ ἱερεῖς ἐκλέγεσθαι παρεχωρήθησαν. καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος παρίσταται, ὅτι οὐ μόνον ἐπίσκοποι τὸ παλαιὸν ἐψηφίζοντο ὑπὸ τῶν ὄχλων, ἀλλὰ καὶ ἱερεῖς, ὅπερ ἐκωλύθη παντάπασιν, ὡς ἀσύμφορον. Ἔτι καὶ ὁ ιθ'. κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διακελεύεται, ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι, δίχα συνόδου, καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. Τούτου δὲ παρόντος ἐξάπαντος, βέλτιον μὲν συνεῖναι αὐτῷ πάντας τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτουργούς. καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῆς τὸν ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν. καὶ εἰ μὲν ἀπαντῷεν οἱ πάντες, βέλτιον. Εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, τούς γε πλείονας ἐξάπαντος παρεῖναι δεῖ. Ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γενέσθαι. καὶ οὕτω μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας ἢ ψήφου, γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίγνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν. Εἰ δέ, ὡς εἴρηται, γένο-

Οὐδὲ τῷ λαῷ.

Ζωναρᾶ ἐξήγησις. γένοι, ἀντιλέγοι δέ τις, δι' οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον. Ἡ δὲ ἑρμηνεία τοῦ Ζωναρᾶ φησιν: ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ δῆμοι τῶν πόλεων ᾑροῦντο τοὺς ἐπισκόπους, ὅτι δὲ στάσεις ἐντεῦθεν ἠγείροντο, διὰ τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ἑκάστης ἐπαρχίας, τὸ περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων καταστάσεως, ἀνετέθη ψηφίσματα: οὐ μόνον δὲ οἱ ἐπίσκοποι, ὡς εἴπομεν, ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς ἐξέλεγον, καὶ ἐτελείουν, καὶ οὐχὶ οἱ λαϊκοί, ἀλλὰ καὶ χειροτονία τοῖς κανόσι νοεῖται, ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος τελεσιουργὸς ἐπίκλησις· ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα, εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον. (χειροτονία.) πάλαι δὲ καὶ οἱ ψῆφοι χειροτονία ὠνόμαστο. Ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσι ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνίεσαν τὰ πλήθη, καὶ οἱ μὲν τόν δε ᾑροῦντο. Οἱ δέ, τόν δε. ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους. καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων ᾑρημένον, εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προκρίνεσθαι. Κἀντεῦθεν ἐξελήφθη τῆς χειροτονίας τὸ ὄνομα. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ τῆς ἀληθείας τῶν συνόδων πατέρες εὑρίσκονται χρησάμενοι. καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλέσαντες. Ἡ γὰρ ἐν λαοδικείᾳ σύνοδος, ἐν ε. κανόνι, φησί, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν. Ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τοῦ ἀρχιερέως, μᾶλλον ἔθος, πολλοὺς συνέρχεσθαι. Ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰσάγεσθαι καί τινα αἰτιώματα κατὰ τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί ἵνα καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. Χειροτονεῖσθαι δὲ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται ἐπίσκοπον, παρὰ δύο ἐπισκόπων. ψηφίζεσθαι δὲ ἐπίσκοπον ὁ τέταρτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου ὁρίζει παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων.

Ὅτι

ceſſum ſit: & nihilominus aliquis priuato rixandi ſtudio intercedat: maioris partis ſuffragium teneto. Zonaræ interpretatio dicit: Epiſcopos olim à populis ciuitatum lectos fuiſſe. Quia verò hinc ſeditiones ortæ fuerint: ideo Epiſcopis cuiuſq; prouinciæ, ſuffragium conſtituendi Epiſcopos commiſſum fuiſſe. Non ſolùm autem Epiſcopi, vt diximus, Epiſcopos aut Sacerdotes eligebant, & conſecrabant, & non Laici: ſed etiam creandi modus, porrectione manus fieri ſolitus (Græcis chirotonia dictus) in canonibus intelligitur ille: quo conſecratio eius, qui munus ſacro miniſterio fungendi accepit, precibus perficitur: & S. Spiritus, vt opus cæptum perficiat, auxilium inuocatur: diciturq; chirotonia, quòd Pontifex extendat manum: dum bene precatur ei, quem creat. Antiquitus verò & ſuffragia, chirotonia nominabantur. Quo enim tempore penes vrbium multitudinem electio Antiſtitum erat: congrediebatur populus: alij hunc legebant, alij illum. Vt ergo plurium ſuffragium vinceret: dicuntur manus porrexiſſe illi, qui electionem faciebant: hiſq; numeraſſe eos, qui cuiq; ſuffragati fuiſſent: & illum, cui plura ſuffragia contigiſſent, in Pontificalem ſedem promouiſſe. Hinc Chirotoniæ nomen ortum fuit: quo etiam veritatis Doctores, S. Synodorum Patres, vſi inueniuntur: & pro ſuffragio Chirotoniæ vocabulum poſuiſſe. Nam Laodicenſis Synodi canon V. ait: non debere chirotonias præſentibus auditoribus fieri: id eſt, ſuffragia. Nam in Archiepiſcopi inauguratione, plurium mortalium concurſus fieri ſolet. Dum ergo ſuffragia feruntur, vetitum eſt, homines adeſſe, & audire ea: quia etiam crimina aduerſus quoſdã ſuffragatores adferri ſolent. Creari itaq; hic canon Epiſcopum iubet à duobus Epiſcopis. Suffragijs Epiſcopum legi IIII. primæ Synodi canon ſtatuit à Prouinciæ Epiſcopis, ſi non omnibus, ſaltem tribus: cæteris interim aſſenſum ſuum literis teſtantibus.

Quòd

Ante ordinationem diligens examen.

Quòd verò diligens & exactum examen, quantum ad fidei profeſsionem, & honeſtatem vitæ attinet, in deſignando adhiberi debeat, & reijciendi illi, qui indigni ſunt: id tum ex canonibus, tum ex Apoſtolorum conſtitutionibus, clarum eſt. Nec minùs ex illis, quibus beatus Theologus Gregorius, in ſuo magno Apologetico, in indignos, prophanos & ſceleſtos, inuehitur: nec non bonos deſcribit prædicatq́;, quales debeant eſſe: vbi inter alia hæc etiã eius verba liberè ponuntur. Quis, inquit, Pauli regula & norma ſe metiens: quam ille de Presbyteris & Epiſcopis conſtituit: debere ſobrios eſſe, temperantes, modeſtos, & cætera: irreprehenſibiles in omnibus, ab impuritate libidinum alienos: non magnos defectus reperiet, illorum Canonum rectitudini repugnantes? Item. Oportet mundari primùm, deinde mundare: caſtigari & erudiri, deinde caſtigare & erudire: fieri lucem & appropinquare Deo, deinde adducere alios: ſanctificari, & ſanctificare. Rurſus, inuehens in illos: qui quoquo modo creabantur, non ex canonum præſcripto: Sic ait. Quis formet, ſicut vno die figlina opera, diuini miniſterij Antiſtitem: qui cum Angelis ſtabit: cum Archangelis Deum celebrabit: & vnà cum eis ſacerdotio fungetur? & amplius. Qui nihil ad ſacerdotium contulerũt, ſimulq́; diſcipuli & Doctores ſunt: priuſquam purgati ſint, purgant. Heri extra ſancta erant: hodie ſacerdotes audiunt, & ſacrorum Antiſtites. Malitia antiqui, pietate ſubitarij: quorum opus, gratiæ humanæ eſt, non gratiæ ſpiritus. Ex his manifeſtum eſt: quàm apertè inſectetur indignos & improbos: & quales velit eſſe veros Domini miniſtros.

Ὅτι δὲ καὶ μετὰ ἐξετάσεως ἀκριβοῦς, καὶ τῆς ἐπὶ τῇ ὀρθῇ πίστει καὶ σεμνότητι βίου μαρτυρίας χειροτονεῖσθαι ὀφείλουσι, καταχρίνονται δὴ οἱ ἀνάξιοι, δῆλον ἔκ τε τῶν κανόνων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν διαταγῶν. ἀλλὰ δὴ καὶ ἐξ ὧν ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ἐν τῷ μεγάλῳ ἀπολογητικῷ αὐτοῦ, τῶν ἀναξίων καὶ βεβήλων καὶ κακῶν καταστρέχων λέγει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ὑπογράφων καὶ ἀνακηρύττων, ὁποίους δεῖ εἶναι, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα ῥητῶς λέγων καὶ παρρησιαζόμενος. Τίς γὰρ, τοῖς τοῦ Παύλου κανόσι καὶ ὅροις ἑαυτὸν παρεκτείνων, οὓς περὶ πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων ἔταξεν, εἶναι νηφαλαίους, σώφρονας, καὶ τὰ λοιπὰ, ἀνεπιλήπτους ἐν ἅπασι, καὶ ἀνεπιβάτους τοῖς πορνικοῖς, οὐ πολὺ τὸ διαφεῦγον εὑρήσει τῆς τῶν κανόνων εὐθύτητος; καὶ ἔτι. Δεῖ καθαρθῆναι πρῶτον, εἶτα καθάραι, σοφισθῆναι, καὶ οὕτω σοφίσαι, γενέσθαι φῶς καὶ ἐγγίσαι θεῷ, εἶτα προσαγαγεῖν ἄλλους, ἁγιασθῆναι καὶ ἁγιάσαι. Καὶ πάλιν καταβοῶν τῶν ὡς ἔτυχε χειροτονουμένων, καὶ μὴ κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἀπαίτησιν, λέγει: τίς ὁ πλάττων, καθάπερ αὐθήμερον τοὺς πηλίνους, τὸν τῆς θείας λειτουργίας προστάτην, τὸν μετὰ ἀγγέλων στησόμενον, καὶ μετὰ ἀρχαγγέλων δοξάσοντα, καὶ συνιερατεύσοντα; Καὶ ἔτι. Οἱ μηδὲν τῇ ἱερωσύνῃ προσενέγκαντες, ὁμοῦ τε μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι, πρὶν καθαρθῆναι καθαίρουσι. Χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ σήμερον ἱερεῖς καὶ μυσταγωγοί. παλαιοὶ τὴν κακίαν, σχέδιοι τὴν εὐσέβειαν. ὧν τὸ ἔργον χάριτος ἀνθρωπίνης, οὐ τῆς τοῦ πνεύματος. Φαίνεται γοῦν ἐμφανῶς καθαπτόμενος τῶν ἀναξίων καὶ πονηρῶν, καὶ ὑποτιθεὶς, ὁποίους δεῖ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ τοὺς λειτουργοὺς τοῦ κυρίου.

Ἐξέτασις ἡγείσθω τῆς χειροτονίας.

S. Gregorij in Eccleſiaſticos indignos inuectio.

Quòd verò etiã auerſandi ſint qui aliqua hæreſi infecti ſunt: XLVI. cum aliis canon declarat. Epiſcopus, inquit, aut Presbyter, qui ab hæreticis Baptiſma aut ſacrificium accipit, munere ſuo deijciatur. Quæ enim conſenſio Chriſto cum Beliale? Aut quæ pars fideli cum infideli?

Ὅτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἀποστρέφεσθαι δεῖ τοὺς αἵρεσίν τινα ἔχοντας, ὁ μϛ΄. μετὰ τῶν ἄλλων κανὼν ἀποφαίνεται. Ἐπίσκοπος, φάσκων, ἢ πρεσβύτερος, αἱρετικῶν δεξάμενοι βάπτισμα ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. Τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου.

De

Περὶ

Κεφαλ. ιέ. περὶ θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ δεκάτου πέμπτου κεφαλαίου, τοῦ λέγοντος, ὅτι ἀθῷοι καὶ ἀκατηγόρητοι εἶναι ὀφείλουσιν οἱ ὑπηρετοῦντες, καὶ βίου καλοῦ, καὶ ὅτι αἱ εὐχαὶ, καὶ τὰ προσφερόμενα, καὶ αἱ ἑορταὶ, αἱ γινόμεναι εἰς τὸ μισθοφορεῖν τὴν χάριν, καὶ λαμβάνειν ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν χρήματα, ἢ ἄλλο τὶ, οὐδὲν ὠφελεῖ, οὕτως ἡμεῖς περὶ τούτου φρονοῦμεν. ὅπως οἱ μὲν τοῖς θείοις ὑπηρετοῦντες οὐ προβιβάζονται, ἐὰν μὴ τὸ ἀκατηγόρητον ἔχωσι, καὶ τὸ ἀκατάγνωστον, ὡς δυνατόν. καὶ καθαροὶ καὶ ἀπρόσκοποι χρέος ἔχουσι διαμένειν, ἐν πάσῃ σωφροσύνῃ καὶ ὀρθότητι βίου διάγοντες, καὶ πολιτευόμενοι. αἱ δὲ προσευχαὶ καὶ αἱ λειτουργίαι, καὶ τὰ προσφερόμενα, καὶ αἱ ἑορταὶ, αἱ γινόμεναι θεαρέσως καὶ θεοφιλῶς, εἰς δόξαν θεοῦ, καὶ μνήμην τῶν εὐαρεστησάντων αὐτῷ, καὶ εἰς παρακίνησιν καὶ μίμησιν τῶν θείων καὶ ἀγαθῶν ἔργων, καλῶς γίνεσθαι ταῦτα πάντα διαβεβαιοῦμεν, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς. πολλὰ γάρ, φησιν, ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη, ἐν τοῖς πιστοῖς, καὶ τῆς θείας χάριτος ἀξίοις: ὡς καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος, ἐξηγούμενος τὴν πρὸς ἑβραίους, φησίν. ἄνθρωποι πολλάκις δίκαιοι, ἐκ μιᾶς αἰτήσεως τὸ πᾶν ἤνυσαν. καὶ ἐν πρὸς Φιλιππησίους. ἐπινοήσωμεν τοῖς ἀπελθοῦσί τινα βοήθειαν. μικρὰν μὲν, βοηθῶμεν δ' ὅμως: πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ; εὐχόμενοι, καὶ ἑτέρους παρακαλοῦντες εὐχὰς ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι. πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόντες συνεχῶς. ἔχει τινὰ τὸ πρᾶγμα παραμυθίαν. ἄκουε γὰρ τοῦ θεοῦ, λέγοντος: ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου. Εἰ μνήμη μόνον δικαίου τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅταν καὶ ἔργα γένηται ὑπὲρ αὐτοῦ, πόσον οὐκ ἰσχύσει; οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων. ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. Ὅταν γὰρ ἑστήκῃ λαὸς ὁλόκληρος, χεῖρας ἀνατείνοντες, πλήρωμα ἱερατικὸν, καὶ πρόκειται ἡ φρικτὴ θυσία, πῶς οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν κύριον;

Βοήθειαι τοῖς κατοιχομένοις.

Θεραπεία τῶν ἁγίων.

Ὅτι δὲ καὶ τιμαὶ ὀφείλονται τοῖς ἁγίοις παρ' ἡμῶν, καὶ ἀποδεκτέον αὐτοὺς, καὶ προσφέρειν τοῖς ναοῖς τούτων δίκαιον,

καὶ ὁ

Cap. XV.

De ritibus Eccleſiaſticis.

Nota. Ipſi non ubiq; aſſecuti ſunt ſententiã veram in hoc capite: ut quòd εὐχὴ, *& precationem & votum ſignificat,* προσφερόμενα, *& oblationem & cibum.*

DE Quintodecimo capite, in quo dicitur: innocentes & irreprehenſibiles, & probatæ vitæ, eſſe debere Miniſtros: preces item & oblationes & feſta, quæ fiant ob promerendam gratiam, & propter accipiendam pro remiſsione peccatorum pecuniam, aut aliud aliquid, nihil prodeſſe: de eo nos ſic ſentimus.

Non promouentur à nobis ulli ad inſeruiendum rebus diuinis: niſi crimine & condemnatione vacent, quoad eius fieri poteſt. Deinde, innocentes, & qui nemini offenſionem præbeant, perſeuerare neceſſe habent, cum omni temperantia, caſtitate, & vitæ honeſtate. Preces & liturgiæ, & quæ offeruntur, & dies Feſti, qui religioſè & piè aguntur ad gloriam Dei, & ad memoriam illorum, qui ei placuerunt, & ad incitationem imitationemq; ſanctorum & bonorum operum: talia omnia rectè, & animæ utiliter, fieri à nobis affirmantur. Multum enim poteſt, inquit Apoſtolus precatio iuſti in actũ producta, in Fidelibus, diuinaq; gratia dignis: ſicut etiam D. Chryſoſtomus in Exegeſi Epiſtolæ ad Hebræos ait: Homines iuſti ſæpe vna petitione omnia obtinuerunt. Et in Epiſtola ad Philippenſes: Excogitemus defunctis aliquod ſubſidium: paruum illud quidem, iuuemus tamen. Quonam modo? Ipſi precantes, & alios ad precandum pro ipſis adhortantes: pauperibus continenter pro ipſis dantes. Affert aliquod ea res alleuamentũ. Audi enim quid Deus dicat: Clypeo protegam hanc vrbem propter me, & propter Dauidem ſeruum meum. Si memoria tantùm iuſti tantum poteſt: ſi etiam opera pro ipſo fiant, quomodo non valebũt? Non fruſtrà ſancitum ab Apoſtolis eſt: in tremendis Myſterijs mentionem eſſe faciendam defunctorum. Sciunt, hinc magnum lucrum illis accedere, vtilitatẽ magnam. Quando enim ſteterit vniuerſus populus, manibus ſublatis, & totus cœtus Sacerdotum: propoſitumq; fuerit tremendum Sacrificium: quomodo fieri queat, vt non ad miſerendum illorum flectamus Dominum?

Interceſsiones pro mortuis.

Deberi porrò honores quoq; ſanctis à nobis, & recipiendos hos eſſe, & offerri templis horum par eſſe:

Cultus ſanctorum.

hoc

hoc etiam Theanthropus hoc dicto ſignificauit: Qui vos recipit, me recipit. Nec non Chryſoſtomus, quemadmodum in caſtris, inquit, his, qui in procinctu ſtant, & bellum gerunt, impenſæ debentur ab alteris, qui à bello abſunt, & pace fruuntur, (pro illorum enim ſalute excubant hi) eodem modo de ſanctis exiſtimandum eſt. Quî enim non ſit abſurdum: cùm, qui terreno Regi militat, huic omnia neceſſaria ſuppeditemus: non etiam in illos, qui cœleſti Regi militant: & in acie contra multò grauiores hoſtes ſtant: & apud Deum pro nobis deprecantur: precibus adhibendis, rebusq; vtilibus petendis, gratos eſſe? Quantæ ingratitudinis eſſet: ſi non pro viribus honorifici eſſemus in eorum templa, & aſsiduos ſacros Miniſtros, & noſtra Eleemoſyna ſuſtentatos?

Orandum eſſe.

Quòd verò preces conducant: & neceſſariò ſine recuſatione requirantur in Chriſtianis: ex his, quæ Dominus docuit, patet. Quando oratis, inquit: dicite, Pater
,, noſter. Et, hoc genus nulla re exire cogi-
,, tur, niſi precibus & ieiunio. Sic ex alijs
,, multis. Similiter Paulus ad Timotheum:
,, Adhortor igitur, vt ante omnia fiant
,, deprecationes, obſecrationes, interpella-
,, tiones, gratiarum actiones, pro omnibus
,, hominibus. Hoc enim bonum eſt, & acce-
,, ptum coram Deo: qui cunctos homines
,, vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veri-
,, tatis venire.

Honorandos Sacerdotes.

Sacerdotes etiam honorandos eſſe, ex D. Iohãne (Chryſoſt.) audiamus. Eſt quaſi communis Pater, inquit, totius orbis terrarum, Sacerdos. Dignus ergo, qui omnibus curæ & venerationi ſit. Nam Deo cultum pro mundo exhibet, & deprecationes offert, pro Regibus, & omnibus in eminentia conſtitutis: vt horum conſeruatione, naturæ tranquillitati conſulatur. Deus enim communis vtilitatis cauſa Magiſtratus inſtituit. Abſurdum ergo fuerit: cùm illi pro nobis militent: nos non pro ipſis deprecationes facere. Et iterum. Non legiſtis in ſcriptura, inquit, Iobum, pro liberis ſacrificia Deo feciſſe, eosq; à peccatis liberaſſe? Ne fortè, inquit, cogitârint aliquid in corde ſuo. Et rurſus: ſcitis, tanquam diſcipuli Chriſti: quòd quando oramus

καὶ ὁ θεάνθρωπος ἐδήλωσεν, εἰπών: ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. ἀλλὰ καὶ ὁ Χρυσόστομος. ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ τοῖς ἑστῶσι καὶ πολεμοῦσι παρὰ τῶν ἐν εἰρήνῃ ὄντων καὶ μὴ πολεμούντων ὀφείλεται τὰ τελέσματα, ὑπὲρ γὰρ ἐκείνων ἑστήκασιν οὗτοι, οὕτως δὲ ἐν τοῖς ἁγίοις λογίζεσθαι δίκαιον. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τῷ μὲν στρατευομένῳ βασιλεῖ ἐπιγείῳ, πάντα εἰσφέρειν: τοῖς δὲ στρατευομένοις βασιλεῖ τῷ ἐπουρανίῳ, καὶ παρατατομένοις πρὸς πολλῷ χαλεπωτέρους, καὶ* ἀξιοῦντας θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν, εὐχὰς ποιούντων πρὸς αὐτόν, καὶ δεομένων τὰ ἐπωφελῆ, πόσης ἀγνωμοσύνης, εἰ μὴ ἐκ τῶν ἐνόντων φιλότιμοι ἀναφανῶμεν τοῖς αὐτῶν σηκοῖσι καὶ προσκαρτεροῦσιν ἱεροῖς ἀνδράσι, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ἐκτρεφομένοις ἐλεημοσύνῃ;

** Perturbata conſtructio hoc loco.*

Προσευκτέον.

Ὅτι δὲ εὐχεσθαι συμφέρει, καὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀπαραιτήτων χριστιανοῖς, δῆλον ἐξ ὧν ὁ κύριος ἐδίδαξεν. ὅταν δὲ προσεύχησθε, λέγετε: πάτερ ἡμῶν. Καί, τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ ἐξέρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. καὶ ἄλλα παραπλήσια πολλά. Ἀλλὰ καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον. παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ: ὃς πάντας θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

Τοὺς ἱερεῖς τιμητέον.

Ὅτι δὲ καὶ τοὺς ἱερεῖς τιμᾶν δίκαιον, ἔτι καὶ τοῦ θείου Ἰωάννου ἀκούσωμεν. ὥσπερ κοινός τις ἐστὶ πατὴρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁ ἱερεύς. παρὰ πάντων τοίνυν ἄξιον αὐτοῦ κήδεσθαι. λατρείας γὰρ ὑπὲρ τοῦ κόσμου θεῷ ποιεῖ, καὶ δεήσεις προσφέρει ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ, ὅπως ἡ τούτων σωτηρία, ἡμῶν ἀμεριμνία γένηται. Ὁ γὰρ θεὸς εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον τὰς ἀρχὰς διετάξατο. ἄτοπον δέ, αὐτοὺς μὲν ὑπὲρ ἡμῶν στρατεύεσθαι, ἡμᾶς δὲ ὑπὲρ τούτων μὴ δεήσεις ποιεῖσθαι. Καὶ αὖθις: οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ γραφῇ, ὅτι Ἰὼβ ὑπὲρ τῶν παίδων ἐποίει θυσίας, καὶ ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν ἁμαρτημάτων. μήποτε ἐνενόησαν φησί τι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν; καὶ πάλιν, οἴδατε, ὡς χριστοῦ μαθηταί, ὅτι εὐχόμενοι,

Ὅτι οἱ ἅγιοι ὑπερεύχονται ἡμῶν.

εὐχόμενοι, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ εὐσταθείας τοῦτο ποιοῦμεν, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ζητοῦμεν, καὶ κρούομεν τὴν θύραν, ἵνα δι' εὐσπλαγχνίας ἀνοίξῃ ἡμῖν ὁ θεὸς, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγῃ μακαριότητα. Καλὸν δὲ, εὐχῆς ἀπολαύειν τῆς τῶν ἁγίων, ὅταν καὶ αὐτοὶ ἔνεργοι ὦμεν, ἄλλως δὲ, οὐδὲν ὠφελήσειεν. οἴδαμεν γὰρ, τί Ἱερεμίας ἔπαθεν. Τρίτον γὰρ προσῆλθε θεῷ, καὶ τρίτον ἤκουσε, μὴ εὔχου, οὐ γὰρ εἰσακούσομαι. καὶ, ἂν στῇ Νῶε, Ἰακὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐκ ἐξελοῦνται, ἐπεὶ ὑπερίσχυσεν ἡ κακία. Καὶ τίς χρεία, εἴποι τίς, τῆς παρ' ἑτέρου εὐχῆς, ὅταν ἐγὼ εὐαρεστῶ; μηδέποτε τοῦτο εἴπῃς ἄνθρωπε. Χρεία πολλῆς χρεία εὐχῆς. ἄκουε τοῦ θεοῦ λέγοντος. καὶ προσεύξεται ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν ἡ ἁμαρτία. καὶ ἄλλα ὅμοια, ἃ ζητῶν τις εὑρήσει πλήρη τὴν θείαν γραφήν.

Τὰς εὐχὰς ἀποδοτέον.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ προσφερόμενα θεῷ εὐαπόδεκτά εἰσιν. εὔξασθε γὰρ φησι, καὶ ἀπόδοτε. ὡς ἡ Ἄννα τὸν Σαμουὴλ ἀνέθηκε τῷ θεῷ, καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα ὅμοια.

Ἑορταὶ τῶν ἁγίων.

Ὡσαύτως καὶ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας ἐπιτελῶμεν, τιμῶντες τοὺς ἁγίους, ὡς φίλους θεοῦ. Κατὰ τὸν θεῖον Δαυίδ· ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεός. Εἰ γὰρ προσευχὰς λειτουργίας, ἑορτὰς, καὶ τὰ τοιαῦτα μὴ ἐπιτελοίημεν, ἀκαπηλεύτως δηλονότι, καὶ μετὰ φόβου θεοῦ, ἃ εἰσιν ἑπόμενα τῇ πίστει καὶ ἔργα θεῖα, ἐδόξαμεν ἂν καὶ τὸν θεῖον φόβον μὴ ἔχειν, καὶ τὴν ζῶσαν πίστιν τὴν προηγουμένην πάντως. ἀναιρουμένων γὰρ τῶν ἑπομένων, τρόπον τινὰ ὅσον ἐν ἡμῖν, δοκεῖ συναναιρεῖσθαι καὶ τὸ ἡγούμενον. Δεῖ δὲ καὶ τὸν προεστῶτα τοῦ λόγου, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, μετὰ περισκέψεως καὶ δοκιμασίας πολλῆς, κατὰ σκοπὸν τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, ἕκαστον ποιοῦντα καὶ λέγειν. ὡς ὀφείλοντα καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν πεπιστευμένων αὐτῷ, δοκιμάζεσθαί τε καὶ μαρτυρεῖσθαι. ὡς τὸ, ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ θεὸς, καὶ ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν, καθάπερ οἴδατε ὑμεῖς. ἂν δὲ τυχὸν οἱ ὑπηρετοῦντες ἀνάξιοι, ἡ τοῦ θεοῦ χάρις ἐστὶν ἡ ἐνεργοῦσα, ὡς ὁ τῶν θεολόγων χορὸς μαρτυρεῖ.

Ἔπι

Sanctos orare pro nobis.

oramus, id pro pace, & totius mundi ocio ac quiete facimus: & Regnum Dei quærimus: & pulſamus ianuam, vt miſericordia motus, aperiat nobis Deus: & ad priſtinam beatitudinem reducat. Bonum autem eſt, precibus Sanctorum frui: ſi tamen & ipſi annitamur: aliter nullus illarum vſus eſt. Nouimus enim, quid Hieremiæ acciderit. Tertiùm enim acceſsit Deum, & tertiùm audiuit: Noli precari, quia non exaudiam. Etiam ſi ſtet Nohas, Iacobus, & Daniel: non eripient: quia præualuit malitia. Obijciat aliquis: Quid opus eſt aliena Oratione, ſi ego placeam? Nunquam hoc dixeris, homo. Vehementer oratione opus eſt, & quidem multâ. Audi, quid Deus dicat: Orabit pro vobis, & remittetur vobis peccatum. Et alia ſimilia, quibus abundat S. Scriptura, vt quærenti patebit.

Vota reddenda eſſe.

Eodem modo quæ offeruntur Deo, non minus accepta ſunt. Vouete, inquit, & reddite. Sicut Anna Samuelem conſecrauit Deo: & ſimilia his, alia ſexcenta.

Feria ſanctorum.

Similiter feſtos etiam dies celebramus, honorandorum Sanctorum cauſa, tanquam amicorum Dei: ſicut S. Dauid ait: Mihi verò valde in honore fuerunt amici tui, Deus. Si enim precationes, Liturgias, ferias, & ſimilia non celebraremus, (ſine cauponatione nimirum, & cum timore Dei: quæ fidem comitantur, & opera ſancta ſunt) ne diuinum quidem metum habere videremur, & viuam fidem, quæ omnino præcedit. Sublatis .n. conſequentibus: quodammodo etiā, quantum in nobis eſt, vnà tolli antecedens videretur. Oportet deniq; Antiſtitem ſermonis, vt monet Baſilius Magnus, circumſpectè, & cum multa exploratione ac cautione, vt Deo beneplaceat, ſingula & dicere & facere: ſicut ipſum etiam ab his, qui fidei eius concrediti ſunt, explorari, teſtimonioq; commendari. Quale eſt: Vos, teſtes eſtis, & Deus: nos ſanctè, iuſtè, citra repræhenſionem, vobis credentibus conuerſatos eſſe: nota ſunt vobis omnia. Quòd ſi fortè, qui ſacra adminiſtrant, indigni ſint: diuinæ operationis bonitate hic defectus compenſatur: ſicut ſacer Theologorum chorus teſtatur.

Quan-

Cap. XVI. De rebus ciuilibus.

** In Græco omiſſa eſt particula negans οὐκ.*

QVantum ad Decimũ ſextũ caput attinet: in quo dicitur, non* eſſe prohibitum Chriſtianis imperare alijs, iudicia exercere legitima, & cætera ciuilia munera adminiſtrare: dicimus, nos oportere obedire omni magiſtratui & poteſtati: non modo bonis, ſed etiam prauis: & ipſorum decreta mandataq; diligenter obſeruare. Aliter, Deo magis, quàm hominibus, obtemperandum. Et alibi: Qui reſiſtit cuiuis magiſtratui excellenti, iudicium accipiet: ſicut & qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit: &, qui legatis Domini non parẽt, non hos tantùm ignominia afficiunt, ſed ipſum etiam Dominum, qui illos miſit: iudiciumq; Sodomitico & Gomorrhæo peius, ſibi accerſunt. Ait enim: Qui vos recipit, me recipit: qui aliquem à me miſſum recipit, me accipit: qui vos audit, me audit. Contrà, qui non receperit vos, nec verba veſtra audiuerit: egreſsi illa ciuitate, aut domo illa, excutite puluerem pedum veſtrorum. Et Apoſtolus: Itaq;, qui vos ſpernit, non ſpernit hominem: ſed Deum, qui dedit Spiritum S. in nos. Quamobrem, non Magiſtratibus tantùm parendum eſt: ſed etiam Apoſtolis Dei, & Doctoribus, & interpretibus ſcripturarum Spiritu S. plenis, nec reſiſtere ipſis, metu minarum.

De relinquendis ſuis facultatibus, & mundo deſerendo.

Quòd verò condemnantur à vobis illi, qui facultatibus ſuis venditis, relinquunt mundum & mundana, ſalutis ſuæ cauſa: & dicitur, Euangelium, non de temporarijs rebus, ſed de æternis, loquens, æternam cordis iuſtitiam prædicare: & hoc ſenſu Euangelicum dictum à vobis intelligitur: hoc nos non admittimus: ſed ſequentes interpretationem Doctorum Eccleſiæ Chriſti, dicimus: Euangelicum dictum, dicere apertè: Omnia, quæ habes, vende, & diſtribue pauperibus: & habebis theſaurum in cœlis: ac veni, & ſequere me. Hoc nos non allegoricè intelligimus, aut tropologicè: ſed propriè, nempe accommodatè ad ſenſum & actionem. Nam qui interrogârat: ſperabat, ſibi ab Ieſu talem modum ſempiternæ vitæ conſequendæ monſtratum iri: quo interim etiã ſuas opes retineret, hiſq; frueretur. At cùm alienationẽ harũ, Dominus ei conciliatricẽ vitæ æternæ propoſuiſſet, tanquã pœnitẽs ſuæ

Κεφαλ. ιϛ΄. Περὶ πολιτικῶν πραγμάτων.

* Legendum οὐκ ἀπηγορευμένον.

ΕΤι, περὶ τοῦ δεκάτου ἕκτου κεφαλαίου, τοῦ λέγοντος,* ἀπηγορευμένον εἶναι τοῖς χριστιανοῖς, τῶν ἄλλων ἄρχειν, δίκας τέμνειν κατὰ νόμους, καὶ ἐν ἄλλοις πολιτεύεσθαι, φαμέν: ὅτι πείθεσθαι δεῖ ἡμᾶς πάσῃ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ, καὶ οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς. Καὶ τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν νομοθετούμενα φυλάττειν ἀναμαρτήτως. ἄλλως δέ, θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις, πειθαρχητέον. καὶ ἀλλαχοῦ: ὁ ἀντιτασσόμενος πάσῃ ἀρχῇ ὑπερεχούσῃ, κρίμα λήψεται. ὡς καὶ ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. ὡς καὶ οἱ ἀπειθοῦντες τοῖς παρὰ τοῦ κυρίου ἀπεσταλμένοις, τὴν ἀτιμίαν οὐ μόνον μέχρι τούτων ἱστῶσιν, ἀλλ᾽ ἀνάγουσιν ἐπὶ τὸν ἀποστείλαντα. καὶ κρίμα ἑαυτοῖς, χεῖρον τῶν ἐν Σοδόμοις καὶ Γομόῤῥας ἐπισπῶνται. Φησὶ γάρ, ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. Ὁ λαμβάνων, ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει. Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει. καὶ ὃς ἂν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς πόλεως, ἢ τῆς οἰκίας ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν. καὶ ὁ Ἀπόστολος: τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεόν, τὸν δόντα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. Δεῖ οὖν οὐ μόνον ἄρχουσι πείθεσθαι, ἀλλὰ καὶ Ἀποστόλοις θεοῦ, καὶ διδασκάλοις, καὶ ἐξηγηταῖς τῆς γραφῆς πνευματοφόροις, καὶ μὴ ἀντίστασθαι διὰ τὰς ἀπειλάς.

Περὶ τοῦ ἀποτάττεσθαι τῷ κόσμῳ.

Τὸ δὲ κατακρίνειν ὑμᾶς τοὺς τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν πωλοῦντας, καὶ καταλιμπάνοντας κόσμον, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, διὰ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν: καὶ λέγειν, ὅτι τὸ εὐαγγέλιον, οὐ περὶ τῶν προσκαίρων, ἀλλὰ περὶ τῶν αἰωνίων λαλοῦν, τὴν ἀΐδιον τῆς καρδίας δικαιοσύνην ἀνακηρύττει, καὶ οὕτως ὑμᾶς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν ἐννοεῖν, τοῦτο ἡμεῖς οὐκ ἀποδεχόμεθα: ἀλλ᾽ ἑπόμενοι τῇ ἐξηγήσει τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας χριστοῦ, φαμέν: τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν λέγειν σαφῶς: πάντα, ὅσα ἔχεις, πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς: καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Τοῦτο γοῦν ἡμεῖς οὐκ ἀλληγορικῶς νοοῦμεν, ἢ τροπολογικῶς, ἀλλ᾽ ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς. ὁ γὰρ ἐπερωτήσας, ἐνόμιζε τὸν Ἰησοῦν ὑποθέσθαι αὐτῷ καὶ δεῖξαι τρόπον, δι᾽ οὗ αἰωνίως ζήσεται, καταπολαύων καὶ τῆς κατασχέσεως τῶν χρημάτων. ὡς δὲ ὁ Κύριος τὴν ἀπόκτησιν πρόξενον εἶναι εἶπε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὡς μεμψάμενος ἑαυτοῦ

Forte ἑαυτῷ.

ἑαυτοῦ τῆς ἐρωτήσεως, καὶ τοῦ Ἰησοῦ τῆς ἀποκρίσεως, ἄπεισι. Καὶ ὅρα, ὡς ὁ ἐρωτήσας εἶπε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου, ὁ κύριος ὑποτίθεται αὐτῷ τὸ κεφάλαιον πάντων, ἤγουν τὴν ἀκτημοσύνην, εἰπών: πάντα, ὅσα ἔχεις, πώλησον. εἰ γάρ τι ἐναπομείνῃ, ἐκείνου δοῦλος ἦ. καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Τουτέστι. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἴσθι μαθητὴς ἐμὸς, καὶ ἀεὶ ἀκολούθει μοι. Μὴ σήμερον μὲν ἔσο μαθητὴς τυχὸν ἐμὸς, καὶ τὰς ἐντολὰς ἐκπληρῶν, αὔριον δὲ, οὔ. Καὶ ὁ μέγας τῆς οἰκουμένης φωστὴρ Ἰωάννης, τῆς ὄντως αἰωνίου ζωῆς ἐπιθυμεῖν οὗτον εἶπεν, καὶ ἐρᾶν μὲν αὐτῆς, κατέχεσθαι δὲ πάθει μείζονι τῆς φιλαργυρίας. Ὁ οὖν βουλόμενος τέλειος εἶναι, ἐὰν πωλήσῃ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, διὰ τὴν αἰώνιον ζωὴν, οὐ σφάλλεται: ἀλλ' ἐμβιώσῃ αἰωνίως, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν. ἐξεῖναι δὲ ἀρχιερεῦσι κακούργους κατὰ νόμους κολάζειν, ἢ κεφαλικῶς τιμωρεῖν, πολεμεῖν τε καὶ στρατηλατεῖν, οὔτε ἡμεῖς, οὔτε νόμοι καὶ κανόνες διορίζονται.

Κεφαλ. ιζ. περὶ τῆς ἐσχάτης κρίσεως.

Τὸ ιζ', ὅτι ἐν συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ὁ χριστὸς ἐλεύσεται, καὶ ὅτι κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς: καὶ τοῖς μὲν εὐσεβέσι ζωὴν αἰώνιον καὶ χαρὰν ἀτελεύτητον δώσει, τοῖς δὲ ἀσεβέσι τιμωρίαν αἰώνιον: οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν ἀλήθειαν ἔχειν φαμὲν ὁμολογουμένως. Ὅσοι δὲ λέγουσι, τέλος ἢ τῶν ἀγαθῶν, ἢ τῆς κολάσεως ἔσεσθαι, ἢ εἰσάγουσι τὰς ἰουδαϊκὰς οἰήσεις, μᾶλλον δὲ μυθολογίας, λέγοντες, πρὸ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως τοὺς ἁγίους καὶ εὐσεβεῖς τῷ κόσμῳ ἐμβασιλεύσειν, ληροῦσιν. ὅθεν αὐτοὺς ἀποστρεφόμεθα, καὶ ὡς μυθοπλάστας καὶ κακῶν ἐφευρετὰς κατακρινόμεθα.

Κεφαλ. ιη. περὶ τοῦ αὐτεξουσίου.

Τὸ ιη. περὶ αὐτεξουσίου διαλαμβάνον, οὕτως ἡμεῖς νοοῦμεν. Πῶς περὶ μὲν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καλῶς λέγετε. περὶ δὲ τοῦ χωρὶς βοηθείας θεοῦ μὴ δύνασθαι οὐδένα σωθῆναι, οἴδαμεν καὶ ἡμεῖς, ὅτι προηγουμένως τῆς θείας δεόμεθα βοηθείας καὶ χάριτος, κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, φάσκοντα: χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. ἀλλ' ἀκούομεν καὶ τὰ ῥητὰ τῶν θείων διδασκάλων καὶ ἐξηγητῶν τῶν θείων τοῦ κυρίου φωνῶν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ λαλήσαντα, ὡς πνεύματι ἁγίῳ

ſuæ interrogationis, & Domini reſponſionis, abijt. Et obſerua, quomodo, cùm interrogator dixiſſet: ſe hæc omnia ſeruaſſe iam inde à iuuentute ſua: Dominus ei ſubiecerit caput & ſummam omnium, nempe voluntariam inopiam, dicens: Vende omnia, quæ habes, (tanquam, ſi ea retineret, horum ſeruus eſſet) & diſtribue pauperibus: & veni, ac ſequere me. Hoc eſt: in reliquis omnibus eſto diſcipulus meus, & ſemper ſequere me: nec hodiè tantùm, ſi ita contigerit, eſto Diſcipulus, & ſatisfaciens mandatis meis, cras autem, ſecus. Ac magnum illud luminare orbis terræ, Ioannes, re vera æternæ vitæ cupidum illum fuiſſe, & amore eius captum, ait: ſed hunc amorem clauo maiore pulſum eſſe, morbo ſcilicet auaritiæ. Quocirca, qui vult perfectus eſſe, is, ſi vendat bona ſua propter vitam æternam, opinione non labitur: ſed æternè viuet, vt ſonat promiſſio. Pontificibus verò licere, maleficos punire ex legibus, aut ſupplicio capitali afficere, & belligerari, exercitusq; ducere: id neq; nos, neq; leges & canones, exprimunt.

Cap. XVII. De Iudicio extremo.

Decimumſeptimum caput ait, Chriſtum in conſummatione ſeculi venturum eſſe: & iudicaturũ viuos & mortuos: & pijs vitam æternam, finisq; expers gaudium, daturum: impijs contrà, pœnas æternas. Hæc nos quoq; veriſsima eſſe profitemur. Quicunq; verò dicunt, terminum & finem aut bonorum, aut punitionis, fore: aut inducunt Iudaicas opiniones, vel fabulas potiùs: ſcilicet ante mortuorum reſurrectionem, pios & ſanctos in mundo regnaturos: delirant. Ideo auerſamur eos: &, vt fabulatores, & malorum excogitatores, condemnamus

Cap. XVIII. De libero arbitrio.

Decimum octauum, quod de libero arbitrio tradit, nos ſic intelligimus. Quodammodo de eo quidem, quod eſt in poteſtate noſtra, bene dicitis. De illo verò, vbi dicitis: abſq; auxilio diuino non poſſe quẽquã ſaluari: ſcimus & nos, principaliter nobis auxilio & gratia Dei opus eſſe, ex dicto Domini, quod eſt: Sine me non poteſtis facere quicquam. Sed audimus etiã, quid à diuinis Doctoribus, & diuinarum Domini vocum explanatoribus, dicatur: qui non à ſcopo aberrãt: vtpote à Spiritu S.

impulſi: & qui lucem euidentiæ inferunt, ac docent nos. Dicit enim Sanctus Chryſoſtomus: Gratia, licet gratia ſit, volentes ſaluat: ſicut etiam in commentario Epiſtolæ ad Hebræos, in Ethicis præcipit. Debemus omni tempore cuſtodire nos ipſos, ne obdormiamus. Ecce enim, inquit, non dormitat, neq; dormit, qui cuſtodit Iſraëlem. Et, Ne des in commotionē procellæ pedem tuum. Non dixit, Ne commouearis: ſed, Ne des. Ergo in noſtro arbitrio eſt, dare: non in aliquo alio. Si enim volemus ſtare firmi & immoti: non commouebimur. Quid ergo? Nihil'ne penes Deum eſt? Omnia quidem arbitrio Dei ſubiacent: non tamen ita, vt libertati arbitrij noſtri officiatur. Si ergo penes Deum, obijcitur: quid nos accuſat? Ideo ſubdidi verba: Ita tamen, vt libertati arbitrij noſtri ne officiatur. In noſtro ergo, & in ipſius arbitrio. Oportet enim nos primò eligere bona: tunc ipſe ſuum addet. Non anteuertit ille noſtras voluntates. Cur? Ne officiat noſtro arbitrio. Verùm, quando nos elegimus: tunc ipſe ſtrenuam operam nobis nauat. Quomodo ergo Paulus ait: Non eſt volentis, nec currentis, ſed miſerentis Dei? Primùm, non, vt ſuam ſententiam, hoc induxit: ſed vt ex antecedente & propoſito conſectarium collegit. Nam cùm dixiſſet: ſcriptum eſt: Miſerebor, cuius miſerebor: & commiſerabor, quem commiſerabor: dicit: Ergo non eſt volentis, neq; currentis. Dices ergo mihi: Quid adhuc conqueritur? Deinde hoc reſponderi poteſt: cuius eſt id, quod plus eſt: eius id totum eſſe, ab Apoſtolo dici. Penes nos eſt, eligere & velle: Dei verò eſt, perficere, & ad finem perducere. Quoniam igitur, quod præſtantius eſt, id illius eſt: totum ei à Paulo tribuitur, in eo conſuetudinem hominum imitato. Sic enim ſolemus. Exempli gratia, cùm domum bene ædificari videmus: hoc totum Architecto tribuimus. Atqui non totum ipſius eſt: ſed etiã operariorum, & materiam ſuppeditantis patrisfamilias, & aliorum multorum. Veruntamen, quia id, quod potius eſt, ille contulit: illi totum tribuimus. Eodem modo etiam hîc. Rurſus de cōgregatione, vbi multi ſunt, omnes eſſe dicimus: vbi

Id penes & nos, & Deum eſſe.

ἁγίῳ κινουμένων, καὶ φῶς σαφηνείας συνεισφερόντων, καὶ διδασκόντων ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ὁ θεῖος Χρυσόστομος, ὅτι ἡ χάρις, κἂν χάρις ᾖ, τοὺς ἐθέλοντας σώζει. ὡς καὶ ἐξηγούμενος τὴν πρὸς ἑβραίους ἐν τοῖς ἠθικοῖς ἐντέλλεται. Χρὴ πάντοτε φυλάττειν ἑαυτοὺς, μήποτε ἀπονυστάζωμεν. Ἰδοὺ γάρ, φησιν, οὐ νυστάζει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. καὶ, μὴ δῷς εἰς σάλον τὸν πόδα σου. οὐκ εἶπε, μὴ σαλευθῇς, ἀλλὰ, μὴ δῷς. ἄρα ἐφ' ἡμῖν τὸ δοῦναι, οὐκ ἐφ' ἑτέρῳ τινί. ἂν γὰρ ἐθέλωμεν ἑστάναι ἑδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι οὐ σαλευθησόμεθα. Τί οὖν, οὐδὲν ἐπὶ τῷ θεῷ; πάντα μὲν ἐπὶ τῷ θεῷ, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥστε τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν βλάπτεσθαι. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῷ θεῷ φησι, τί ἡμᾶς αἰτιᾶται; διὰ τοῦτο εἶπον, ὥστε τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν μὴ βλάπτεσθαι. Ἐφ' ἡμῖν τοίνυν, καὶ ἐπ' αὐτῷ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς πρῶτον ἑλέσθαι τὰ ἀγαθὰ: καὶ τότε αὐτὸς τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσάγει. Οὐ προφθάνει δὲ τὰς ἡμετέρας βουλήσεις, ἵνα μὴ λυμαίνηται τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν. Ὅταν δὲ ἡμεῖς ἑλώμεθα, τότε πολλὴν εἰσάγει τὴν βοήθειαν ἡμῖν. Πῶς οὖν ὁ Παῦλός φησιν: οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ; πρῶτον μὲν, οὐχ ὡς ἰδίαν γνώμην εἰσήγαγεν, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ προκειμένου αὐτὸ συνήγαγε, καὶ ἐκ τοῦ προβληθέντος. Εἰπὼν γὰρ, γέγραπται, ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω, λέγει. ἄρ' οὖν, οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος. ἐρεῖς μοι, τί ἔτι μέμφεται; Δεύτερον ἐκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὗ τὸ πλέον ἐστὶ, τὸ πᾶν φησιν εἶναι. Ἡμῶν γὰρ τὸ προελέσθαι καὶ βουληθῆναι, θεοῦ δὲ, τὸ ἀνύσαι, καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν. ἐπεὶ οὖν ἐκείνου τὸ πλέον ἐστὶ, τὸ πᾶν ἐκείνου εἶναί φησι. κατὰ τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην εἰπών. οὕτω γὰρ ποιοῦμεν. οἷόν τι λέγω, ὁρῶμεν οἰκίαν οἰκοδομουμένην καλῶς, καὶ λέγομεν. Τὸ πᾶν τοῦ τεχνίτου ἐστὶ καίτοι γε οὐ τὸ πᾶν ἐστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐργατῶν, καὶ τοῦ τὴν ὕλην παρασχόντος δεσπότου, καὶ πολλῶν ἑτέρων: ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ τὸ πλέον ἐκεῖνος εἰσήνεγκεν, ἐκείνου τὸ πᾶν εἶναι λέγομεν. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. καὶ πάλιν, ἐπὶ πλήθους, ἔνθα ἂν πολλοὶ, πάντες εἶναι φα-

Chryſoſt. ad Hebræos cap. 7.

Ἐπί τε θεῷ, καὶ ἐφ' ἡμῖν τὸ αὐτεξούσιον.

Canon.

ναι φαμέν. Ἔνθα δὲ ὀλίγοι, οὐδένα. Οὕτω καὶ Παῦλός φησιν: οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος. Κατορθοῖ δὲ ἐνταῦθα δύο μεγάλα, ἓν μὲν, τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι. Κἂν τρέχῃς, φησι, κἂν σπουδάζῃς, μὴ νόμιζε, σὸν εἶναι τὸ κατορθούμενον. Ἂν γὰρ μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃς ῥοπῆς, πάντα εἰκῆ. Πλὴν ὅτι τεύξῃ τοῦ σπουδαζομένου, εὔδηλόν ἐστιν, ἕως ἂν τρέχῃς, ἕως ἂν ἐθέλῃς. Οὐ τοῦτο οὖν εἶπεν, ὅτι εἰκῆ τρέχομεν: ἀλλ᾽ ὅτι εἰκῆ τρέχομεν, ἐὰν ἡμέτερον εἶναι τὸ πᾶν νομίζωμεν, ἐὰν μὴ τὸ πλέον ἀπονέμωμεν τῷ θεῷ. Οὔτε γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὸ πᾶν ἠθέλησεν ὁ θεὸς, ἵνα μὴ δόξῃ εἰκῆ στεφανοῦν ἡμᾶς: οὔτε ἡμῶν πάλιν, ἵνα μὴ εἰς ἀπόνοιαν ἐμπέσωμεν.

Ἀπόνοια.

Εἰ γὰρ τὸ ἔλαττον μέρος ἔχοντες μέγα φρονοῦμεν, τί, εἰ τοῦ ὅλου κύριοι ἦμεν; πολλὰ γὰρ ὁ θεὸς ἐποίησεν, ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀλαζονείαν ἐγκόψαι. Ἀλλά τινες πάλιν λέγουσι: τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; ἂν δὲ μικρᾶς εὐπραγίας ἐπιλαβώμεν, πρὸς αὐτὸν φθάνομεν τὸν οὐρανὸν τῷ φρονήματι. καὶ πάλιν, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους, λέγει.

Philip. 2.

Ὅταν γάρ τι ἀγαθὸν ἐργασώμεθα, τότε χαίρομεν. Ὁ θεὸς γάρ, φησιν, ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν. Προσέχωμεν, μὴ διαχέωμεν ἑαυτούς. Ἐὰν τοῦτο ᾖ, ὁ θεὸς πάντα ἐργάσεται. Εἰ τοίνυν αὐτὸς ἐνεργεῖ, ἡμᾶς δεῖ τὴν προαίρεσιν παρασχεῖν συγκεκροτημένην, διαπαντὸς ἐσφιγμένην, ἀδιάχυτον. Εἰ τὸ θέλειν αὐτὸς ἡμῖν ἐνεργεῖ, πῶς ἡμῖν παρακελεύει. Εἰ γὰρ καὶ τὸ θέλειν αὐτὸς ποιεῖ, εἰκῆ ἡμῖν λέγει, ὅτι ὑπακούσατε. Οὐ γὰρ ὑπακούομεν. εἰκῆ λέγει, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, εἰ θεοῦ τὸ ὅλον ἐστίν. Οὐ διὰ τοῦτο εἶπεν, αὐτός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν, καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν: ἀλλ᾽ ἐκλῦσαι τὴν ἀγωνίαν ἡμῶν βουλόμενος. Ἂν θελήσῃς, τότε ἐνεργήσει τὸ θέλειν, καὶ προθυμίαν ἡμῖν δίδωσι καὶ ἐργασίας. ἂν γὰρ θελήσωμεν, τότε αὔξει τὸ θέλειν ἡμῶν λοιπόν. Οἷον, βούλομαι ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι, ἐνήργησεν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ἐνήργησε δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸ θέλειν. Ὥσπερ οὖν λέγων αὐτὰ χαρίσματα οὐκ ἐξωθεῖ τοῦ αὐτεξουσίου, ἀλλ᾽

vbi pauci, neminem. Ita Paulus quoq; dicit: Non eſt volentis. Quo in loco duo magna conſequitur. Vnum, ne quis animo efferatur. Siue curris, (inquit) ſiue eniteris: ne puta, tuum eſſe id bellum facinus. Niſi enim ſuperno potiaris impulſu: omnia fruſtra fiunt. Verùm te conſecuturũ tamen id, quod efficere ſtudes, perſpicuum eſt: quamdiu cucurreris, quamdiu volueris. Non hoc ergo dicit, nos ſimpliciter fruſtra currere: ſed fruſtra currere, ſi negotium nobis totum opinionis errore adſcribamus: nec maiorem eius partem Deo acceptam referamus. Neq; enim ſuum eſſe illud omne Deus voluit, ne videretur, fruſtra coronare nos: neq; noſtrum item, ne in amentiam arrogantiamq; incideremus. Nam ſi ob minorem partem, quam habemus, ſuperbimus: quid faceremus, ſi totum poſsideremus? Multa enim Deus fecit, vt arrogantiam noſtram inhiberet. Inſtant aliqui: Quid hoc? Ad quid hoc? At ſi paululum nobis res ex ſententia cedat: cœlum elatione Spiritus attingimus. Rurſus in Epiſtola ad Philippenſes ait: Quando aliquid boni facimus: tunc gaudemus. Deus enim eſt, inquit, qui operatur in nobis. Attendamus, ne gaudio ipſos nos diffundamus. Si hæc cautio erit: Deus omnia operabitur. Si ergo ipſe operatur: nos voluntatem & electionem adferre debemus, ſemper collectam, contractam, paratam, gaudio indiffuſam. Si ipſe in nobis efficit, velle: hoc eſt, voluntatem: quomodo nos ad officiũ adhortatur? Nã ſi etiam velle ipſe efficit: fruſtra nobis dicit, Obedite. Non enim obedimus. Fruſtra dicit: In timore & tremore, ſi penes Deum omnia ſunt. Non propter hoc dixit: Ipſe eſt, qui operatur, vt velimus, & operemur: ſed, vt anxietatem animis noſtris eximeret. Si voles: tunc efficiet, vt velis: ſtudium operandi tunc nobis indit. Nam ſi volemus: augebit ipſe deinceps velle noſtrum. Vt, Volo boni quid facere? Efficit is id bonum, efficit ipſum quoq; velle. Quemadmodum itaq;, quando ea vocat Chariſmata, hoc eſt, ſpiritus dona: nõ eijcit nos è poſſeſsione autexuſij, id eſt, liberi arbitrij,

 ſed

ſed id in nobis relinquit: ſic, quãdo dicit, operari in nobis velle: non priuat nos libertate voluntatis: ſed oſtendit, nos, dum rem bene gerimus, concipere magnam alacritatem ad ipſum velle: id eſt, vt velimus. Sicut enim facere fit ex facere: ſic ex non facere, non facere. Dediſti eleemoſynam? Magis ad dandum excitatus es. Non dediſti? Segnior factus es. Vnum diem temperanter vixiſti? Incitaris etiam ad ſequentem. Ignauus fuiſti? intendiſti ignauiam. Impius enim, vt dicitur, in profundum vitiorum lapſus, non curat. Contrà, Iuſtus, quando ad cumulum bonorum venit, ſtudet. Nam vt ille, deſperatione ſui, ſegnior fit: ita hic contrà, perpenſa bonorum copia, diligentior euadit:
,, quia metuit, ne totum amittat. Pro bono animi propoſito, ait Apoſtolus: hoc eſt, propter charitatem ſuam, & quia ei ſic placet: vt, quæ ipſi videntur, & ſicut vult, fiant. Ecce, omnino operatur. Vult enim nos ita viuere, vt ipſe vult. Si autem vult, et ad hoc ipſe operatur: etiam hoc omnino operabitur. Vult enim nos rectè viuere. Vides, quàm nõ tollat libertatem arbitrij?
,, Hæc omnia, inquit, facite, abſq; murmurationibus, & diſceptantibus cogitationibus. Diabolus, quando non poterit vos abducere à rectè agendo: alio aſtu volet euertere mercedem veſtram. Aut enim inanis gloriæ ſtudium, aut vecordiam deſperationemq; inuehere conſueuit: aut, ſi neutrum horum, murmurationem: aut, ſi hoc non poteſt, dubitationem, & diſceptationẽ de ritibus & dogmatibus. Num bonum? nũ non bonum? Pœna repoſita iacet talibus. Tenere debent veteres conſuetudines: cedere debemus Interpretibus Scripturæ. Impulſu Spiritus ſancti, Paulus locutus eſt: eodem & Petrus, & reliqui: tum Hierarchæ, id eſt, Principes ſacrorum: Baſilius magnus, Gregorius Theologus, Ioannes Chryſoſtomus, & reliqui Doctores: qui, tanquam luminaria, in mundo fulſerunt: ſermonem vitæ explanârunt: Dei noſtri oracula prædicârunt: hæc omnia nobis pulchrè declarârunt.

S. patribus parendum eſſe.

,, Rurſus in epiſtola ad Timotheũ idem
,, Chryſoſtomus ſcribit: Si quis emundauerit ſeipſum: erit vas ſacrificatum in honorem.

ἀλλ᾽ ἀφίησιν ἐν ἡμῖν τὸ αὐτεξούσιον, οὕτως ὅταν λέγῃ, ἐνεργεῖν ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν, οὐκ ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ κατορθοῦν πολλὴν εἰς τὸ θέλειν λαμβάνομεν προθυμίαν. Καθάπερ γὰρ τὸ ποιεῖν, ἐκ τοῦ ποιεῖν γίνεται: οὕτως ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν, τὸ μὴ ποιεῖν. Ἔδωκας ἐλεημοσύνην, μᾶλλον προθυμότερος δοῦναι: οὐκ ἔδωκας δὲ, μᾶλλον ἤργησας. Ἐσωφρόνησας μίαν ἡμέραν, ἔχεις προτροπὴν καὶ εἰς τὴν δευτέραν. ἐρραθύμησας, ἐπέτεινας τὴν ῥαθυμίαν. ἀσεβὴς γάρ, φησι, ἐλθὼν εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ. Οὕτω καὶ δίκαιος, ὅταν ἔλθῃ εἰς πλῆθος ἀγαθῶν, σπουδάζει. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀπογνοὺς, ῥαθυμότερος γίνεται, οὕτω καὶ οὗτος, ἐννοῶν τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν, σπουδαιότερος γίνεται, δεδοικὼς, μὴ τὸ πᾶν ἀπολέσῃ. Ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας αὐτοῦ, φησι, τουτέστι, διὰ τὴν ἀγάπην, διὰ τὴν ἀρέσκειαν αὐτοῦ, ἵνα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ γένηται, ἵνα κατὰ τὴν θέλησιν αὐτοῦ. ἰδοὺ, ὅτι πάντως ἐνεργεῖ. Θέλει γὰρ ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς βούλεται, ζῆν. Εἰ δὲ βούλεται, πρὸς δὲ τοῦτο αὐτὸς ἐνεργεῖ, καὶ τοῦτο πάντως ἐνεργήσει. Θέλει γὰρ, ἡμᾶς ὀρθῶς ζῆν. Ὁρᾷς, πῶς οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ αὐτεξούσιον; ταῦτα πάντα ποιεῖτε, φησι, χωρὶς γογγυσμῶν, καὶ διαλογισμῶν. Ὁ διάβολος, ἐπειδὰν μὴ δυνηθῇ ἡμᾶς ἀπαγαγεῖν τοῦ καλῶς ποιεῖν, ἑτέρως βούλεται κενῶσαι τὸν μισθόν. ἢ γὰρ κενοδοξίαν ἢ ἀπόνοιαν ἐπεισήγαγεν, ἢ εἰ μηδὲν τούτων, γογγυσμὸν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, διάκρισιν ἐθῶν καὶ δογμάτων. Ἆρα καλὸν, ἆρα οὐ καλόν; κόλασις ἀπόκειται τοῖς τοιούτοις. κρατεῖν ὀφείλουσι τὰ ἀρχαῖα ἔθη, ὑπακούειν ὀφείλομεν τοῖς ἐξηγηταῖς τῆς γραφῆς. Ἐν ἁγίῳ πνεύματι Παῦλος ἐλάλησε, τῷ αὐτῷ καὶ Πέτρος, καὶ οἱ λοιποί. εἶτε ἱεράρχαι, Βασίλειος ὁ μέγας, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, Ἰωάννης ὁ χρυσόστομος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν διδασκάλων χορὸς, ἀναφανέντες ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς διατρανώσαντες, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κηρύξαντες, καὶ ἡμῖν ταῦτα πάντα καλῶς σαφηνίσαντες.

Regula. *Κινεῖ.* *Τοῖς πατράσιν ὑπακουστέον.* *Φωστήρ.*

Καὶ πάλιν, ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον, ὁ αὐτὸς χρυσόστομος λέγει: ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ,,
ἑαυτὸν, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον. ,,
ὁρᾷς,

ὁρᾷς, ὅτι οὐ φύσεως, οὐδὲ ὑλικῆς ἀνάγκης ἐστὶ τὸ εἶναι χρυσοῦν, ἢ ὀστράκινον; ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως. καὶ ἐκεῖ, τὸ ὀστράκινον οὐκ ἂν γένηται χρυσοῦν, οὐδὲ τοὔμπαλιν. Ἐνταῦθα δὲ μεταβολὴ πολλή. Σκεῦος ἦν ὁ Παῦλος ὀστράκινον, ἀλλ' ἐγένετο χρυσοῦν: ὁ δὲ Ἰούδας, χρυσοῦν ἦν, ἀλλ' ἐγένετο ὀστράκινον.

Σκεῦος.

Ephes. 2

Καὶ ἔτι ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, ἐξηγούμενος τό, τῇ χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι: ἵνα μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρῃ σε, ὅρα, πῶς σε καταστέλλει, διὰ τῆς πίστεως. Ἵνα δὲ μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν, καὶ πάλιν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. Οὐδὲ ἡ πίστις, φησίν, ἐξ ἡμῶν. Εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; θεοῦ τὸ δῶρον. Μὴ γὰρ ἤρκει ἡ πίστις σῶσαι, φησίν. ἀλλ' ἵνα μὴ κενοὺς, μηδὲ ἀργοὺς σώσῃ, ταύτην ἐζήτησε, τὴν διὰ τῶν ἔργων. Καὶ τοῦτο θεοῦ δῶρον, ἵνα μή τις καυχήσηται. καὶ ὅτι οὐδείς, φησιν, ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἵνα δειχθῇ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ φιλανθρωπία. Οὐχὶ ἔχοντας ἔργα ἀπώσατο, ἀλλὰ προδεδομένους ἀπὸ τῶν ἔργων, χάριτι ἔσωσε. Εἶτα, ἵνα μὴ ἀκούσας τις, ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων ἀλλὰ πίστει τὸ πᾶν κατωρθώθη, ἀργὸς γένηται, ὅρα, τί ἐπήγαγεν: αὐτοῦ ἐσμὲν ποίημα, κτισθέντες ἐν χριστῷ ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Διαρκοῦς γὰρ ἡμῖν χρεία τῆς ἀρετῆς καὶ ἐκτεταμένης: ἄλλως δὲ οὐδὲν ὤνησεν ἂν ἡμᾶς τὸ πρᾶγμα. Τηρεῖν γὰρ δεῖ, ὅσα ἐνετείλατο ὁ χριστὸς, καὶ λύειν οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην τῶν ἐντολῶν: ἵνα ἡ πίστις ἡ ἀληθὴς, διὰ τῶν ὀρθῶν ἔργων ἀναφανῇ τῆς ἀρετῆς.

Διατί τῇ πίστει δεῖ ἔργων.

Κεφαλ. ιθ'. *Περὶ αἰτίου τῆς ἁμαρτίας.*

Τὸ ιθ'. διαλαμβάνει. ὅτι αἴτιον τῆς ἁμαρτίας ἡμεῖς, καὶ τὸ κακὸν ἡμέτερον θέλημα, καὶ ἡ προαίρεσις ἡμῶν: ὁ δὲ θεὸς οὐδόλως ἐστὶν αἴτιος κακῶν. Ὃ πάντως καλῶς ἔχει καὶ ἀληθῶς. ἐξηγούμενος γὰρ ὁ χρυσόστομος τὴν πρὸς Τιμόθεον, φησίν: ἴσθι, ὅτι πάντα ὁ θεὸς οἰκονομεῖ, πάντων προνοεῖ. Τὰ μὲν ἐνεργεῖ, τὰ δὲ συγχωρεῖ. Οὐδὲν πονηρὸν γίνεσθαι βούλεται. πάντα τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς, ὅτι οὐδὲν λανθάνει αὐτόν: πάντα δὲ τὰ κακὰ, ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου θελήματος. Οἱ δίκαιοι θλίβονται, ἵνα στεφανω-

rem vides, non eſſe naturæ, nec materialis neceſsitatis, eſſe aureum, aut teſtaceum: ſed noſtræ electionis. Illic, nec quod teſtaceum eſt, fieri aureum poteſt, nec contrà. Hîc verò magnæ mutationi locus eſt. Vas erat Paulus teſtaceum: ſed factus eſt aureum. Iudas aureum vas erat: ſed factus eſt teſtaceum.

Præterea ad Epheſios, vbi explicat hoc: Gratiâ ſeruati eſtis. Vt ne magnitudo beneficiorum efferat te: vide, quomodo te reprimat, Gratia per fidem. Contrà, ne libertas voluntatis damnũ accipiat: poſuit etiam, quod noſtrum eſt. Ac rurſus hoc ſuſtulit: Et hoc non ex nobis. Ne fides quidẽ, inquit, ex nobis eſt. Niſi enim nos vocauiſſet: quî potuiſſemus credere? Dei donum eſt. An non ſufficiebat, inquit, fides ad ſeruandum? Ne vacuos & otioſos ſaluaret: hanc quæſiuit, quæ inſtructa eſſet operibus. Et hoc, Dei donum eſt, vt ne quis glorietur. Nullus, inquit, ex operibus iuſtificatus eſt: vt oſtendatur gratia & humanitas Dei. Non repulit inſtructos operibus: ſed perditos, ſeu derelictos ab operibus (προδεδομένους ἀπὸ τῶν ἔργων: poteſt etiam ſignificare, præ manibus datos, ſeu præparatos ab operibus.) gratiâ ſaluauit. Deinde, ne quis audiens, non operibus, ſed fide, ſalutem nobis confectam eſſe, piger euadat: vide, quid inferat: Ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparauit Deus, vt in ijs ambulemus. Perpetuo enim contentoq; nobis virtutis ſtudio opus eſt. Aliter nulla vtilitas erit. Seruanda ſunt, quæcunq; mandauit Chriſtus: nec omittendum vel minimum mandatorum: vt benefactis & virtute veritas fidei comprobetur.

Cur ad fidem opera requirantur.

Cap. XIX. *De cauſa peccati.*

DEcimum nonum caput ſtatuit: cauſam peccati eſſe nos, malam voluntatem noſtram, propoſitumq; noſtrum: & Deum verò nullo modo authorem malorũ eſſe. Hoc per omnia verè & rectè dicitur. Nam in explicatione Epiſtolæ ad Timotheum Chryſoſtomus dicit: Scito, Deum omnia adminiſtrare, omnibus prouidere. Alia operatur, alia permittit: nullum malũ fieri vult. Omnia bona, & à nobis, & ab eius inclinatione, ſunt: quia nihil eſt, quod lateat ipſum. Omnia verò mala à noſtra voluntate ſunt. Affliguntur iuſti, vt coro-

coronentur peccatores, vt peccatorum pœnas pendant. Non omnes autem peccatores pœnas hîc pendunt, ne reſurrectio pleriſq; incredibilis videatur: non omnes iuſti affliguntur, ne malitiam in laude ponamus. Hæc nos perpendentes, nihil turbare poterit. Si S. literas audierimus continenter: reperiemus ea, quæ nos erudire poterunt ad ſalutem. In ſequentibus rurſus dicit. In nobis ſitum eſt, lucrum percipere ex malis, aut damnũ accipere. In cauſa ergo ſunt non ipſa mala, ſed noſtra electio. Afflictus eſt Iobus, æquo animo tulit, iuſtificatꝰ eſt. Alius multò minora paſſus eſt: impatiẽter tulit, indignatus eſt, Deo ſuccẽſuit: talis iudicatus & condẽnatus eſt. Robore igitur animi nobis opus eſt: tũ nihil nobis durũ videbitur. Infirmo verò animo, difficilia omnia. Actuoſus tunc etiam dæmon eſt: quando animum Deo vacuum reperit, quando animam temperantiæ expertem. Cùm enim non memor eſt præceptorum Dei: cùm non ſeruat iura & inſtituta eius: in captiuitatem Satanas abducit. Adamus ſi memor fuiſſet illius præcepti: De omni ligno comedes: ſi obſeruaſſet decretum illud: Quo die comederitis, moriemini: non accidiſſet ei malum, quod accidit. Nemo igitur Deum accuſet. Non enim cauſam dant incredulitati qui vocant: ſed qui reſiliunt, & tergiuerſantur. At debebat etiam inuitos retrahere? Apage. Non ille vi adigit, non cogit. Quis enim, queſo, ad honores, ad coronas, ad conuiuia, ad celebres conuentus, vocans, trahit inuitos & vinctos. Nemo prorſus. Contumelia hoc eſſet. In Geennam mittit inuitos: ad Regnum vocat voluntarios. Sed vnde eſt, quod non omnes eligunt? A ſua propria vnicuiq; imbecillitate. Cur non amputat hanc? Audi. Non creaturam condidit, docentem de ipſius erga genus noſtrum amore, & de ipſius potentia? Non prophetas miſit? Non vocauit? Non miracula fecit? Non Geennam minatus eſt? Non promiſit regnum? Non quotidie Solem ſuum oriri ſinit? At mallem, inquis, coactu & neceſſitate eſſe bonus, & omnino carere præmijs: quam voluntate & electione malus, & pœnis ſupplicijsq;? At fieri non poteſt: vt, quod coactum eſt, bonum & pulchrum ſit.

Deus non eſt cauſa peccati.

στεφανωθῶσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἵνα τῶν ἁμαρτιῶν δίκην ἐκτίσωσιν. Οὐ πάντες δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ δίκην ἐνταῦθα τίνουσιν, ἵνα μὴ τὴν ἀνάστασιν οἱ πολλοὶ ἀπιστῶσιν: οὐ πάντες δίκαιοι θλίβονται, ἵνα μὴ τὴν κακίαν ἐπαινετὴν νομίσωμεν. Ἂν ταῦτα ἀναλογιζώμεθα, οὐδὲν ἡμᾶς θορυβῆσαι δυνήσεται. ἂν τῶν γραφῶν ἀκούωμεν συνεχῶς, εὑρήσομεν τὰ δυνάμενα σοφίσαι ἡμᾶς εἰς σωτηρίαν. Παρακατιὼν δὲ πάλιν φησίν. Ἐν ἡμῖν ἐστι κερδαίνειν ἐκ τῶν δεινῶν, καὶ βλάπτεσθαι. οὐ παρὰ τὴν φύσιν δὴ τῶν δεινῶν γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν. ἔπαθεν Ἰὼβ, εὐχαρίστως ἤνεγκεν, ἐδικαιώθη. Ἕτερος καὶ ἐλάττονα πολὺ, ἐδυσφόρησεν, ἠγανάκτησεν, ἐδυσχέρανε πρὸς τὸν θεὸν, κατεκρίθη καὶ κατεδικάσθη. Ἰσχυρᾶς οὖν δεῖ ἡμῖν ψυχῆς, καὶ οὐδὲν ἡμῖν χαλεπὸν φανεῖται: ἀσθενούσης δὲ, τὰ πάντα. Ἐνεργεῖ γὰρ καὶ ὁ δαίμων τότε, ὅτε μὴ εὕρῃ νοῦν ἔνθεον, ὅταν μὴ σώφρονα ψυχήν. Ὅταν γὰρ μὴ μνημονεύῃ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, μηδὲ φυλάσσῃ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, τότε αἰχμάλωτον λαβὼν ἄπεισιν. Ὁ γὰρ Ἀδὰμ, εἰ ἐμνημόνευε τῆς ἐντολῆς, λεγούσης: ἀπὸ παντὸς ξύλου φαγῇ: εἰ ἐφύλαξε τὸ δικαίωμα, τὸ λέγον, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, ἀποθανεῖσθε, οὐκ ἂν ἔπαθεν ἅπερ ἔπαθεν. Μὴ τοίνυν τὸν θεὸν αἰτιάσθω τίς. Οὐ γὰρ παρὰ τῶν καλούντων γίνεται τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀποπηδώντων. ἀλλ' ἔδει, φησὶ, καὶ ἄκοντας ἐπαναγαγεῖν. Ἄπαγε. Οὐ γὰρ βιάζεται, οὐδὲ ἀναγκάζει. Τίς γὰρ ἐπὶ τιμὰς, καὶ στεφάνους, καὶ εὐωχίας, καὶ πανηγύρεις καλῶν, ἄκοντας καὶ δεδεμένους ἕλκει; οὐκ ἔστιν οὐδείς. τοῦτο γὰρ ὑβρίζοντός ἐστιν. Εἰς γέενναν πέμπει ἄκοντας: εἰς δὲ βασιλείαν ἑκόντας καλεῖ. Καὶ πόθεν οὐ πάντες αἱροῦνται; παρὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν. Τίνος δὲ ἕνεκα οὐκ ἔκοψε ταύτην; οὐχὶ κτίσιν εἰργάσατο διδάσκουσαν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν δύναμιν; οὐχὶ προφήτας ἔπεμψεν; οὐχὶ ἐκάλεσεν; οὐχὶ ἐθαυματούργησεν; οὐ γέενναν ἠπείλησεν; οὐ βασιλείαν ἐπηγγείλατο; οὐ καθεκάστην ἀνατέλλει τὸν ἥλιον; Ἐβουλόμην φησὶ πάλιν ἀνάγκῃ εἶναι καλὸς, καὶ πάντως ἀποστερεῖσθαι τῶν μισθῶν, ἢ προαιρέσει φαῦλος, καὶ κολάζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι. οὐκ ἔστι ποτὲ ἀνάγκῃ εἶναι καλόν.

Οὐχὶ ὁ θεὸς αἴτιος.

Εἰ μὲν

Εἰ μὲν οὖν ἀγνοεῖς τὸ πρακτέον, δεῖξον. καὶ τότε ἐροῦμεν ὅσα εἰπεῖν δεῖ. Εἰ δὲ οἶδας τὰ ἀπηγορευμένα, τίνος ἕνεκεν οὐ φεύγεις τὸ πονηρόν; οὐ δύναμαι, φησίν. ἀλλ' ἕτεροι οἱ τὰ μείζω κατορθώσαντες κατηγορήσουσί σου, καὶ ἐπιστομίσουσί σε ἐκ περιουσίας πολλῆς. Σὺ μὲν γάρ, φησιν, ἴσως καὶ μετὰ γυναικὸς οὐ σωφρονεῖς, ἄλλος δὲ καὶ χωρὶς γυναικός, ἀκέραιαν τὴν ἁγνείαν διατηρεῖ. Τίνα οὖν ἔχεις ἀπολογίαν, τὸ μέτρον οὐ φυλάττων; ἀλλ' οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος, φησί, τὴν φύσιν. Ἐπειδὴ μὴ θέλεις, οὐκ ἐπεὶ μὴ δύνασαι. Καὶ γὰρ δείκνυμαι, πάντας ἐπιτηδείως πρὸς ἀρετὴν ἔχοντας. Ὃ γὰρ μὴ δύναταί τις ποιῆσαι, οὐδὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης δυνήσεται. Εἰ δὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης δυνήσεται, ὁ μὴ ποιῶν, παρὰ προαίρεσιν οὐ ποιεῖ. Οἷον τι λέγω. ἀναπτῆναι, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀρθῆναι, σῶμα ἔχοντα βαρύ, πάντως οὐ δυνατόν. Τί οὖν εἰ βασιλεὺς ἐπιτάξειε τοῦτο ποιῆσαι, καὶ θάνατον ἠπείλησε, λέγων: ὅτι τοὺς μὴ πετομένους ἀνθρώπους ἀποτέμνεσθαι κελεύω, καὶ καίεσθαι, ἢ ἄλλο τι πάσχειν τοιοῦτον. ἆρα ἄν τις ἐποίησεν; οὐδαμῶς. οὐ δέχεται γὰρ ἡ φύσις. Ἂν δὲ θῇ δόγμα, σωφρονεῖν, ἆρα οὐκ ἂν ἐπείσθησαν πολλοὶ τῷ προστάγματι; οὐχί, φησί, διὰ τοὺς παραβαίνοντας. ἀλλ' εἰ δήσας καθείρξω, δυνήσεται ἐνεγκεῖν, καὶ μηδὲν παθεῖν ἀηδές. Οὔκουν ὁ δεῖνα φύσει καλός. καὶ ὁ δεῖνα φύσει κακός. οὐ γὰρ ἂν μεταβάλλοιτο, ὡς ὁρῶμεν ἐμφανῶς.

Οὐδεὶς φύσει κακός, ἀλλὰ προαιρέσει.

Heus tu, ſi neſcis, quid facere debeas, indica: tunc te de omni officio docebimus. Sin autem ſcis, quæ vetita ſunt: age, cur non fugis malum? Non poſſum, inquis. Ergo alij qui maiora cum laude fecerunt te accuſabunt: tibi os abundè obturabũt. Tu enim fortè (exempli cauſâ) vxorem habens, caſtus non es: alius etiam in cœlibatu purus permanet. Quam igitur habes defenſionem in tali exceſſu? Non ſum ita factus naturâ, inquis. Ita, quia non vis: non, quia non potes. Demonſtro enim ego, omnes ad virtutem aptos eſſe. Nam, quod volens non poteſt aliquis facere, ne neceſſitate quidem coactus poterit. Sin neceſſitate poterit: qui non facit, voluntate ſua non facit. Exempli gratia, qui graue corpus habet, fieri non poteſt, vt ad coelum ſubuolet. Quid ergo, ſi Rex imperet hoc ſub pœna mortis, dicens: Homines non volantes, obtruncari iubeo, & cremari, aut aliter necari: num'ne aliquis faceret? Nequaquam. Repugnat enim natura. Si verò decretum faciat, temperantiam colendam eſſe: num non multi dicto audientes fuerint? Negas, propter transgreſſores. At ſi talem in vincula coniecero: poterit is illi decreto obedire, & pœnam effugere: Non igitur alius naturâ bonus eſt, alius naturâ malus. Alioqui non mutaretur, ſicut manifeſtè uidémus.

Nemo eſt φύσει malus, ſed βουλήσει.

Κεφαλ. κ'. Περὶ ἀγαθῶν ἔργων.

Τὸ δὲ εἰκοστόν ἐστι, τὸ φάσκον, πῶς ὑμεῖς τὰ ἀγαθὰ μὲν τῶν ἔργων οὐ κωλύετε, ἀποκαλεῖτε δέ, τὰς ἑορτάς, τὰς τελετάς, τὰς ῥητὰς νηστείας, τὰς ἀδελφότητας, τὴν μοναχικὴν πολιτείαν, καὶ τἆλλα τὰ τούτοις ὅμοια ἔργα ἀνωφελῆ. τοῦτο οὐ καλόν ἐστιν, οὐδὲ τοῖς θείοις πατράσι συνᾶδον. Εἰ γὰρ τὰ ἀγαθὰ ἔργα στέργετε πάντα, ὡς λέγετε, καὶ ταῦτα, ἀγαθὰ ὄντα, στέργειν ὀφείλετε. αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει: ὁ ἀσκητικὸς βίος, ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν. Καὶ πᾶν τὸ δυνάμενον πρὸς αὐτὴν συνεργῆσαι τὴν πρόθεσιν, ὡς θείαν ἐντολήν, οὕτω μετὰ φόβου θεοῦ παραφυλάττειν. Οὐδὲ γὰρ αὐταὶ αἱ ἐντολαὶ τοῦ θεοῦ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσι, εἰ μὴ πρὸς τὸ σωθῆναι τὸν ὑπακούοντα. Χρὴ τοίνυν, καθάπερ οἱ ἐπὶ

Ἐγκώμια τῆς μοναστικῆς διαγωγῆς.

Cap. XX. De bonis operibus.

IN Vigeſimo capite dicitur, à vobis bona opera non prohiberi: ferias tamen initiationes & ceremonias, ieiunia certa, fraternitates, Monaſticam vitam, cæteraq; his ſimilia, nominatis opera inutilia. Id, bonum nõ eſt, nec S. patribus conſonum. Si enim bona opera amatis omnia, vt dicitis, etiam hæc, quia bona, amare debetis. Prodeat ſtatim Baſilius magnus: is ita dicit. Aſcetica vita (id eſt, Monaſtica, in ſtudio & exercitatione ſita) vnum ſibi habet finem propoſitum, ſcilicet animæ ſalutẽ, & vt omnia, quæ huic propoſito inſeruiunt, tanquã mandatũ diuinum, cũ timore Dei obſeruet. Nec enim ipſa mandata Dei aliò reſpiciunt: niſi vt ſalutẽ, qui eis paret, adipiſcatur. Neceſſe igitur eſt, ſicut illi qui

Commendatio Vita Monaſtica.

qui in balneum ingrediuntur, omnem veſtem exuunt; ita hos, qui aſceticam accedunt vitam, omni materia & impedimentis huius ſeculi nudatos, in hanc Philoſophicam ſtudioſamq; includi vitam. Primum eſt, nudari vitijs, & malis affectibus: proximum, etiam materialibus (id eſt, mundanis) omnibus. Poſtquam ſeſe in mutuum conuictum contulerint: hoc ante omnia in ipſis fixum ratumq; eſſe debet: vt vnum ſit in omnibus cor, eadem voluntas, ſimilis cupiditas, ſecundum legem ab Apoſtolo præſcriptam. Vnum fieri corpus, ex diuerſis membris compactum, in toto hoc fraterno cœtu: in quo nulla rerum proprietas ſit, ſed omnia communia. Laudandi ergo tales monachi ſunt: præſertim quia, quotquot amore cœleſti ſauciati ſunt: vt in boni & pulchri inueſtigatione verſentur, ſponſoq; Chriſto inſeruiant: hi ſubinde in alio atq; alio rerum laudabilium genere ſe exercent in Eccleſia: quorum alij virginitatem cantu laudant: alij caſtigationem corporis, quæ ieiunando & humi cubando fit, celebrant: alij celſitatem animi in illis, qui Domini cauſa bonis ſuis ſe abdicant, admirantur: atq; has laudes prolixè commemorant. Quod non eo conſilio fit: vt, quomodo ſingula hæc obeunda ſint, doceant: ſed quòd laudes eorum, profectui modò boni & pulchri ſufficere arbitrentur: ſicut contrà, quicquid non tale eſt, reprehenſionem mereri. Quemadmodum enim qui ab aliquo vocati ſunt: ſi is metendi cauſa vocauit, ſe ad id comparant: ſin ædificandi gratia, ad hoc ſe inſtruunt: ita, qui in nomine Domini congregati ſunt: omni modo ſcire debent, quoniam in finem is congregauerit: & ad hunc ſe conformare: vt ne à ſcopo aberrent, ſed beneplacendi gratiam tangant: nec malitiæ aut negligentiæ nomi-
" ne condemnentur. Meminiſſe ergo il-
" lius, quod Apoſtolus dicit: Adhortor vos
" ego vinctus in Domino: vt dignè ambule-
" tis vocatione, qua vocati eſtis. Dilucidiùs nobis Dominus totum ſubijcit: promiſ-
" ſione ad vnum directa. Si quis, inquit,
" diligit me: ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget ipſum: & ad eum veniemus,

οἱ ἐπὶ τὸν λουτρὸν εἰσιόντες γυμνοῦνται παντὸς περιβλήματος, οὕτω καὶ τοὺς τῇ ἀσκητικῇ προσερχομένους ζωῇ, πάσης ὕλης βιωτικῆς γυμνωθέντας, ἐντὸς τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν γενέσθαι βίου. Τὸ προηγούμενόν ἐστι, γυμνωθῆναι τὰ κατὰ τὴν κακίαν πάθη, τὸ ἑπόμενον δὲ, καὶ ὑλικῶν πάντων. Ὅταν δὲ τὴν μετ' ἀλλήλων ζωὴν καταδέξωνται, χρὴ τοῦτο πρὸ πάντων ἐν αὐτοῖς κρατηθῆναι, τὸ μίαν ἐν πᾶσι καρδίαν εἶναι, καὶ θέλημα ἓν, καὶ ἐπιθυμίαν, καθὼς νομοθετεῖ ὁ ἀπόστολος· ἓν γίνεσθαι σῶμα ἐκ διαφόρων μελῶν συνηρμοσμένον, πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς συνοδίας τῶν ἀδελφῶν, οὐδὲν ἴδιον ἐχόντων, ἀλλὰ τὰ πάντα κοινά. Χρὴ τοίνυν ἐπαινεῖν τοὺς τοιούτους τῶν μοναχῶν, καὶ ταῦτα, ὅσους ὁ οὐράνιος ἔρως πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κατανόησιν ἔτρωσε, τὸν νυμφίον χριστὸν περιέπειν, ἄλλας παρ' ἄλλοις τοῦ καλοῦ τὰς ἰδέας ἀσκούμενοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ᾄδοντες, οἱ μὲν τῆς παρθενίας ὕμνους, οἱ δὲ, τῶν νηστείαις τε καὶ χαμευνίαις ὑπωπιαζόντων τὸ σῶμα ἐγκώμια; ἄλλοι δὲ, τὸ μεγαλόψυχον τῶν πιπρασκόντων διὰ τὸν κύριον τὰ ὑπάρχοντα θαυμάζοντες, τοὺς ἐπαίνους ἐν μακρῷ διεξέρχονται. Οὐχ ὅπως ἕκαστον μετιέναι προσήκει τῶν εἰρημένων, διδάσκειν οἰόμενοι: ἀλλὰ τοὺς ἐπαίνους τῶν εἰρημένων, εἰς τὴν τοῦ καλοῦ προκοπὴν μόνον ἀρκεῖν λογιζόμενοι: ἐπιτιμᾶν δὲ τοῖς μὴ τοιούτοις. Ὥσπερ γὰρ οἱ κληθέντες ὑπό τινος, εἰ μὲν σκοπὸς πρόκειται τῷ καλέσαντι τοῦ θερίσαι, πρὸς αὐτὸ ἑαυτοὺς παρασκευάζουσι, εἰ δὲ σκοπὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι, πρὸς τὴν οἰκοδομὴν εὐτρεπίζονται: οὕτως οἱ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου συναχθέντες, πάντως ὀφείλουσιν εἰδέναι τὸν σκοπὸν τοῦ συναγαγόντος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἑαυτοὺς καταρτίζειν, ἵνα μὴ ἀποτύχωσιν, ἀλλ' εὐαρεστήσεως χάριν εὕρωσι: καὶ μὴ κακίας ἢ ἀμελείας κρίματι ὑποπέσωσι. Καὶ
μνημονεύειν ὀφείλουσι τοῦ ἀποστόλου λέγον- "
τος. Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος "
ἐν κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, "
ἧς ἐκλήθητε. Σαφέστερον δὲ ὁ κύριος "
ἡμῖν ἐφίστησι τὸ πᾶν διὰ τῆς πρὸς ἕνα ἐ- "
παγγελίας εἰπών: ἐάν τις ἀγαπᾷ με, "
τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα

Ἐνταῦθα, τελεία φιλία, καὶ ἀληθινὴ φιλοσοφία.

Αἱ τῶν μοναζόντων ἀσκήσεις.

σόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. ὡς οὖν γίνεται παρὰ τούτῳ ἡ μονὴ, ἐκ τῆς τηρήσεως τῶν ἐντολῶν. οὕτω καὶ τῶν δύο, ἢ τριῶν ἐν μέσῳ ἐστὶν, ἐὰν πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ καταρτισθῶσιν. εἰ δὲ μὴ ἀξίως τῆς κλήσεως, μηδὲ πρὸς θέλημα τοῦ κυρίου συνηγμένοι, κἂν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνῆχθαι ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου δοκῶσιν, ἀκούουσι: τί με καλεῖτε, κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ ἐγὼ λέγω. Ὁ τοίνυν βουλόμενος μέτοχος γενέσθαι τῆς θείας δόξης, καὶ ὥσπερ ἐν καθαρῷ κατόπτρῳ τὴν χριστοῦ μορφὴν ὁρᾶν, ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, ὀφείλει ἀκορέστῳ στοργῇ καὶ ἀπλήστῳ διαθέσει, ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ζητεῖν τὴν τοῦ θεοῦ ἀνάληψιν ἐν δυνάμει. ἧς ἀμήχανον μεταχεῖν, εἰ μὴ, ὡς προείπομεν, πρότερον ἀπεχόμενος τῆς τοῦ κόσμου ἡδυπαθείας, τῶν τε ἐπιθυμιῶν, τῆς ἐναντίας δυνάμεως, ἥτις φωτὸς ἀλλοτρία ἐστὶ καὶ ἐνεργείας ἀνοίκειος ἀγαθῆς, καὶ πάντη ἀπεξενωμένη, τυγχάνει. Τοιγαροῦν, εἴπερ βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν κτισθέντες, καὶ τεθέντες ἐν παραδείσῳ τελευταῖον παρασυνεβλήθημεν τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθημεν αὐτοῖς, ἀποπεπτωκότες τῆς ἀχράντου δόξης, γίνωσκε, ὅτι, ἐπεὶ διὰ τῆς παρακοῆς δοῦλοι τῆς σαρκὸς τοῖς πάθεσι γενόμενοι, ἑαυτοὺς ἀπῳκίσαμεν τῆς μακαρίας ζωῆς, τῆς τῶν ζώντων χώρας. καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενόμενοι, ἔτι ἐπὶ τῶν ποταμῶν βαβυλῶνος καθεζόμεθα, καὶ διὰ τὸ ἔτι ἐν αἰγύπτῳ ἡμᾶς κατέχεσθαι, οὔπω ἐκληρονομήσαμεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τὴν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα. οὔπω συνεραντίσθη ἡμῶν ἡ καρδία τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ. ἔτι γὰρ τὸ πέτευρον τοῦ ᾅδου, καὶ τὸ ἄγκιστρον τῆς κακίας ἐμπέπηκται αὐτῇ. οὔπω ἀπειλήφαμεν τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτῆρος χριστοῦ. ἔτι γὰρ τὸ κέντρον τοῦ θανάτου ἐμπέπαρται ἡμῖν. οὔπω ἐνεδυσάμεθα τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. ἐπειδὴ οὔπω ἀπεδυσάμεθα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. οὔπω φορέσαντες τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, σύμμορφοι τῆς δόξης αὐτοῦ γεγονότες. ἔτι γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φοροῦμεν. οὔπω προσεκυνήσαμεν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ θεοῦ, διὰ τὸ ἔτι βασιλεύειν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι.

Τὰ τῆς προγονικῆς ἁμαρτίας κακὰ θεραπεύεται τῇ μοναστικῇ.

οὔπω

niemus, & manſionem apud eum faciemus. Sicut itaq; fit apud hunc manſio, obſeruatione præceptorum: ita ipſe etiam duorum aut trium in medio eſt: ſi ad eius voluntatem ſe hi comparent. Sin non dignè vocatione, nec ad voluntatem Domini, congregati ſint: quanquam in vnum conueniſſe in nomine Domini videantur, audiunt illud. Quid dicitis mihi, Domine, Domine, nec facitis, quæ ego dico? Qui igitur particeps velit fieri diuinæ gloriæ: &, tanquam in ſpeculo mundo, Chriſti formam videre oculis mentis: is debet inſatiabili amore, & inexplebili affectione, ex toto corde & viribus, dies noctesq; quærere: quomodo pro viribus Deum apprehendere poſſit. Quod nullo modo fieri poteſt: niſi, vt antè diximus, priús renunciârit voluptatibus mundi, concupiſcentiæ, aduerſariæ potentiæ, (id eſt, Satanæ) quæ aliena à luce eſt, & bonis actionibus inimica, & omnino ab hoſpitio virtutis excluſa. Itaq;, ſi diſcere cupis: cuius finis gratia conditi, & in paradiſo poſiti, ad extremum comparati fuerimus ſtolidis beſtijs, iiſq; ſimiles facti, delapſi ab illa ſincera gloria: noſce, quòd, dum per inobedientiam ſerui affectibus carnis facti fuimus, ipſi nos domicilio beatæ vitæ, & viuentium regione, priuauimus, & captiuitati obnoxij facti, adhuc ad flumina Babylonis ſedemus: &, quia etiamnum in Aegypto detinemur, nondum adiuimus hæreditatem terræ promiſſæ, melle & lacte fluentis. Nondum conſperſum eſt cor noſtrum ſanguine agni Dei. Adhuc enim laqueus inferorum, & vitiorum hamus, ei infixus eſt. Nondum recepimus exultationem conſeruatoris Chriſti. Adhuc enim ſtimulus mortis inhæret nobis. Nondum induimus nouum hominem: qui ſecundum Deum conditus eſt in ſanctitate & iuſtitia: quia nondum exuimus veterem hominem: qui corrumpitur ſecundum cupiditates deceptionis. Nondũ geſtauimus imaginẽ illius cœleſtis, conformes glorię eius facti. Adhuc enim imaginẽ terreni geſtamus. Nondũ adorauimus in ſpiritu & veritate Dei: eò quòd adhuc regnat peccatum in corpore noſtro mortali.

 Nondum

Nondum ſpectauimus gloriam incorruptibilis Dei. Adhuc enim nocte illuni vetamur. Nondũ induti ſumus armis lucis: quia nondum exuimus arma et facta tenebrarum. Nondum transformati fuimus renouatione mentis. Adhuc enim accommodamus nos figuræ habituiq; huius ſeculi, vanitate mentis. Adhuc ſumus in carnis paſsionibus, & in concupiſcentijs. Nondum hæredes Dei, & cohæredes Chriſti, facti ſumus. Adhuc enim Spiritus ſeruitutis ineſt nobis, non adoptionis. Nondum facti ſumus templum Dei: & oratorium ſeu ſacrarium Spiritus S. Adhuc enim templum Idolorum, & receptaculum ſpirituum malorum, propter impetum, quo ad perturbationes, animi noſtri, feruntur. Veriſsimè enim nondum ſimplicitatem morum, & cogitationum ſplendorem, poſsidemus. Nondum donati ſumus doli experte, candido, & rationali lacte, & intelligibili, ſeu ſpirituali, incremento. Nondum dies nobis luxit: neq; Lucifer in cordibus noſtris exortus eſt. Nondum contemperati ſumus cum ſole iuſticiæ: neq; cum ſplendore eius coniuncti reſplenduimus. Nondum recepimus Domini ſimilitudinem: nec facti ſumus diuinæ participes naturæ. Nondum facti ſumus infucata purpura Regia: neq; germana imago diuina. Nondum ſaucij ſumus amore diuino: nec icti ſumus Spirituali charitate ſponſi. Nondum inuiſibilem & myſticam communionem nouimus. Atq;, vt in pauca conferam omnia, nondum ſumus genus electum, Regium ſacerdotium, gens ſancta: quia adhuc ſumus ſerpentes, progenies viperarum. Quomodo enim non ſerpentes: qui in terra repimus, terrena ſapimus, nec in cœlis ciuitatem habemus? Quomodo non progenies viperarum: qui non obedientes Deo deprehendimur, ſed rebelles, ad noſtram libidinem viuentes? Quomodo igitur exclamabo, & lachrymabor ad illum: qui poteſt expellere in me habitantem errorem? Quomodo exterminabo animi mei motus: & particeps fiam gloriæ Dei? Studebo irreprehẽſus Dei filius fieri: & ingredi in illam requietem: quam præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus. Profundã lachrymas, vt torrentes: lauabo ſingulis noctibus cubile meũ: vt ex afflictione & compreſsione cordis miſericordiã conſequar:

οὔπω ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ. ἔτι γὰρ ὑπὸ τῆς σκοτομήνης διειργόμεθα. οὔπω ἐνεδυσάμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, ἐπεὶ οὔπω ἀπεδυσάμεθα τὰ τοῦ σκότους ὅπλα τε καὶ ἔργα. οὔπω μετεμορφώθημεν τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς, ἔτι γὰρ συσχηματιζόμεθα τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἐν τῇ τοῦ νοὸς ματαιότητι. ἔτι ἐσμὲν ἐν τοῖς σαρκικοῖς παθήμασι, καὶ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις. οὔπω κληρονόμοι θεοῦ, καὶ συγκληρονόμοι χριστοῦ γεγόναμεν. ἔτι γὰρ πνεῦμα δουλείας ἐνυπάρχει ἡμῖν, καὶ οὐχ υἱοθεσίας. οὔπω γεγόναμεν ναὸς θεοῦ, καὶ εὐκτήριον πνεύματος ἁγίου. ἔτι γὰρ ναὸς εἰδώλων, καὶ δοχεῖον πνευμάτων πονηρῶν, διὰ τὴν ἐπὶ τὰ πάθη ὁρμήν. ὄντως γὰρ ὄντως, οὐδέπω τὸ ἀκέραιον τοῦ τρόπου καὶ τὴν τῆς διανοίας λαμπρότητα ἐκτησάμεθα. οὔπω κατηξιώθημεν τοῦ ἀδόλου καὶ λογικοῦ γάλατος, καὶ τῆς νοητῆς αὐξήσεως. οὔπω ἡμῖν ἡμέρα ηὔγασεν, οὐδὲ ἑωσφόρος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀνέτειλεν. οὔπω συνεκράθημεν τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, οὐδὲ ταῖς αὐγαῖς αὐτοῦ συνηστράψαμεν. οὔπω ἀπειλήφαμεν τὴν τοῦ κυρίου ὁμοίωσιν, οὐδὲ γεγόναμεν τῆς θείας κοινωνοὶ φύσεως. οὔπω γεγόναμεν ἄδολος πορφύρα βασιλικὴ, οὐδὲ ἀνόθευτος εἰκὼν θεϊκή. οὔπω ἐτρώθημεν ὑπὸ θείου ἔρωτος, οὐδὲ ἐπλήγημεν ὑπὸ τῆς πνευματικῆς ἀγάπης τοῦ νυμφίου. οὔπω τὴν ἀόρατον καὶ μυστικὴν κοινωνίαν ἐγνωρίσαμεν. καὶ ἵνα συνελὼν τὰ πάντα εἴπω, οὔπω ἐσμὲν γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. ἐπεὶ ἐσμὲν ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. πῶς μὲν γὰρ οὐκ ὄφεις, οἱ ἐπὶ γῆς συρόμενοι, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες, καὶ οὐκ ἐν οὐρανοῖς τὴν πολιτείαν ἔχοντες; πῶς δὲ οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν, οἱ μὴ ἐν τῇ ὑπακοῇ τοῦ θεοῦ εὑρισκόμενοι; ἀλλ' ἐν παρακοῇ, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις θελήμασι. πῶς οὖν ἐκβοήσω καὶ δακρύσω πρὸς τὸν δυνάμενον ἐξελάσαι τὴν αὐλιζομένην ἐν ἐμοὶ πλάνην; πῶς ἐξολοθρεύσω τὰ ἐν ἐμοὶ πάθη, καὶ μέτοχος γένωμαι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ; σπουδάσω ἄμωμον τέκνον τοῦ θεοῦ γενέσθαι, καὶ εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς. καταφέρω δάκρυα, ὡς χειμάῤῥους: λούσω καθεκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἵνα ἐκ θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἐλεηθῶ.

καὶ,

καὶ, ὡς ἡ Μαρία, τὴν ἀγαθὴν ἐκλεξάμενος μερίδα, εἰσακουσθῶ, καὶ τοῦ ἐπουρανίου ἄρτου ἀξιωθῶ.

Ἀπορία, περὶ φυλάξεως τῶν θείων ἐντολῶν.

Λύσις.

Ἆρα οὖν, φησίν τις, τὰ πλήθη τῶν χριστιανῶν, μὴ φυλάσσοντα πάσας τὰς ἐντολάς, ἀνόνητον ἕξει τὴν τινῶν φυλακήν; πρὸς τοῦτο τὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου μνημονεῦσαι καλόν, τοῦ μετὰ τοσαῦτα μὲν κατορθώματα, τοσούτους δὲ μακαρισμούς, ἐφ' ἑνὶ μόνῳ ἀκούοντος: ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Ἐῶ δὲ λέγειν, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνο ῥαθυμίαν οὐδὲ καταφρονήσεως εἶχεν ἔνδειξιν, ἀλλὰ τιμῆς καὶ εὐλαβείας ἦν ἔμφασις. Καὶ μὴν, εἴποι τις ἄν, γέγραπται, πᾶς ὃς ἐπικαλέσεται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται. ὥστε ἀρκεῖ καὶ αὕτη ἡ ἐπίκλησις τοῦ κυρίου, σῶσαι τὸν καλούμενον. ἀλλ' ἀκουέτω καὶ οὗτος τοῦ Ἀποστόλου, λέγοντος, πῶς οὖν ἐπικαλέσονται, εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν. Εἰ δὲ πιστεύεις, ἄκουε τοῦ κυρίου: οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου. Ὅπου γε καὶ ὁ τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἐργαζόμενος, μὴ καθὼς θέλει δὲ ὁ θεός, μηδὲ ἐν διαθέσει τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης τοῦτο ποιῶν, ἀνόνητον ἔχει τὴν τοῦ ἔργου σπουδήν: κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν, ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Ὅθεν καὶ Παῦλος ἐπαιδεύθη εἰπεῖν, ὅτι κἂν ψωμίσω τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθῶ, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

Ἡ φιλήδονος ζωὴ, κατακρίσιμος. Τὰ ἀγαθὰ τῶν ἔργων, ἀναγκαῖα.

πῶς οὖν τὸν καθ' ἡδονὴν βίον, τοῦ κατ' ἐντολὴν προτιμήσαντες, ζωῆς μακαριότητα, καὶ ἰσοπολιτείαν ἁγίων, καὶ τὰς μετὰ ἀγγέλων εὐφροσύνας, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ἑαυτοῖς ὑποθώμεθα; νηπίας ὄντως φρενὸς τὰ τοιαῦτα φαντάσματα. πῶς ἔσομαι μετὰ Ἰὼβ, ὁ μηδὲ τὴν τυχοῦσαν πίστιν μετὰ εὐχαριστίας δεξάμενος; πῶς μετὰ τοῦ Δαυὶδ, ὁ μὴ πρὸς τὸν πολέμιον μακροθύμως διατεθείς; πῶς μετὰ Δανιὴλ, ὁ μὴ μετ' ἐγκρατείας διηνεκοῦς, καὶ δεήσεως φιλοπόνου, τὸν θεὸν ἐκζητήσας; πῶς μεθ' ἑκάστου τῶν ἁγίων, ὁ μὴ τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν περιπατήσας; τίς οὕτως ἄκριτος ἀθλοθέτης, ὃς τῶν ἴσων ἀξιῶσαι

&, ſicut Maria, bonâ parte electâ, exaudiar: & cœleſti pane dignus habear.

Obiectio.

Dicet aliquis: Num Chriſtianis, ſi non obſeruent omnia mandata, nihil proderit, aliqua obſeruaſſe?

Solutio.

Aduerſus hoc vtile eſt meminiſſe illud D. Petri: qui poſt tot benefacta, poſt tales beatitatis prædicationes, ob vnum tantùm audiuit ſibi dici: Niſi lauero te, non habes partem mecum. Omitto dicere, nec illud ſocordiam aliquam habuiſſe, aut contemptionis ſignificationem, ſed honoris & reuerentiæ indicium fuiſſe. At dicat aliquis, ſcriptum eſſe: quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluum fore. Ergo nobis etiam inuocationem hanc Domini ſatis eſſe ad ſalutem. At inuicem audiat Apoſtoli dictum: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Sed ſi credis, audi Dominum. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, ingredietur in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Vbi etiam is, qui voluntatem Domini facit: non tamen ita, vt hic vult: nec affectione amoris erga ipſum: fruſtra illi operi ſtuduit: ſicut Dominus ait: Faciunt, vt conſpiciantur ab hominibus. Amen dico vobis, abſtulerunt mercedem ſuam. Vnde Paulus etiam didicit dicere: Si in alimoniam omnes facultates meas inſumam: &, ſi tradam corpus meum, vt comburar: charitatem autem non habeam: nihil vtilitatis capio.

Bonorum operum neceſſitas, contra vitã voluptariam.

Qua igitur fronte voluptariam vitam, vitæ præceptis Dei conſonæ anteferentes, beatam vitam, & ſanctorum conuerſationem, & communes cum Angelis lætitias, in conſpectu Chriſti nobis ſubijciamus, atq; apud animum noſtrum proponamus? Puerilis profectò mentis, tales imaginationes ſunt. Quomodo ero cum Iobo: qui ne paruam quidem & vulgarem fidem, grato animo habuerim? Quomodo cum Dauide: qui non erga inimicum tolerans & placabilis fuerim? Quomodo cum Daniele: qui non continua continentia, & laborioſa deprecatione Deum quæſiuerim? Quomodo cum vnoquoq; Sanctorum: qui non per veſtigia ipſorũ inceſſerim? Quis ita iudicio carens, ludorum præſes eſt: qui æqualibus

dignari coronis victorem,& qui non certauit,velit? Quis Imperator,ad æqualem ſpoliorum partem cum victoribus, eos, qui ne quidem conſpecti fuerunt in prælio,vnquam vocauit? Bonus quidem eſt Deus: ſed idem etiam iuſtus. Ne ergo ex dimidio tantùm Deum cognoſcamus,nec occaſionem negligentiæ ex eius humanitate capiamus. Ideo tonitrua ſonant, ideo fulmina cadunt: ne contemnatur illius bonitas. Qui ſolem facit oriri,etiam viſu priuat: qui imbrem dat, etiam igne pluit. Illa à bonitate proficiſcuntur: hæc à ſeueritate. Aut propter illa diligamus,aut propter hæc timeamus: vt ne dicatur nobis illud: An'ne diuitias bonitatis eius & tolerantiæ,contemnis: ignorans,bonitate Dei te ad pœnitentiam duci? Nunc duritiâ tuâ „ & pœnitentiæ neſcio corde, tibimet colli„gis & reponis iram in die iræ. Quandoquidem igitur nec ſaluari poſſumus: niſi faciamus opera à Deo præcepta: nec, negligere aliquid ex mandatis, periculo vacat (magna enim arrogantia fuerit, ſi nos in legiſlatorem ſedere iudices velimus) age obſeruationem Euangelicorum dogmatum honoremus, cum fide vera: communem curam & conſultationem ſuſcipiamus: quomodo nihil nos effugiat mandatorũ.

Epheſ. 4 Si enim perfectus eſſe debet homo Dei: o„mnino neceſſe eſt, per omne mandatum „ perfici: dum perueniat ad iuſtam menſuram ætatis & ſtaturæ completi corporis Chriſti. Vt enim mihi neceſsitas incumbit, ac væ mihi inſtat, niſi Euangelium docuero: ita par vobis certamen propoſitum eſt: ſi negligentes in perpendendis auditis fueritis: & aut remiſſè & diſſolutè in cuſtodiendis præceptis, ipſoq; opere implendis, vos geſſeritis. Inquit enim Domi„nus: Sermo, quem locutus ſum, ille iudi„cabit eum in extremo die. Et, Seruus, qui „ non ſciuit, ſed fecit tamen digna plagis, „ vapulabit paucis: qui verò ſciuit, nec fecit, nec ad voluntatẽ illius ſe parauit, vapulabit multis. Fiat ergo œconomia & tractatio verbi, mihi quidẽ inculpabilis, vobis verò fructuoſa. Tanquam ergo ſcientes, contra faciem noſtram ſermones diuinitus inſpiratæ

σθαι στεφάνων τὸν νικητὴν, καὶ τὸν μηδὲν ἠγωνισμένον ἐθελήσειεν; τίς στρατηγὸς εἰς τὴν μερίδα τῶν σκύλων, ἐξ ἴσου ποτὲ τοῖς νενικηκόσι, τοὺς μηδὲ φανέντας ἐπὶ τῆς μάχης, ἐκάλεσεν; ἀγαθὸς ὁ θεός: ἀλλὰ καὶ δίκαιος. μὴ οὖν ἐξ ἡμισείας τὸν θεὸν γνωρίζωμεν, μηδὲ ἀφορμὴν ῥαθυμίας τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν λαμβάνωμεν. διὰ τοῦτο βρονταί, διὰ τοῦτο κεραυνοί, ἵνα μὴ καταφρονῆται ἡ ἀγαθότης. ὁ τὸν ἥλιον ἀνατέλλων καὶ ἀβλεψίαν καταδικάζει. ὁ τὸν ὄμβρον διδοὺς, καὶ τὸ πῦρ βρέχει. ἐκεῖνα τῆς χρηστότητος, ταῦτα τῆς ἀποτομίας. ἢ δι' ἐκεῖνα ἀγαπήσωμεν, ἢ διὰ ταῦτα φοβηθῶμεν, ἵνα μὴ ῥηθῇ καὶ ἡμῖν: ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις ἑαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Ἐπεὶ τοίνυν οὔτε δυνατὸν σωθῆναι, μὴ ποιοῦντας τὰ κατ' ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ἔργα, οὔτε παριδεῖν τι τῶν προστεταγμένων ἀκίνδυνον, δεινὴ γὰρ ἡ ἔπαρσις, κριτὰς ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου καθέζεσθαι, φέρε φυλακὴν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων τιμήσωμεν, κατὰ πίστεως ἀληθοῦς, κοινὴν φροντίδα καὶ βουλὴν προσθώμεθα, ὅπως ἂν μηδὲν ἡμᾶς διαφύγῃ τῶν ἐντεταλμένων. εἰ γὰρ δεῖ τέλειον εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον, ἀνάγκη πᾶσα διὰ πάσης ἐντολῆς καταρτισθῆναι, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. ὥσπερ γὰρ ἐμοὶ ἀνάγκη ἐπίκειται, καὶ οὐαί μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι, οὕτω καὶ ὑμῖν ἴσος ἄγων ἀποραθυμήσασι πρὸς τὴν ἐξέτασιν ἢ ἀτόνως καὶ ἐκλελυμένως πρὸς τὴν φυλακὴν τῶν παραδιδομένων, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων πλήρωσιν διατεθεῖσιν. Διότι φησὶν ὁ κύριος. ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. καὶ δοῦλος ὁ μὲν μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας: ὁ δὲ γνοὺς, καὶ μὴ ποιήσας, μηδὲ ἑτοιμάσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. Γενέσθω οὖν ἡ οἰκονομία τοῦ λόγου, ἐμοὶ μὲν ἀμέμπτως, ὑμῖν δὲ ἔγκαρπος. ὡς οὖν εἰδότες; ὅτι ἀντιπρόσωπον ἡμῖν οἱ τῆς θεοπνεύστου

Σωτηρία χωρὶς ἔργων οὐδεμία.

θεοπνεύστου γραφῆς λόγοι στήσονται, ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ, ἐλέγξω γάρ σε, φησὶ, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. οὕτω καὶ προσέχωμεν νηφόντως τοῖς λεγομένοις, καὶ εἰς ἔργον προσαγαγεῖν τὰ θεῖα δόγματα σπουδαίως ἐπιχειρῶμεν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν, ποία ἡμέρα καὶ ὥρα ὁ κύριος ἡμῶν ἔρχεται. ἡ γὰρ πρὸς θεὸν οἰκειότης, οὐκ ἐν τῇ κατὰ σάρκα συγγενείᾳ γνωρίζεται, ἀλλ' ἐν τῇ σπουδῇ τῶν θελημάτων τοῦ θεοῦ κατορθοῦται. Ὁ ὢν ἐκ τοῦ θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ ἀκούει. Καὶ ἐν τῇ πρὸς ῥωμαίους: ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσι υἱοὶ θεοῦ. Ὅπερ ἐξηγούμενος ὁ Χρυσόστομος λέγει: ἵνα μὴ τῇ δωρεᾷ τοῦ λουτροῦ θαῤῥήσαντες, τῆς μετὰ ταῦτα ἀμελήσωσι πολιτείας, οὐκ εἶπεν, ἔλαβον, ἀλλ' ἄγονται. τουτέστι, ὅσοι πάντα τὸν βίον καλῶς πολιτεύονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ. Καὶ ὁ Ἰωάννης, ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. καὶ ὅτι ἀδύνατον, καταξιωθῆναι βασιλείας οὐρανῶν, τοὺς μὴ πλείονα τῆς ἐν τῷ νόμῳ τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον δικαιοσύνην ἐπιδεικνυμένους. Ἐὰν γάρ, φησι, μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος: ὅτι ἡγοῦμαι ζημίαν πάντα εἶναι, διὰ τὸ περιέχον τῆς γνώσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι, σκύβαλα εἶναι, ἵνα χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν ἐκ πίστεως χριστοῦ, τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην. Πᾶν γὰρ τὸ μὴ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν. ὥστε δεῖ ἡμᾶς ἄγεσθαι πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πίστει ὀρθῇ, ἵνα καταξιωθῶμεν τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Δεῖ δὲ εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν, παντὸς ἀγαθοῦ τὴν χάριν, καὶ αὐτῶν τῶν ὑπὲρ χριστοῦ παθημάτων τὴν ὑπομονὴν παρὰ θεοῦ ὑπάρχειν. Φησὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης, οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; τῇ γὰρ χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ. Ὅτι ἡμῖν ἐχαρίσθη ὑπὲρ χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν

Ὑπομονῆς ἔπαινος.

ſpiratæ ſcripturæ ſtaturos, nempe coram tribunali Chriſti (coarguam enim te, inquit, & ſtatuam ante faciem tuam peccata tua) Ita attendamus ſobriè ea, quæ nobis dicuntur, & in actum perducere diuina dogmata omni ſtudio contendamus: quia neſcimus, quo die, aut qua hora, Dominus noſter veniat. Nam vt domeſtici & familiares Dei ſiamus, non in carnali cognatione cernitur: ſed ſtudio ſatisfaciendi voluntati Dei efficitur. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Et in Epiſtola ad Romanos: Quotquot ſpiritu Dei ducuntur, hi ſunt filij Dei: quod Chryſoſtomus ſic exponit. Ne donatione lauacri confiſi, inſequentis negligentes euadant conuerſationis in ciuitate Dei, non dixit, Acceperunt: ſed: ducuntur. Hoc eſt, quotquot per omnem vitam bonos ſe præbent ciues, hi ſunt filij Dei. Et Ioannes: Vos, amici mei eſtis: ſi faciatis, quæcunq; ego præcipio vobis. Et quòd impoſſibile ſit, dignos fieri regno cœlorum illos: qui non maiorem, quàm quæ in lege eſt, Euangelicam ſc.l. iuſticiam, præſtent: patet, Domino dicente: Niſi abundauerit iuſticia veſtra amplius, quàm phariſæorum & ſcribarum, nequaquam ingrediemini in regnum Dei. Et Apoſtolus, Habeo, inquit, omnia pro damno, propter excellentiam cognitionis Domini noſtri Ieſu Chriſti: propter quem, omnium iacturam feci, eaq; pro excrementis reputo, vt Chriſtum lucrifaciam: & inueniar in ipſo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt: ſed hanc, quæ per fidem Chriſti eſt, & à Deo profecta, iuſticiam. Quicquid enim ex fide non eſt, peccatum eſt. Ergo Spiritu S. nos duci oportet, & fide recta: vt digni Regno Dei inueniamur. Sciendum verò eſt, & confitendum: omnis boni gratiam, atq; ipſarum pro nomine Chriſti paſsionum patientiam, à Deo eſſe. Dicit enim Ioannes: Non poteſt homo accipere quicquam: niſi ei fuerit datum è cœlo. Quid verò habes, quod non acceperis? Gratia enim ſeruati eſtis per fidem: idq; non ex vobis, ſed Dei dono: non ex operibus, vt ne quis glorietur. Et hoc à Deo eſt: quod nobis donatum eſt, non tan-

tùm in Chriſtum credere: ſed etiam poſſe pro ipſo pati, idem habentibus certamen.

αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, τὸν αὐτὸν ἔχουσι ἀγῶνα.

Non ſuperbiendum propria iuſtitia.

Nemo autem animo efferri debet in ſuis benefactis, & deſpicere cæteros. Apud Lucam enim dicitur: Dixit ad quoſdam in ſe confiſos, quaſi eſſent iuſti, & pro nihilo putantes reliquos, hanc parabolam. Duo homines in Templum aſcenderunt oratum. Nam, quando aliquis non Deo, ſed ſibiipſi, adſcribit præclarè facta: quid aliud hoc eſt, quàm abnegatio Dei, & faſtus contrarius Deo? Per id, quod dicit de confiſis in ſeipſos, & non in Deo omnia repoſita habentibus, ſed & fortaſſe cæteros deſpicatui ducentibus, oſtendit: quòd, licet iuſtitia cæteroqui pulcherrima & admirabilis virtus ſit, hominemq; iuxta Deum ſtatuat: tamen, ſi comitem ſibi adiungat ſuperbiam, ad infima hominem præcipitet: dæmoniq; ſimilem faciat eum, qui hactenus Dei ſimilis habitus fuerit. Non
» igitur magnificè de ſe homo ſentire debet:
» nec putare, vt Baſilius ait, ſe beneplacen-
» tiam & gratiam prædicationis Euangelij
» ſuis cogitationibus & inuentis poſſe con-
» ficere & repræſentare: ſed in totum in
» Deo confidere. Fiduciam autem talem, in-
» quit Paulus, habemus per Chriſtum ad
» Deum: non quòd ſufficientes ſimus, à no-
» bis ipſis cogitare quicquam, tanquam ex
» nobis ipſis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo
» eſt: qui & ſufficientes nos fecit ad hoc, vt
» fieremus miniſtri noui Teſtamenti. Et ali-
» bi. Habemus theſaurum hunc in teſtaceis
» vaſis: vt ipſa excellentia patientiæ Dei ſit,
» & non ex nobis. Item Dominus: Si diligi-
» tis me, mandata mea ſeruate. Quàm diu ergo non ſeruamus omnia mandata Domini: nec tales ſumus, de quibus ipſe teſtetur: vos non eſtis ex mundo hoc: Spiritus S. dona ne expectemus.

Μὴ μέντοι ἐγκαυχῶ τῇ ἰδίᾳ δικαιοσύνῃ.

Οὐ δεῖ δὲ μεγαλοφρονεῖν ἐφ' ἑαυτῶν ἐν τοῖς κατορθώμασι, καὶ ἐξουθενεῖν τοὺς λοιπούς. Λέγει γὰρ ὁ Λουκᾶς: εἶπε δὲ πρός τινας πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς, τὴν παραβολὴν ταύτην: ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι. Ὅταν γάρ τις οὐ τῷ θεῷ, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐπιγράφηται τὰ κατορθώματα, τί ἄλλο, ἢ ἄρνησις θεοῦ ἐστι καὶ ἀντιθεΐα; διὰ δὲ τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ μὴ τῷ θεῷ τὸ πᾶν λογιζομένους, ἀλλὰ τυχὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἐξουθενοῦντας, δείκνυσιν, ὅτι εἰ καὶ ἡ δικαιοσύνη τἄλλα θαυμαστή τις οὖσα, πλησίον θεοῦ τε τὸν ἄνθρωπον ἱστῶσα, ὅταν τὴν ὑπερηφανίαν προσλάβηται, εἰς τὰ κατώτατα τὸν ἄνθρωπον ἀπορρίπτει, καὶ ὡς δαίμονα ποιεῖ, τὸν τέως ἰσόθεον χρηματίζοντα. Οὐ δεῖ οὖν ἐν ἑαυτοῖς θαρρεῖν, οὐδὲ οἴεσθαι, ὥς φησι Βασίλειος, τὴν εὐδοκίαν τοῦ κηρύγματος τοῦ, ἐν ἰδίαις ἐπινοίαις κατεργάζεσθαι, τὸ δὲ ὅλον ἐπὶ τῷ θεῷ πεποιθέναι. πεποίθησιν δὲ τοιαύτην, φησὶν ὁ Παῦλος, ἔχομεν διὰ χριστοῦ, πρὸς τὸν θεὸν, οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίζεσθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς, γενέσθαι διακόνους καινῆς διαθήκης. καὶ ἀλλαχοῦ. ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον, ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. Ἔτι ὁ κύριος: ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε. ἕως οὖν οὐ τηροῦμεν πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, οὐδὲ ἐσμὲν τοιοῦτοι, ὥστε μαρτυρηθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, τὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου μὴ προσδοκήσωμεν.

Feriæ quoq; obſeruandæ.

Nec verò mandata tantùm perficere debemus: ſed nec virtutes & feriarum inſtituta contemnere: in memoria habendo LIII. canonem Apoſtolicum, qui dicit: Diebus feſtis, ſi quis non ſumit cum cæteris carnes, & cætera.

Τηρητέον καὶ τὰς ἑορτάς.

Οὐ μόνον δὲ ἐντολὰς ἐκτελέσαι δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἀρετὰς καὶ ἐντάλματα, ἑορτῶν μὴ καταφρονοῦντες, μνημονεύοντες τοῦ νγ΄. κανόνος τῶν Ἀποστόλων, φάσκοντος. ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν εἴ τις οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν, καὶ τὰ λοιπά.

Et ieiunia.

De ieiunijs canon LXIX. dicit: Si quis ſanctã quadrageſimam non ieiunat, aut

Καὶ τὰς νηστείας.

Περὶ δὲ τῶν νηστειῶν, ὁ ξθ΄. λέγει: εἴ τις τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα

τετράδα καὶ παρασκευὰς, καθαιρείσθω, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ παρὰ θεοῦ ὡρίσθη, διὰ μωσέως ἡ νηστεία, ὡς γέγραπται. καὶ ἐν μέρει ῥητῶς λέγει. ψυχὴ ἥτις διὰ νηστείας οὐ ταπεινωθῇ πρὸ τῆς ἑορτῆς, ἐξολοθρευθήσεται. Σπουδάσωμεν οὖν, διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς, τὴν ἐμπορίαν τῆς σωτηρίας πραγματεύσασθαι. Νηστεύοντες δὲ, μὴ νηστεύσωμεν εἰς κρίσεις καὶ μάχας: μηδὲ τύψωμεν τὸν ταπεινὸν καὶ προσήλυτον. λύσωμεν πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. καὶ βιαίων συναλλαγμάτων χειρόγραφα διασπάσωμεν. πεινῶσι μὲν ἄρτους καὶ τροφὰς διαθρύπτοντες. ἀστέγοις δὲ καὶ πτωχοῖς, τοὺς οἴκους ἀνοίγοντες, κατὰ τὸ τοῦ προφήτου παράγγελμα. νηστεύοντες σωματικῶς, νηστεύσωμεν καὶ πνευματικῶς, ἀποχὴν τῶν κακῶν διακτώμενοι. Οὕτω γὰρ τὸ φῶς τῆς ζωῆς ἡμῶν λάμψει ἐκ πρωὶ, ὡς γέγραπται. καὶ τῆς κραυγῆς ἡμῶν ὁ θεὸς ἐπακούσεται, καὶ ἐρεῖ: ἔτι λαλούντων ὑμῶν, μὴ σκυθρωπάζητε, πάρειμι.

Κεφαλ. κά. Περὶ θεραπείας τῶν ἁγίων.

Εἰς δὲ τὸ κά. καὶ πάντων τελευταῖον, τὸ περὶ τῆς θεραπείας τῶν ἁγίων διαλαμβάνον, καὶ ὅτι μνείαν τῶν ἁγίων ποιεῖσθαι συμφέρει, εἰς τὸ στηριχθῆναι τὴν πίστιν ἡμῶν, ἐννοούντων, πῶς τῆς χάριτος καὶ βοηθείας, διὰ τῆς πίστεως θεόθεν ἐπέτυχον, λέγομεν: Ὅτι ἡ ἐπίκλησις κυρίως μὲν ἁρμόζει μόνῳ τῷ θεῷ, καὶ πρώτως, καὶ ἰδιαίτατα αὐτῷ προσήκει. Ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἁγίους γινομένη, οὐ κυρίως ἐστὶν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς εἰπεῖν καὶ κατὰ χάριν. Οὐχὶ γὰρ Πέτρος ἢ Παῦλος εἰσακούει τῶν ἐπικαλουμένων αὐτοὺς, ἀλλ' ἡ χάρις ἣν ἔχουσι, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ κυρίου: ἔσομαι μεθ' ὑμῶν, ἕως τῆς συντελείας.

Ἡ χάρις τῶν ἁγίων εἰσακούει τῶν προσευχῶν.

Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐπὶ θεοῦ ἐπικλήσεως, Παῦλος ὁ θεῖος, ῥωμαίοις ἐπιστέλλων, φησί: πῶς γὰρ ἐπικαλεσόμεθα, εἰς ὃν οὐκ ἐπιστεύσαμεν; δεικνύων, ὅτι ἐκεῖνον μόνον δεῖ ἐπικαλεῖσθαι, εἰς ὃν ἐπιστεύσαμεν, τὸν θεὸν δηλονότι. Ὅτι δὲ καὶ ἡμεῖς θεῷ μόνῳ κυρίως τὴν ἐπίκλησιν ἀπονέμομεν, ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ ἐκφωνοῦμεν: Καταξίωσον ἡμᾶς, δέσποτα, μετὰ παῤῥησίας ἀκατακρίτως τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαί σε τὸν ἐπουράνιον θεὸν πατέρα, καὶ λέγειν: πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ ἀλλαχοῦ φησι, κύριε τῶν δυνάμεων, μεθ' ἡμῶν γενοῦ.

Μυσταγωγία.

ἄλλον

aut quartã, aut Paraſceuen: deponatur,& quæ ſequuntur. Etiam à Deo inſtitutum per Moſen ieiunium fuit, vt ſcriptum eſt: & in parte expreſſè dicit : Anima quæ ieiunio non humiliatur ante Feſtũ, exſcindetur. Itaq; ſtudeamus,per ieiunia & preces negotiationem ſalutis, vt boni mercatores,perficere. Cùm verò ieiunamus: ne ieiunemus ad iudicia & pugnas: nec percutiamus humilem & Proſelytum. Soluamus omne vinculum iniuſticiæ: violentorum commerciorum chirographa laceremus. Eſurientibus panem & alimenta frangamus: tecto carentibus & pauperibus domos aperiamus,ſecundum prophetæ præceptum. Quando corpore ieiunamus: ieiunemus & ſpiritu,abſtinentiam à malicia conſtanter poſsidentes. Sic enim lux vitæ noſtræ ſplendebit à matutino tempore, vt ſcriptum eſt: & clamorem noſtrũ Deus exaudiet,& dicet: Adhuc loquentibus vobis(ne triſti vultu ſitis) adſum.

Cap. XXI. De cultu Sanctorum.

AD vigeſimum primum caput,& vltimum: quod de cultu Sanctorum loquitur: & quòd conducat, mentionem Sanctorum fieri, ad confirmandam fidem noſtram: cogitantibus nobis, quomodo gratiam & auxilium à Deo per fidem adepti fuerint: ſic dicimus. Inuocatio propriè ſoli Deo competit: & primò ac maximè propriè,ei conuenit. Sed inuocatio, quæ ad ſanctos fit, non propriè inuocatio eſt: ſed per accidens (ſic dicendo) & per gratiam. Non enim Petrus aut Paulus exaudit inuocatores ſuos: ſed illa gratia, quam habent: ſecundum illud,quod Dominus dixit: Ero vobiſcũ vſq; ad conſummationem.

ἡ χάρις Sanctorum exaudit preces.

Ac de inuocando quidem Deo, Paulus diuinus ad Romanos ſcribẽs,ait: Quomodo invocabimus eum, in quem non credidimus? Oſtendens, illum ſolum eſſe inuocandum, in quem credidimus, nempe Deum. Quòd verò nos quoq; Deo ſoli propriè inuocationem tribuamus: patet, quòd in diuina Myſtagogia(ſacrorum arcanorum adminiſtratione) exclamamus: dignare nos Domine, vt cum libertate, abſq; condẽnatione, audeamus inuocare te cœleſtem Deum patrem, & dicere: Pater noſter, qui es in cœlis. Alibi dicit: Domine poteſtatum,nobiſcum fias.

Alium enim extra te opitulatorem in tribulationibus non habemus. Et rurſus: Alium enim extra te Deum non noſcimus. Mediatores verò facimus, cùm ſanctos omnes, tum eximiè matrem Domini: & cum ea choros Angelorum quoq;, & Sanctorum: ita vt Templis, donarijs, adhortationibus, ſacris imaginibus, adorentur ſcheticè, (reſpectu ad aliud) non latreuticè. (cultu diuino) Nouimus enim, latriam ſoli Deo eximiè præſtandam eſſe: nec quenquam alium extra ipſum agnoſcendum: nec Deum alienum adorandum eſſe. Verùm non multùm volumus fieri Sancti, ſcheſin (reſpectu factam adorationem) metuentes fortaſsis: vt ne in latriam incidamus: quod vtinam non fiat. Impium enim eſt, & à Chriſti Eccleſia, alumniſq; eius, alienum: nolle ſcheticè adorare ſanctas Imagines: quarum honor ad Prototypum (exemplar) tranſcendit, vt ait Baſilius. Quin etiam ſanctos omnes, & mediatores & interceſſores nobis adſcribimus. Nec in præſenti ſolùm ſeculo, verùm in futuro etiam, dicimus, mediationem quandam fore: Angelis & ſanctis, nec minimùm ipſa mundi Domina, deprecaturis pro quibuſdã: verùm nõ pro omnibus ſimpliciter, nec pro aliquo in peccatis mortuo, nequaquam. Occluſit enim Deus talibus in vniuerſum ſuam miſericordiam: & ideo talem ſententiam de eis pronunciauit: Si ſteterit Noas, & Iobus, & Daniel: filios ſuos, & filias, nequaquam eripient. Sed pro illis ſolis ſupplicant omnes: pro quibus interceſsiones acceptæ ſunt: nempe pro ijs, qui inter pœnitendum, præuenti morte fuêre: nondum autem peccatorum maculas eluere potuerunt. Item, dum Iudicium adhuc conſtat. Theatro verò ſoluto dimiſſoq;: & ſingulis in locum pœnarum ſibi aſsignatum abductis: non amplius interceſsioni locus eſt, nec erit. Hæc mediatio nunc in Eccleſia fit, & deprædicatur: & ad Sanctos exclamamus, & ad Dominam noſtram, & ad Sanctos Angelos. Ad Dominam quidem noſtram: Perſancta Domina Deipara, pro nobis intercede peccatoribus. Ad ſanctos autem Angelos: Omnes cœleſtes poteſtates S. Angelorum & Archangelorum, orate pro nobis. Prophetam item, & præcurſorem, & Baptiſtam Domini: glorioſos Apoſtolos,

Interceſsio etiam in futuro ſeculo.

Inuocatio S. Mariæ.

ἄλλον γὰρ ἐκτός σου βοηθὸν ἐν θλίψεσιν οὐκ ἔχομεν. Καὶ πάλιν. ἄλλον γὰρ ἐκτός σου θεὸν οὐ γινώσκομεν. μεσίτας δὲ ποιούμεθα τοὺς ἁγίους πάντας: ἐξαιρέτως δὲ τὴν τοῦ κυρίου μητέρα: μετ' αὐτῆς δὲ, καὶ τοὺς χοροὺς τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων ναοῖς, ἀναθήμασι, παρακλήσεσιν, εἰκόσιν ἱεραῖς, σχετικῶς, οὐ λατρευτικῶς, προσκυνουμένας. Οἴδαμεν γὰρ, λατρείαν μόνῳ θεῷ ἐξαιρέτως προσάγειν, καὶ ἐκτὸς αὐτοῦ ἄλλον οὐ γινώσκειν, οὔτε προσκυνεῖν θεῷ ἀλλοτρίῳ. Οὐκ ἐπιπολὺ γινόμεθα ἅγιοι τὴν σχέσιν, φοβούμενοι τυχὸν, ἵνα μὴ εἰς λατρείαν ἐμπέσωμεν. Ὃ μὴ γένοιτο. ἀσεβὲς γὰρ, τῆς τε χριστοῦ ἐκκλησίας καὶ τῶν αὐτῆς τροφίμων ἀλλότριον, τὸ μὴ σχετικῶς προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας, ὧν ἡ τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ὥς φησι Βασίλειος. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἁγίους πάντας μεσίτας ἡμῶν καὶ πρεσβεῖς ἀναγραφόμεθα. Καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι φαμὲν, ὅτι μεσιτεία τις ἔσται, ἀγγέλων δεηθησομένων ὑπέρ τινων, καὶ ἁγίων, καὶ τῆς τοῦ κόσμου κυρίας οὐχ ἥκιστα. Πλὴν οὐχ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς, οὐδὲ ὑπέρ τινος ἐν ἁμαρτίαις θανόντος. οὐ μὲν οὖν. ἀπέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοῖς τοιούτοις καθάπαξ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος. Διὸ καὶ ἀπεφήνατο κατ' αὐτῶν οὑτωσί: ἐὰν στῇ νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας οὐ μὴ ἐξέλωνται. ἀλλ' ὑπὲρ μόνων ἐκείνων ἱκετεύουσι πάντες, ὑπὲρ ὧν καὶ αἱ πρεσβεῖαι δεκταὶ, ἤγουν, τῶν ἐν μετανοίᾳ φθασάντων ἀπαλλάξαι τὸν βίον, οὔπω δὲ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας δυνηθέντας ἐκπλῦναι. ναὶ, καὶ ἔτι τῆς κρίσεως ἱσταμένης. Μετὰ δὲ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον, καὶ ἕκαστον ἀπαχθῆναι, εἰς τὸν ἀποτεταγμένον τόπον αὐτῷ τῆς κολάσεως, μεσιτεία οὐκ ἔστιν οὐδὲ μὴ γένηται. Καὶ ἡ μεσιτεία αὕτη νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεται καὶ κηρύττεται, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀναφωνοῦμεν, καὶ πρὸς τὴν κυρίαν ἡμῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους. Καὶ πρὸς μὲν τὴν κυρίαν ἡμῶν: παναγία δέσποινα, θεοτόκε, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν. Πρὸς δὲ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους: πᾶσαι αἱ οὐράνιαι δυνάμεις, τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, πρεσβεύσατε ὑπὲρ ἡμῶν. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν προφήτην καὶ πρόδρομον καὶ βαπτιστὴν τοῦ κυρίου, τούς τε ἐνδόξους ἀποστόλους, προφήτας,

Μεσιτεία καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ αἰῶνι.

Τῆς θεοτόκου ἐπίκλησις.

τας, μάρτυρας, ὁσίους, ποιμένας, διδασκάλους οἰκουμενικοὺς, καὶ λοιποὺς πάντας ἁγίους, καὶ γυναικῶν ἁγίων χορὸν δεόμεθα, πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν: ὅπως χάριτι θεοῦ, τῇ ἀηττήτῳ καὶ θείᾳ καὶ ἀκαταλήπτῳ δυνάμει τοῦ σταυροῦ, ἵλεως ἡμῖν ἁμαρτάνουσι γένηται, αὐτῷ λατρεύουσι, καὶ ἐν ἐξομολογήσει καὶ μετανοίᾳ προσκαρτεροῦσι, καὶ δεομένοις φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἡμῶν, μήποτε ἁμαρτάνοντες, ὑπνώσωμεν εἰς θάνατον, καὶ ὁ ἐχθρὸς ἰσχύσῃ καθ' ἡμῶν. ὅθεν τῇ πρεσβείᾳ πάντων ὧν εἴπομεν ἀντιλήπτορα γενέσθαι τὸν θεὸν δεόμεθα, καὶ ῥυσθῆναι τῶν παγίδων τοῦ πονηροῦ.

Prophetas, Martyres, Sanctos, Paſtores, Doctores Oecumenicos, cæteroſq; ſanctos omnes: & Fœminarum ſanctarum cœtum oramus: velint intercedere pro nobis peccatoribus: vt gratia ſua Deus, inuictaq; & diuina & incomprehenſibili potentia crucis, propitius nobis peccatoribus fiat: ipſi ſeruientibus, in confeſſione & pœnitentia perſeuerantibus, illuminationem oculorum mentis noſtræ petentibus: ne quando peccantes, ſopiamur ad mortem, & inimicus inualeſcat contra nos. Itaq; propter interceſsionem omniũ, quos diximus, opitulari nobis Deum oramus, & è laqueis eripere mali.

Περὶ τῶν καταχρήσεων.

α. ἑκατέρου εἴδους κοινωνητέον.

Ἔτι καὶ εἰς ἃς λέγετε καταχρήσεις, ἀποκρινόμενοι λέγομεν.

Φατὲ οὖν α. ὅτι μεταλαμβάνειν δεῖ καὶ ἀμφοτέρων τῶν εἰδῶν: καὶ καλῶς λέγετε. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκτελοῦμεν, τῶν φρικτῶν μεταλαμβάνοντες μυστηρίων, οἱ ἄξιοι ὄντες. πλὴν, οὐκ ἐν ἀζύμῳ: ἀλλ' ἐν ἄρτῳ ἐνζύμῳ, τῷ τοῦ ἄρτου εἴδει χρώμεθα.

De Abuſibus.

Sequitur iam, vt ad Abuſus, quos dicitis, reſpondeamus.

1. Vtraq; Cœnæ ſpecies.

Dicitis itaq; primùm, in S. cœna percipiendam eſſe vtramq; ſpeciem: & rectè dicitis. Sic enim & nos facimus: quando veneranda percipimus myſteria, qui quidem digni ſumus. Verùm non azymo ſub pane, ſed ſub fermentato pane, ſpecie panis vtimur.

β. γάμος τῶν ἱερέων.

β. Δὲ λέγετε, κρεῖσσον εἶναι γαμεῖν, ἢ πυροῦσθαι, κατὰ τὸ, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς ὁ θεῖος Παῦλος ἐντέλλεται. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς μὴ παρθενεύειν δυναμένοις τῶν ἱερέων, πρὸ τοῦ ἱερωθῆναι γαμεῖν ἄδειαν παρέχομεν. θεὸς γὰρ τὸν γάμον προσέταξε. Αἰσχρουργήματα δὲ γίνεται, οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἐν τοῖς κωλυομένοις γαμεῖν τῶν ἱερωμένων. Ὁ δὲ ἐπαγγειλάμενος παρθενεύειν, παρθενευέτω, καὶ ἄδειαν αὐτῷ γαμεῖν μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν οὐ παρέχομεν. Οὐδεὶς γὰρ θεὶς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἂν δέ τι πάθῃ ἀνθρώπινον, σωφρονίζομεν, διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως καὶ λοιπῆς κακοπαθείας, καὶ ἀποχῆς κακῶν ἀποπλυνόμενον, καὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ οὐκ ἀποδοκιμάσει αὐτόν.

2. Coniugium Sacerdotum.

Secundò dicitis, melius eſſe, matrimonium contrahere, quàm vri: ſecundum illud, vnius mulieris virum, & cætera D. Pauli præcepta. Ideò nos quoq; illis Sacerdotibus, qui ſe continere non poſſunt, antequam Sacerdotio conſecrati ſunt, coniugij vſum permittimus. Deus enim coniugium præcepit. Nec ignoramus, coniugio Sacerdotibus interdicto, turpia ab ipſis cõmitti. Qui verò caſtitatẽ vouit, caſtitatem ſeruet: tali, poſt votum factum, marito eſſe non permittimus. Nemo .n. qui manu ſua aratro impoſita, ſe retrò vertit, idoneus eſt ad Regnum cœleſte. Quòd ſi infirmitate humana lapſus ſit: caſtigamus eum, pœnitendo, confitendo, cæteras frictiones ſubeundo, & à malis abſtinendo, donec ablutus ſit: tunc miſericordia Dei non reprobabit ipſum.

γ. λειτουργία.

Τρίτον, διατρανοῦτε, τὴν θείαν λειτουργίαν γίνεσθαι παρ' ὑμῖν εὐλαβεστέραν, ἢ ἐν τοῖς ἀντιδίκοις ὑμῶν. μετηνέχθη δέ τισι πρὸς πορισμὸν, ὅθεν αὔξησις τῶν κατ' ἰδίαν λειτουργιῶν. Καὶ ὅτι μία λειτουργία παρ' ὑμῖν, οὐ κατὰ τὸ ἔθος δὲ τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλη-

3. Miſſam retinemus.

Tertiò declaratis, S. Liturgiam ſeu Miſſam, reuerentiùs celebrari apud vos, quã apud aduerſarios veſtros: apud quorũ aliquos ad quæſtum faciendum tranſlata fuerit: vnde numerꝰ priuatarũ Miſſarũ creuerit. Eſſe item vnã Miſſam apud vos: non tamen ad conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ.

Eccleſiæ. Certè, qui quæſtum ex Miſsis quærunt, malè faciunt: quod in confeſſo omnino apud nos quoq; eſt, & apud veritatem ipſam. Amplius dicitis, paſsionem Chriſti, non ſolùm pro veteri debito, ſcilicet peccato originis, ſatisfeciſſe: ſed etiam omne aliud peccatũ tollere. Ibi nos ita dicimus. Debitores ſumus totam legem faciendi: & ſicut ſe geſsit, qui pro nobis mortẽ obijt & reſurrexit: ad eum modum, quantum fieri poteſt, nos quoq; gerendi. Memores ſimus eius, quod ab Apoſtolo ſcriptum eſt: Dilectio Chriſti, conſtringit nos: ſtatuentes illud, quòd, ſi vnus pro omnibus mortuus ſit, certè omnes mortui fuerint: & pro omnibus mortuus ſit: vt, qui viuunt, non amplius ſibi viuant: ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Si enim, qui circumciſus eſt, debitor eſt totius legis ſeruandæ: quantò magis, qui circumciſus eſt ea, quæ ſecundum Chriſtum eſt, circumciſione, exuendo totum corpus peccatorum carnis, debitor eſt implendi id, quod ab Apoſtolo dictum eſt? Ego mundo crucifixus ſum, & mundus mihi. Viuo verò non amplius ego: ſed viuit in me Chriſtus. Ergo mortuos eſſe oportet peccato, nec ampliùs ſeruire ei, & ſequi "Chriſtum: id quod eſt, viuere Deo perfe"ctè. At ſi peccemus, nec pœnitentiam agamus: nihil nobis paſsio Chriſti proderit.

Num Chriſtus pro omnibus peccatis ſatisfecerit.

ἐκκλησίας. Οἱ δὲ εἰς πορισμὸν ἔχοντες τὰς λειτουργίας, κακῶς ποιοῦσιν: ὃ ὁμολογούμενον καὶ παρ᾽ ἡμῖν πάντως ἐστὶ, καὶ παρὰ τῇ ἀληθείᾳ αὐτῇ. Ἔτι τε, ὅτι τὸ τοῦ χριστοῦ πάθος, οὐ μόνον τὴν ὀφειλὴν τὴν ἀρχαίαν ἔλυσεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἁμαρτίαν. πρὸς ἃ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ὀφειλέται ἐσμὲν, ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Καὶ καθὼς ἐπολιτεύσατο ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν καὶ ἐγερθεὶς, οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὡς δυνατὸν, πολιτεύεσθαι, μεμνημένοι τὸ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου γεγραμμένον: ἡ ἀγάπη τοῦ χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Εἰ γὰρ ὁ περιτμηθεὶς, ὀφειλέτης ἐστὶν, ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι: πόσῳ μᾶλλον ὁ περιτμηθεὶς τὴν κατὰ χριστὸν περιτομὴν, ἐν τῇ ἀπεκδύσει ὅλου τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ὀφειλέτης ἐστὶ πληρῶσαι τὸ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον: ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἐσταύρωμαι καὶ ὁ κόσμος ἐμοί: Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ χριστός. Ὥστε νεκροὺς δεῖ εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μηκέτι δουλεύειν αὐτῇ, καὶ ἀκολουθεῖν τῷ κυρίῳ, ὅπερ ἐστὶ ζῆν τῷ θεῷ ὁλοκλήρως, ἂν δὲ ἁμαρτάνωμεν ἀμεταμελήτως, οὐδὲν τὸ πάθος ἡμᾶς χριστοῦ ὠφελήσει.

Μῶν ὁ χριστὸς ὑπὲρ πασῶν ἁμαρτιῶν ἀπέτισε τὸ χρέος.

4. Confeſsio peccatorum.

Quartò, de confeſsione & remiſsione peccatorum ſcribitis. Ad quod reſpondemus ex M. Baſilio: debere vnumquenq; Chriſtianum, ſi velit egregium progreſſum pietatis monſtrare: & habitum ſecundum præcepta Domini noſtri viuendi comparare: nullam agitationem mentis occultam ſecum retinere: nullum verbum abſq; examinatione præcedente emittere: ſed proferre nudè arcana cordis: non quidem cuiuis, ſed his, qui medicinam facere poſſunt. Et alibi. Neceſſarium eſt, his, quibus œconomia myſteriorum Dei concredita eſt, confiteri peccata. Ita enim, qui antiquis temporibus pœnitentiam egerunt, apud ſanctos feciſſe inueniuntur. De poteſtate verò remittendi ait: hanc non abſolutè conceſſam eſſe: niſi quatenus obediat is, qui pœnitentiam agit, & conueniat

inter

δʹ. ἐξομολόγησις.

Τέταρτον, περὶ ἐξομολογήσεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, γράφετε. πρὸς ὅπερ φαμὲν κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ὅτι δεῖ ἕκαστον χριστιανὸν, εἴγε μέλλει ἀξιόλογον προκοπὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐν ἕξει τῆς κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ κυρίου ἡμῶν ζωῆς γενέσθαι, μηδὲν μὲν ψυχῆς κίνημα ἀπόκρυφον φυλάττειν παρ᾽ ἑαυτῷ, μηδένα λόγον ἀβασανίστως προΐεσθαι, ἀλλ᾽ ἀπογυμνοῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δυναμένοις θεραπεύειν. Καὶ ἀλλαχοῦ, ὅτι ἀναγκαῖον τοῖς πεπιστευμένοις τὴν οἰκονομίαν τῶν μυστηρίων τοῦ θεοῦ, ἐξομολογεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ πάλαι μετανοοῦντες, ἐπὶ τῶν ἁγίων εὑρίσκονται πεποιηκότες. Περὶ δὲ τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀφιέναι φησὶν, ὅτι οὐκ ἀπολύτως δέδοται, ἀλλ᾽ ἐν ὑπακοῇ τοῦ μετανοοῦντος,

καὶ

καὶ συμφωνία πρὸς τὸν ἐπιμελούμενον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ ἀληθῆ μετάνοιαν ἐνδειξάμενον. Μετάνοια δέ ἐστι, τὸ μὴ τὰ αὐτὰ ποιεῖν. ὁ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῶν, ἔοικε τῷ κυνὶ, τῷ πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπανιόντι. Δεῖ δὲ καὶ τῇ πράξει καὶ τῇ γνώμῃ τῶν τολμηθέντων ἀφίστασθαι, καὶ φάρμακα ἐπιτιθέναι τοῖς τραύμασι, τἀναντία τῶν ἁμαρτημάτων.

Μετάνοια.

inter ipſum & eum, qui animæ eius curam gerit: ipſeq; veram pœnitentiam oſtendat. Pœnitentia autem eſt, non amplius eadem facere. Nam qui eadem repetit: cani c ſimilis eſt ad ſuum vomitum redeunti. Oportet autem, & facto & mente, prioribus auſis abſiſtere: & contraria peccatis medicamenta, vulneribus imponi.

έ. Περὶ τροφῶν καὶ παραδόσεων.

Πέμπτον, περὶ προσφερομένων, ἑορτῶν, νηστειῶν, παραδόσεων: καὶ ὅτι δωρεὰν πιστεύειν ὀφείλομεν, τὸν Χριστὸν ἀφιέναι ἁμαρτίας, καὶ οὐχὶ δικαιοσύνῃ ἡμῶν. καὶ πῶς ἀδύνατον, πάσας παραδόσεις διατηρεῖσθαι. Ὅθεν περιαλγεῖς εἰσιν, αἱ εὐσεβοῦσαι τῶν συνειδήσεων. Πρὸς ἃ Βασιλείου λέγοντος ἀκούσωμεν. Φυλακτέον ἡμῖν, μὴ προφάσει μιᾶς ἐντολῆς ἑτέραν φανῶμεν καταλύειν. Διὸ καὶ περὶ βρώσεως ἐξηγούμενος, τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε, οὐχ ἁπλῶς φησιν ἀπεφήνατο ὁ ἀπόστολος, ἀλλ᾽ εἰς ἐπιθυμίας φησίν. Ὥστε, τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν καὶ φιλήδονον τῶν σαρκῶν, διὰ τῆς ἀσκήσεως δεῖ ὑποτέμνειν, τὸ δὲ χρειῶδες εἰς τὴν τοῦ καλοῦ χρῆσιν προνοούμενον συντηρεῖν. Βρῶμα γάρ, φησιν, οὐ παρίστησιν ἡμᾶς τῷ θεῷ. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ. δι᾽ ἃ καὶ ἡ τῶν βρωμάτων ἀποχὴ μετὰ λόγου παραλαμβάνεται. Ἐπεὶ αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ, τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων ἂν ἐξετάζῃς, φησὶν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα, οὔτε ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεν. Οὔτε γὰρ οἱ μὴ ἐσθίοντες, πλέον τι ἔχουσι τῶν ἐσθιόντων ἐν ἀρετῇ, κατ᾽ αὐτὸ μόνον τὸ μὴ ἐσθίειν, οὔτε οἱ ἐσθίοντες, ἔλαττον τῶν μὴ ἐσθιόντων, κατ᾽ αὐτὸ μόνον τὸ ἐσθίειν, ἐὰν ἡ ἔνδον αὐτῶν ἀρετὴ ἐξισάζηται. Οὐκοῦν πρὸς τὴν ἐν ψυχῇ ἀρετὴν ἀφορῶντας, δεῖ τὰ περὶ τὸ σῶμα πάντα μετιέναι. Οὐ γὰρ ὄντα καλὰ καθ᾽ ἑαυτὰ, διὰ τὴν τοῦ καλοῦ ὑπηρεσίαν καλὰ κοσμούμενα γίνεται. Ὥστε καὶ πάντα τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παραδεδομένα, ὡς πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἀφορῶντα, δεῖ φυλάττειν καὶ ἀποδέχεσθαι. ὁ γὰρ ἀθετῶν, φησι, τὸν θεὸν ἀθετεῖ. Ὅθεν οὐ δεῖ τὰς τοιαύτας παραδόσεις διασύρειν, κἄν τινες παρὰ τὸν εὐσεβῆ σκοπὸν αὐταῖς καταχρῶνται. ἀλλ᾽

5. De cibis & traditionibus.

Quintò, de cibis, ferijs, ieiunijs, traditionibus, dicitur: & quòd peccata remitti gratis à Chriſto credere debeamus, non propter noſtram iuſtitiam: & quòd impoſſibile ſit, omnes traditiones obſeruari: ex quo in maximam triſticiam coniectas eſſe pias conſcientias. Ad hæc quid Baſilius dicat, audiamus. Cauendũ nobis eſt, ne prætextu vnius præcepti, aliud videamur abrogare. Ideo de cibo locum explicans, inquit: Carnis curam ne gerite, non ſimpliciter dicit Apoſtolus: ſed addit, Ad concupiſcentias. Quare quod in carne ad concupiſcentiam, & ad voluptates, procliue eſt: aſceſi (exercitatione corporis ſeueriore) ſuccidi oportet: quod verò vtile eſt, ad bonum vſum prouidenter conſeruari. Cibus enim, inquit, non commendat nos Deo. Non enim Regnum Dei cibus & potus eſt, ſed iuſticia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Propterea etiam ipſa à cibis abſtinẽtia, cum ratione admittitur. Alioqui, ſi ipſam per ſe conſideres ciborum abſtinentiam, (inquit) tam neq;, ſi non comedamus, deficimus: neq;, ſi comedamus, abundamus. Neq; enim, qui non comedunt, virtute præcedunt eos, qui comedunt, (hoc ipſo duntaxat, quòd non comedunt) neq;, qui comedunt, ſuperantur à non comedentibus, (ipſâ duntaxat co meſturâ) ſi interna ipſorũ virtus, æqualis ſit. Propterea in omni corporalium rerum tractatione, ad virtutem animi reſpiciendum eſt. Si enim per ſe bonæ nõ ſunt, bonæ fiunt, dum bonum eis inſeruit, eaſq; ornat. Ideo etiam omnia, quæ à S. patribus tradita ſunt, tanquam ad eundem finem reſpicientia, ita approbanda & retinenda ſunt. Qui enim reijcit, inquit: Deum reijcit. Vnde non oportet tales traditiones pedibus trahi: etiamſi aliqui his præter pietatis ſcopum abutantur: ſed

ſed eos caſtigando moneri, & rectum vſum monſtrari. Sicut magnus Baſilius conſpicitur feciſſe, cùm in alijs multis, tùm maximè in hoc, num Deo acceptum ſit præcepti opus: quod non congruenter mandato Dei factum ſit. Nulla enim res tam apta eſt ad faciendum diſcipulum Chriſti, quàm rationem habere proximorum. Nec debent Fideles dicere, quòd grauent conſcientias. Omne enim, quod ex Deo eſt, Mundum vincit. Vnde dicit idem: Quis adeò ſine ſenſu & fide eſt: vt contentus ſit vnquam illis, quæ iam facta ſunt: aut recuſet aliquid, tanquam grauius, aut laborioſum? Ideo nemo etiam Fidelium auſus eſt, Monaſticam vitam, & diuino ſcopo inſtitutam, deridere. Etiamſi enim hoc incipere multi fortaſſe auſi fuerunt: tamen idem fortaſſe à paucis dignè, ad finem vt perduceretur, elaboratum fuit. Omnino quidem finis non in propoſito tantùm eſt: ſed in fine etiam, num operæpretium factum ſit, ſpectatur. Illam verò vitam admiratur & laudat quiſq;: adoleſcentes autem & rudes monet formatq; qui
„ poteſt: ſicut alibi præcipitur. Diſcas tu,
„ qui ſolitariam vitam ducis, homo fidelis,
„ pietatis operarie: docearis Euangelicam
„ viuendi rationem, & reliqua. Et rurſus do-
„ cens, quali probatione antegreſſa, recipiendi ſint accedentes, ait: & à iuuentute, permittendum eſt, vt ſe Deo deuoueant. Qui enim ſic facit: ſyncerus in charitate erga Deum, & firmus in certitudine ac ſpe præmij à Domino conſequendi, conſpicitur. Quæ verò ex Paulo affertis Dicta de Traditionibus: eorum ſolutio, ex his, quæ dicta ſunt, manifeſta eſt. Non enim de pijs traditionibus & obſeruationibus, Apoſtolus in illis locis loquitur: ſed de hæreticis & alijs. Vnde etiam Chryſoſtomus, locum, qui 4. Cap. Epiſtolæ ad Timotheum eſt, dictum ait de Manichæis, Encratiſtis, & Marcioniſtis. Quemadmodum enim, qui ex fide pendent, firma anchora nixi conſiſtunt: ſic, qui illâ exciderunt, nuſpiam conſiſtere poſſunt: ſed poſt multas ſurſum deorſum curſitationes & errores, tandem in ipſa exitij deferuntur barathra. De loco verò, qui 2. cap. Coloſſ. eſt, dicit: tolli ibi Græcas & Iudaicas obſeruationes: ita vt hæc de non amplexis Chriſtum dicta ſint.

Rurſus Monaſtica vitæ commendatio.

λύσις citationū Paulinarum.

ἀλλ' ἐκείνους ἐπιτιμῶντας, νουθετεῖν, καὶ τὴν ὀρθὴν κρίσιν ἀποδεικνύναι. Ὡς ὁ μέγας φαίνεται Βασίλειος πεποιηκὼς ἐν πολλοῖς, καὶ μάλιστα, ἐν τῷ, εἰ εὐπρόσδεκτόν ἐστι τῷ θεῷ, τὸ ἔργον τῆς ἐντολῆς, μὴ ἀκολούθως κατ' ἐντολὴν τοῦ θεοῦ γινόμενον. Οὐδὲν γὰρ οὕτω δύναται ποιῆσαι μιμητὴν Χριστοῦ, ὡς τὸ κήδεσθαι τῶν πλησίον. Καὶ οὐ προσήκει τοὺς πιστοὺς λέγειν, ὅτι τὰς συνειδήσεις βαρύνωσι. πᾶν γὰρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, τὸν κόσμον νικᾷ. Ὅθεν φησὶν ὁ αὐτός: τίς* οὗτος ἀναίσθητος καὶ ἄπιστος, ὡς ἀρκεσθῆναί ποτε τοῖς ἤδη γενομένοις, ἢ παραιτήσασθαί τι, ὡς βαρύτερον ἢ κοπῶδες. Διὸ καὶ τοῦ μονήρους βίου, καὶ θείῳ σκοπῷ γινομένου, οὐδεὶς τῶν πιστῶν καταγελᾶν τετόλμηκεν. Εἰ τὸ μὲν κατάρξασθαι τούτου πολλοῖς ἴσως τετόλμηται, τὸ δὲ ἀξίως ἐπιτελέσαι, ὀλίγοις τάχα που πεπόνηται. Καὶ πάντως, οὐκ ἐν προθέσει μόνον τὸ τέλος ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ τέλει τὸ κέρδος τῶν πεπονημένων. ἀλλ' αὐτὸν μὲν θαυμάζων ἐπαινεῖ ἕκαστος: τοὺς δὲ νέους καὶ ἀπαιδεύτους νουθετεῖ ὁ δυνάμενος. Ὡς ἀλλαχοῦ ὑποτίθεται καὶ ἐντέλλεται. Μάθε σὺ ὁ μονάζων καὶ πιστὸς ἄνθρωπος, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐργάτης, καὶ διδάχθητι εὐαγγελικὴν πολιτείαν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν διδάσκων, μετὰ ποίας δοκιμασίας δεῖ τοὺς προσιόντας δέχεσθαι, φησὶ, καὶ ἀπὸ ἡλικίας ἐπιτρέπειν χρὴ καθομολογεῖν ἑαυτοὺς τῷ θεῷ. Ὁ γὰρ οὕτω ποιῶν, γνήσιος ἐν τῇ πρὸς θεὸν ἀγάπῃ καὶ βέβαιος ἐν πληροφορίᾳ, τῆς παρὰ τοῦ κυρίου μισθαποδοσίας φαίνεται. ἃ δὲ προσφέρετε τοῦ Παύλου ῥητὰ, περὶ παραδόσεων, ἐκ τῶν εἰρημένων ἡ λύσις πρόδηλος. Ἐπεὶ οὐ περὶ εὐσεβῶν παρατηρήσεων καὶ παραδόσεων ὁ ἀπόστολος ἐν ἐκείνοις τοῖς χωρίοις διαλέγεται, ἀλλὰ περὶ αἱρετικῶν, καὶ ἄλλων. Ὅθεν καὶ ὁ Χρυσόστομος, ἐν μὲν τῷ δ'. τῆς πρὸς Τιμόθεον εἰρηκέναι φησὶ, περὶ μανιχαίων, καὶ ἐγκρατιστῶν, καὶ Μαρκιονιστῶν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῆς πίστεως ἐχόμενοι, ἐπ' ἀσφαλοῦς τῆς ἀγκύρας ὁρμίζονται, οὕτως οἱ ταύτης ἐκπεσόντες, οὐδαμοῦ στῆναι δύνανται: ἀλλὰ πολλοὺς ἄνω καὶ κάτω πλανηθέντες πλάνους, τὸ τελευταῖον εἰς αὐτὰ τῆς ἀπωλείας καταφέρονται τὰ βάραθρα. Ἐν δὲ τῷ β'. πρὸς Κολασσαεῖς, ἀναιρεῖν φησιν ἑλληνικὰ, καὶ Ἰουδαϊκὰς παρατηρήσεις. ὥστε περὶ τῶν μὴ ἐχομένων τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα εἰρῆσθαι.

*Forte οὕτως.

Πάλιν, μοναχῆς σύστασις.

Λύσις τῶν ἐκ Παύλου.

Ὡς καὶ

ὡς καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς πρὸς Γαλάτας, καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πρὸς Τίτον διαλέγεται. ὡς καὶ Βασίλειος. εἰ γὰρ ἡ κατὰ νόμον δικαιοσύνη σπουδαζομένη τισὶ, τῶν ἐν τῷ βαπτίσματι καθομολογησάντων ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, μηκέτι αὐτοῖς ζῆν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἀναστάντι, μοιχείας κρίμα ἐπάγει κατὰ τὸν ἀπόστολον, τί ἄν τις εἴποι περὶ παραδόσεων ἀνθρωπίνων;

Πάλιν, περὶ δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως.

Περὶ δὲ τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης, φαμὲν κατὰ τὰ χρυσορρήμονα, ὅτι διὰ πίστεως ἡ γνῶσις, καὶ πίστεως ἄνευ οὐκ ἔστι τὸν χριστὸν γνῶναι. ἰδοὺ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν γέννησιν, οὐδεὶς λογισμὸς παρίστησιν, μόνη δὲ ἡ πίστις. ταῦτα ποιεῖ τὴν δικαιοσύνην. ὁρᾷς, οὐχ ἁπλῶς δεῖ τὴν πίστιν εἶναι, ἀλλὰ δι᾽ ἔργων. οὗτος γὰρ μάλιστα πιστεύει, ὅτι ἀνέστη χριστὸς, ὁ* παραβούλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐκδιδοὺς, ὁ κοινωνῶν αὐτοῦ τοῖς παθήμασι, καὶ τὰ ἑξῆς. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ ἀπόστολος: καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως χριστοῦ, τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. καὶ πάλιν. πιστὸς ὁ θεὸς, καὶ ἐπαγγειλάμενος σῶσαι, πάντως σώσει, καὶ ὡς ἐπηγγείλατο. πῶς δὲ ἐπηγγείλατο; ἐὰν ἐθέλωμεν καὶ ἀκούωμεν αὐτοῦ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ξύλα καὶ λίθους ἀργοῦντας. καλῶς δὲ καὶ τὸ πεποίθαμεν τέθεικε, τουτέστι, τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ πιστεύειν δεῖ, καὶ τὸ πᾶν ἀναρτᾶν ἐκεῖ. δεῖ μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἐπ᾽ αὐτὸν ῥίπτειν: ἀλλ᾽ ἐνεργοῦντας καὶ αὐτοὺς, καὶ μέχρι τοῦ ἐλθεῖν ἡμᾶς εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς τὴν ἀρετὴν ἡμῖν παρεῖναι. μὴ τοίνυν ἁπλῶς ἐχώμεθα τοῦ χριστοῦ, ἀλλ᾽ ἀκολουθῶμεν αὐτῷ. ἂν γὰρ διαστῶμεν, ἀπολλύμεθα. Οἱ γὰρ μακρύνοντες ἑαυτοὺς χριστοῦ, ἀπόλλυνται. κολλώμεθα δὲ αὐτῷ διὰ τῶν ἔργων. ὁ γὰρ τηρῶν, φησὶ, τὰς ἐντολάς μου, ἐν ἐμοὶ μένει. καὶ γὰρ διὰ πολλῶν ὑποδειγμάτων ἡμᾶς ἑνοῖ. σκόπει δὲ, αὐτὸς ἡ κεφαλὴ, ἡμεῖς τὸ σῶμα. αὐτὸς ὁ θεμέλιος, ἡμεῖς οἰκοδομή. αὐτὸς ἄμπελος, ἡμεῖς κλήματα. ταῦτα πάντα

** Forte, παραβόλως.*

Phil. 3.

ſicut etiam Galat. 5. & Tit. 1. Paulus loquitur. Sic & Baſilius, ſi iuſticia legalis, inquit, dum in ſtudio eſt aliquibus eorum, qui in Baptiſmate votum Deo fecerunt: ſe non ampliùs ſibi ipſis vitam acturos: ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit: adulterij crimen infligit, vt Apoſtolus ſentit: quid aliquis dicat de traditionibus humanis?

Rurſus de Iuſticia Fidei.

Quod ad iuſticiam attinet, quæ ex fide eſt: dicimus ex Chryſoſtomi ſentẽtia: quòd per fidem ſit cognitio: & abſq; fide non poſsit Chriſtus cognoſci. Ecce, reſurrectionem & natiuitatem, nulla ratio humana aſſtituit: ſed ſola fides eam apprehendit. Hæc faciunt Iuſticiam. Vides non ſimpliciter debere fidem eſſe, ſed per opera? Hic enim maximè credit, reſurrexiſſe Chriſtum: qui fidenter, nõ conſulta ſua ratione, ſe periculis committit: qui ſocium ſe afflictionibus eius præbet, & quæ ſequuntur. Ideo Apoſtolus ait: Et inueniar in ipſo non habens meam iuſticiam, quæ ex lege eſt: ſed eam, quæ eſt per fidem Chriſti: eam, quæ ex Deo eſt, iuſtitiam, ſuper fide: vt cognoſcam ipſum, & potentiam reſurrectionis eius: & communionem afflictionum ipſius, conformis fiens morti eius. Et iterum: Fidelis eſt Dominus: qui pollicitus ſalutem, omnino ſeruabit: ſed ita vt promiſit. Quomodo promiſit? ſi velimus, & audiamus ipſum non obiter: neq;, vt ligna & lapides, otioſi. Rectè etiam verbum, Confidimus: poſuit: hoc eſt, charitati eius erga nos confidendum eſt: & omnes rationes noſtræ, ibi ſuſpenſæ habendæ. Omnia quidem ad ipſum reijcienda ſunt: ſed interim tamen quoq; noſtrum officium faciendum, & ad extremum vſq; ſpiritum, virtutis ſtudium retinendum. Ne igitur ſimpliciter pendeamus ex Chriſto Deo: ſed veſtigia ſequamur eius. Si enim recedimus: perijmus. Nam qui ſe à Chriſto elongant: perierunt. Operibus verò adglutinemur ei. Qui enim ſeruat, inquit, mandata mea: in me manet. Etenim multis exemplis vtitur: quibus nos in vnitatem ſecum coniungit. Exempli cauſa, ipſe caput eſt, nos corpus; ipſe fundamentum, nos ædificium: ipſe vitis, nos palmites. Adunationem

onem hæc omnia ſignificant: nihil ipſe vacui in medio relinquit, ne minimum quidē. Qui enim paulùm abſiſtit: longè etiam recedens, abſiſtet. A radice palmes vel paulùm reſectus, iam inutilis eſt. Ergò ne id quidem, quod minimum eſt, paruū eſt, ſed ferè totum eſt. Quando igitur paulum quid delinquimus, aut negligenter agimus: ne contemnamus nec paulum hoc: quia error ab initio neglectus, tandem fit magnus.

τὰ πάντα ἕνωσιν ἐμφαίνει, καὶ οὐδὲν μέσον κενὸν ἀφίησιν εἶναι, οὐδὲ τὸ μικρότατον. ὁ γὰρ μικρὸν ἀποστὰς, καὶ πολὺ πορριὼν, ἀποστήσεται. τῆς δὲ ῥίζης τὸ κλῆμα κἂν μικρὸν ἀποκοπῇ, γέγονεν ἄχρηστον. ὥστε τὸ μικρότατον, οὐκ ἔστι μικρὸν, ἀλλὰ σχεδὸν τὸ ὅλον ἐστίν. ὅταν οὖν μικρόν τι πλημμελήσωμεν, ἢ καὶ ῥαθυμήσωμεν, μὴ παρίδωμεν τὸ μικρόν, ἐπεὶ ταχέως παροφθὲν τοῦτο μέγα γίνεται.

6. De Votis Monaſticis.

Iam quod ad Monachos attinet: ex ſententia M. Baſilij reſpondemus. Miſericors ille erga genus humanum Deus, ſalutem noſtram ſibi curæ habens, in duo genera diuiſit vitam hominum: videlicet, in coniugium, & in virginitatem, ſeu cœlibatum: vt, qui cœlibatus certamen ſuſtinere non poſſet, in conuictum vxoris veniret: ſciens, à ſe caſtitatis, ſanctificationis, & ad ſanctos coniuges liberorumq; educatores aſſimilationis, rationes repetitum iri.

ς΄. περὶ μοναστικῶν ἐπαγγελιῶν.

Baſil. ἀσκητ. pag. 375.

Πρὸς δὲ τὸ περὶ μοναχῶν, λέγομεν κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον: ὡς ὁ φιλάνθρωπος θεὸς, κηδόμενος τῆς ἡμῶν σωτηρίας, εἰς δύο διεῖλε βίους τὴν τῶν ἀνθρώπων διαγωγὴν, εἰς συζυγίαν λέγω καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας ἆθλον, ἔλθοι ἐπὶ συνοίκησιν γυναικός, ἐκεῖνο εἰδὼς, ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἐν συζυγίαις καὶ τεκνοτροφίαις ἁγίους ὁμοιώσεως.

Officia coniugum.

Repetentur quippe ab vnoquoq; fructus è charitate erga Deum, proximumq; enati: idemq; violationis præceptorum rationes reddet, omniumq; pœnas pendet: ſicut Chriſtus apertè in Euangelijs dicit: Qui diligit patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus. Noli igitur, ô bone, animo ſupino & ſocorde eſſe: qui ad communionem coniugalem deſtinatus es: tanquā in tua poteſtate ſit, mundo potiri. Pluribus enim tibi laboribus & cuſtodia opus erit, ad ſalutis conſecutionem. Tu verò alter, qui cœleſtis conuerſationis amator es, & Angelicam vitam conſectaris: & Sanctorum Chriſti diſcipulorum commilito fieri ſtudes: intende & robora te ad afflictionum tolerantiam: fortiter Senatum Monachorum accede: æmulatorē te præſta rectè viuentium: horum actiones cordi tuo inſcribe. Opta, te in numero paucorum eſſe. Rarum enim, quod bonum eſt. Ideo pauci quoq; ſunt, qui Regnū intrant. Id ſi vis rapere: fac violentus fias: ſubde ceruicem tuam Chriſti iugo: necte vtrinq; iugo collum tuum: ſtringat id ceruicem tuam. Attenua eam labore virtutum: in ieiunijs, in vigilijs, in ſubiectione, in quiete, in Pſal-

Adhortatio ad Monachum.

Τὰ τῶν ἐν γάμῳ καθήκοντα.

Ἀπαιτηθήσεται γὰρ πᾶς τοὺς καρποὺς τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης, καὶ τοῦ πλησίον, καὶ τῆς παρατροπῆς τῶν ἐντολῶν, καὶ πασῶν τίσει δίκας. καθὼς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις δηλοῖ, λέγων: ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. μὴ τοίνυν, ὦ οὗτος, ἀναπέσῃς, ὁ πρὸς κοινωνίαν γυναικὸς προῃρημένος, ὡς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τὸν κόσμον περιβαλέσθαι. πλείων γάρ σοι πόνων καὶ φυλακῆς χρεία, πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ἐπιτυχίαν. σὺ δὲ ὁ τῶν οὐρανίων πολιτευμάτων ἐραστὴς, καὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς πραγματευτὴς, καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν τοῦ χριστοῦ συστρατιώτης γενέσθαι ἐπιζητῶν, τόνωσον σεαυτὸν πρὸς τὴν ὑπομονὴν τῶν θλίψεων, καὶ ἀνδρείως πρόσελθε τῇ συγκλήτῳ τῶν μοναχῶν, καὶ γενοῦ ζηλωτὴς τῶν ὀρθῶς βιούντων, καὶ τούτων τὰς πράξεις ἔγγραφε τῇ σῇ καρδίᾳ. εὔχου γενέσθαι τῶν ὀλίγων. σπάνιον γὰρ τὸ ἀγαθόν. διὸ καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εἰσερχόμενοι εἰς τὴν βασιλείαν. ἣν εἰ βούλει ἁρπάσαι, γενοῦ βιαστὴς, ὑπόταξόν σου τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ τοῦ χριστοῦ. σφίγξον τὰ ζεῦγλα περὶ τὸν τράχηλόν σου. θλιβέτω αὐτὸς τὸν σὸν αὐχένα. λέπτυνον αὐτὸν τῷ πόνῳ τῶν ἀρετῶν, ἐν νηστείαις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν ὑποταγῇ, ἐν ἡσυχίᾳ, ἐν ψαλ-

Προτροπὴ πρὸς μοναχόν.

ἐν ψαλμῳδίᾳ, ἐν προσευχῇ, ἐν δάκρυσι, ἐν χειρεργίῳ, ἐν ὑπομονῇ πάσης θλίψεως ἐπερχομένης σοι, ἔκ τε δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων. τῆς δὲ τοιαύτης σπουδῆς συνεργός ἐστιν ἡ παρθενία, τοῖς κατὰ λόγον μετιοῦσι τοῦτο τὸ χάρισμα. Οὐ γὰρ μόνῳ τῷ φείσασθαι τῆς παιδοποιίας κατορθοῦται τὸ χάρισμα τῆς παρθενίας, ἀλλ᾽ ἅπας ὁ βίος καὶ ἡ ζωὴ, καὶ τὸ ἦθος, παρθενεύειν ὀφείλει. διὰ παντὸς ἐπιτηδεύματος τοῦ ἀγάμου τὴν ἀφθαρσίαν ἐπιδεικνυμένου. Οὐκοῦν εἴπερ ἐπιθυμοῦμεν, καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ θεοῦ, τὸν χαρακτῆρα τῆς ψυχῆς ἡμῶν, διὰ τῆς ἀπαθείας καλλωπισθῆναι, ἵνα διὰ τούτου καὶ ἡ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἀϊδιότης προσγένηται, προσέχωμεν ἑαυτοῖς, μή πού τι τῆς ἐπαγγελίας ἀνάξιον ποιοῦντες, ὑπὸ τὸ κρίμα τοῦ Ἀνανίου γενώμεθα. ἐξῆν γὰρ τῷ Ἀνανίᾳ τὴν ἀρχὴν μὴ ἐπαγγείλασθαι τῷ θεῷ τὴν κτῆσιν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀπιδὼν δόξαν, τὸ μὲν κτῆμα διὰ τῆς ἐπαγγελίας τῷ θεῷ ἀφιέρωσεν, ὡς ἂν θαυμασθείη παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τῇ φιλοτιμίᾳ. τοῦ τιμήματος δὲ ἐνοσφίσατο, καὶ τοιαύτην ἐκίνησε τοῦ κυρίου τὴν ἀγανάκτησιν, ἧς ὑπηρέτης ὁ πέτρος ἦν, ὡς μηδὲ μετανοίας θύραν εὑρεῖν.

Παρθενίας ἔπαινος.

Οὐκοῦν, πρὸ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ σεμνοῦ βίου ἔξεστι τῷ βουλομένῳ, κατὰ τὸ συγκεχωρημένον καὶ ἔννομον, εἰς ἀκολουθίαν βίου ἐλθεῖν, καὶ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τῇ συζυγίᾳ τοῦ γάμου. προληφθέντα δὲ διὰ τῆς οἰκείας ὁμολογίας, φυλάσσειν προσήκει ἑαυτὸν τῷ θεῷ, καθάπερ τινῶν ἀναθημάτων ἱερῶν, ὡς ἂν μὴ τῷ τῆς ἱεροσυλίας ἐνέχοιτο κρίματι, τὸ ἀφιερωμένον διὰ τῆς ἐπαγγελίας τῷ θεῷ σῶμα πάλιν τῇ τοῦ κοινοῦ βίου ὑπηρεσίᾳ καταρυπώσας. Λέγω δὲ τοῦτο, οὐ μόνον πρὸς τὸ ἓν εἶδος τοῦ πάθους βλέπων, καθώς τινες οἴονται: ἐν μόνῃ τοῦ σώματος φυλακῇ τὸ κατόρθωμα τῆς παρθενίας περισώζοντες, ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον παθητικῆς διαθέσεως τὸν μέλλοντα φυλάσσειν ἑαυτὸν τῷ θεῷ μηδενὶ τῶν κοσμικῶν παθημάτων ἐμμολυνθῆναι. πάντα γὰρ τὰ διὰ πάθους γινόμενα, λυμαίνεταί πως τῇ τῆς ψυχῆς καθαρότητι, καὶ πρὸς τὴν θείαν ἐμποδίζει ζωήν. πρὸς ταῦτα τοίνυν χρὴ βλέπειν τὸν ἀποταξάμενον τῷ βίῳ, ὡς μηδενὶ τρόπῳ τὸ τοῦ θεοῦ σκεῦος ἑαυτὸν τῇ ἐμπαθεῖ χρήσει καταμολύνειν. Λογίζεσθαι δὲ ἐκεῖνα μάλιστα χρὴ, ὅτι διαβὰς τὰ μέτρα

ὁ μονάζων μὴ γαμείτω.

in Pſalmorum cantu, in precatione, in lachrymis, in labore manuum, in tolerantia cuiuſq; afflictionis: ſiue à Dæmonibus, ſiue ab hominibus, ortæ. Huiuſmodi ſtudij adiutrix, virginitas eſt: in his duntaxat, qui dextrè hoc dono vtuntur. Non enim tantùm à procreatione liberorũ abſtinendo, feliciter geritur cœlibatus munus: ſed tota vita, tota viuendi ratio, omnes mores & geſtus, conſtans virginitas eſſe debent: ita vt in omnibus ſtudijs & actionibus, incorrupta ſynceritas eluceat. Si igitur cupimus, ad ſimilitudinem Dei, notam & ſignum animæ noſtræ impreſſum, vacuitate affectuum & tranquillitate ornare: vt hoc modo etiam vitæ æternitatem conſequamur: attendamus nobis ipſis: necvbi aliquid promiſsione indignum patrantes, in crimen Ananiæ incurramus. Licebat huic, initiò non polliceri Deo ſuam poſſeſsionem: ſed quia humanæ gloriæ cupidus, partem poſſeſsionis Deo pollicens conſecrauerat: vt liberalitatis laudem apud homines inueniret: precij verò partem interuerterat: tantam in ſe Domini indignationem concitauit, (cuius administer Petrus fuit) vt ne pœnitentiæ quidem ianuam reperiret.

Cœlibatus commendatio.

Quapropter ante votum caſtæ vitæ factum, licet cuiq; id genus vitæ ſibi eligere, quod legitimum, ipſiq; conceſſum eſt, & ſe committere vitæ coniugatæ. Sed ſi ſua propria confeſsione præoccupatus obſtrictusq; ſit: cuſtodire ſe debet Deo, tanquã donum Deo dicatũ, & in Templo ſuſpenſum: ne ſe ſacrilegij alliget: quòd ſemel voto Deo conſecratum corpus, denuò cõmunis vitæ ſeruitijs coinquinet. Dum hoc dico: non ad vnum illud ſolũ inquinationis genus reſpicio, quod quidam putant: qui ex ſola corporis cuſtodia virginitatis gloriã æſtimant: ſed ad omnes animi perturbationes, & improbas inclinationes: à quib. ſe homo Deo dicatus cuſtodire debet, ne vlla mũdana impuritate polluatur. Quicquid .n. affectu fit, id puritati animæ quodammodo officit, & diuinæ vitæ impedimento eſt. Huc ergo reſpiciendum eſt ei, qui renunciauit vitæ: ne vllo modo vas Dei, id eſt, ſe perturbatæ affectibus vitæ vſu coinquinet. Cogitandum inſuper

Monacho non licet γαμεῖν.

inſuper maximè: tranſcendiſſe & ſuperâſſe metas naturæ humanæ: & ad incorporalem viuendi rationẽ ſe träſtuliſſe: eum qui Angelorum vitam elegerit. Proprium enim hoc Angelicæ naturæ eſt: liberum eſſe coniugali copula: neq; ad vllam aliam pulchritudinem commoueri: ſed in diuina facie continenter oculos defixos habere. Exolui itaq; vinculis affectionis ad vitam oportet: ſi quis verè Dei veſtigia ſequi velit: id quod omnifariam recedendo, & veteres conſuetudines obliuiſcendo, efficitur. Niſi enim abalienemus nos, & à cognatione carnali, & à communione vitæ: & quodammodo ad alienum mundum, animi conformatione tranſeamus, ſecundum dictum Apoſtoli, quod eſt: noſtra ciuitas & ius in cœlis eſt: fieri nullo pacto poteſt, vt finem tanquam ſcopum, Deo placendi, aſſequamur: cùm diſertè Dominus dixerit: ita vnuſquiſq; veſtrûm, qui non omnibus facultatibus ſuis nuncium remittit, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Qui hoc fecimus: omni cuſtodia cor noſtrum ſepire debemus: ne cogitationem diuini numinis ex animo eijciamus: neue memoriam mirabilium eius, rerum vanarum ſpeculationibus turpificemus; ſed perpetua & pura recordatione diuinorum, impreſſam animis noſtris, tanquam indelebile ſignum, ſanctam de Deo cogitationem circumferamus. Hoc enim modo innaſcitur nobis Dei amor: qui cum ad operationem præceptorum Domini excitat: tum ab his inuicem conſeruatur, & ſtabilitatem perpetuitatemq; accipit. Hoc indicat Dominus, dum aliâs dicit: Si diligitis me, præcepta mea ſeruate: aliâs, Si præcepta mea ſeruabitis, manebitis in dilectione mei. Tales, alibi perfectos nominat Dominus.

Monachorum vita perfecta.

Vnde mirum videri non debet: ſi etiam vita rectè viuentium Monachorum, vocetur perfecta. Nam per regenerationis lauacrum, inquit Chryſoſtomus, priora remiſit omnia: etiam poſt remiſsionem hanc, & lauacrum, & pœnitentiam ſubſidio, in peccatum lapſis, dedit. Si fuerint peccata veſtra ſimilia coccino, vt niuem dealbabo. & in contrarium habitum transmutabo. Itaq; non tam graue eſt, cecidiſſe: quàm graue, lapſum iacere.

Laudari

τερα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, πρὸς τὴν ἀσώματον πολιτείαν ἑαυτὸν μετέστησεν, ὁ τὸν τῶν ἀγγέλων βίον ἑλόμενος. ἴδιον γὰρ τοῦτο τῆς ἀγγελικῆς φύσεως ἐστὶ τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς γαμικῆς συζυγίας, μηδὲ πρὸς ἄλλό τι κάλλος μετεωρίζεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ θεῖον πρόσωπον διηνεκῶς ἀτενίζειν. λυθῆναι οὖν δεῖ τῶν δεσμῶν τῆς προσπαθείας τοῦ βίου, τόνγε ἀληθινῶς τῷ θεῷ ἀκολουθήσειν μέλλοντα. τοῦτο δὲ διὰ παντελοῦς ἀναχωρήσεως καὶ λήθης τῶν παλαιῶν ἐθῶν κατορθοῦται. ὡς εἰ μήγε ἀποξενώσαιμεν ἑαυτοὺς, καὶ συγγενείας σαρκικῆς, καὶ κοινωνίας βίου, οἱονεὶ πρὸς ἕτερον κόσμον διὰ τῆς σχέσεως μεταβαίνοντες, κατὰ τὸν εἰπόντα: ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει: ἀμήχανον ἡμᾶς τοῦ σκοποῦ περιγενέσθαι τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, τοῦ κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, ὅτι οὕτω πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, οὐ δύναται εἶναί μου μαθητής. τοῦτο δὲ ποιήσαντας, πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν προσήκει τὴν αὐτῶν καρδίαν, ὡς μήτε τὴν περὶ θεοῦ ἔννοιαν ἐκβαλεῖν, ἢ τὴν μνήμην τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, φαντασίαις τῶν ματαίων καταρυπαίνειν, ἀλλὰ διὰ τῆς διηνεκοῦς, καὶ καθαρᾶς μνήμης τῶν θείων, ἐντετυπωμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὥσπερ σφραγίδα ἀνεξάλειπτον, τὴν ὁσίαν τοῦ θεοῦ ἔννοιαν περιφέρειν. οὕτω γὰρ ἡμῖν περιγίνεται ἡ τοῦ θεοῦ ἀγάπη, ἅματε διεγείρουσα πρὸς τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου, καὶ ὑπ' αὐτῶν πάλιν αὐτὴν συντηρουμένην, πρὸς τὸ διαρκὲς, καὶ ἀδιάπτωτον. καὶ τοῦτο δείκνυσιν ὁ κύριος, ποτὲ μὲν λέγων: ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε. ποτὲ δέ: ὅτι ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου, τοὺς τοιούτους δὲ, τελείους ἀλλαχοῦ καλεῖ ὁ κύριος.

Τὴν μοναστικὴν πολιτείαν τελείαν ἔξεστιν εἰπεῖν.

Ὅθεν οὐ δεῖ θαυμάζειν, εἰ καὶ ὁ βίος τῶν ὀρθῶς βιούντων μοναχῶν, καλεῖται τέλειος. Διὰ γὰρ τοῦ τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ, φησὶν ὁ χρυσόστομος, τὰ πρότερα ἀφῆκε πάντα, μετὰ δὲ τὴν ἄφεσιν ταύτην καὶ τὸ λουτρὸν, καὶ τὴν ἐκ τῆς μετανοίας πάλιν βοήθειαν τοῖς ἁμαρτάνουσι δέδωκεν. ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν, ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ, καὶ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἕξιν μεταστήσω. διὸ οὐ τὸ πεσεῖν οὕτω χαλεπὸν, ὡς τὸ πεσόντα κεῖσθαι.

Διὰ

Διὸ χρὴ τὸν τῶν μοναχῶν βίον ἐπαινεῖν, καὶ μὴ ἐξευτελίζειν. ὁ γὰρ τιμῶν τοὺς τοιούτους ἐναρέτας, καὶ τὸν θεὸν τιμήσει: ὁ δὲ μαθὼν τούτους καταφρονεῖν, ὁδῷ προβαίνων, καὶ εἰς τὸν θεὸν ὑβρίσει ποτέ. ὁ δεχόμενος, φησὶν, ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται: καὶ ὁ ἀθετῶν, ἀθετεῖ. Τούτους δὲ καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, καὶ πανταχοῦ τὸν θεὸν δοξάζωμεν, διὰ τῆς κατὰ τὸν βίον ἐπιμελείας. καὶ οὐ δύναταί τις εἰπεῖν, ὅτι οὐχ οἷόν τε τὴν σήμερον τοιούτους γενέσθαι. ἀδίδακτος γὰρ ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη. καὶ ὁ νόμος τῶν σπερματικῶς ἐνυπαρχουσῶν ἡμῖν δυνάμεων, γεωργός ἐστι καὶ τροφεύς. ἐπειδὴ δὲ ἀγαπᾶν προστετάγμεθα τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτοὺς, καταμάθωμεν, εἰ καὶ δύναμιν πρὸς ἐκπλήρωσιν τῆς ἐντολῆς ταύτης ἔχομεν παρὰ τοῦ θεοῦ. τίς οὖν οὐκ οἶδεν, ὅτι ἥμερον καὶ κοινωνικὸν ζῷον ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐχὶ μοναστικὸν, οὐδὲ ἄγριον, οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον τῆς φύσεως ἡμῶν, ὡς τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις, καὶ χρῄζειν ἀλλήλων, καὶ ἀγαπᾶν τὸ ὁμόφυλον. ὧν οὖν αὐτὸς ὁ κύριος ἔδωκεν ἡμῖν προλαβὼν τὰ σπέρματα, τούτων ἀκολούθως καὶ τοὺς καρποὺς ἐπιζητεῖ, λέγων: ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐντολὴν διεγεῖραι βουλόμενος ἡμῶν τὴν ψυχὴν, ἀπόδειξιν τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, οὐ σημεῖα καὶ δυνάμεις παραδόξους ἀπῄτησε, καίτοι, καὶ τούτων πνεύματι ἁγίῳ χαριζόμενος τὴν ἐνέργειαν: ἀλλὰ τί φησιν; ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. καὶ οὕτω πανταχοῦ τὰς ἐντολὰς ταύτας συνάπτει: ὥστε τὴν εἰς τὸν πλησίον εὐποιΐαν εἰς ἑαυτὸν μετατίθησιν. ἐπείνασα γάρ, φησι, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. εἶτα ἐπάγει: ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. οὐκοῦν διὰ μὲν τῆς πρώτης, ἔστι κατορθῶσαι καὶ τὴν δευτέραν, διὰ δὲ τῆς δευτέρας αὖθις ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν πρώτην. καὶ ἀγαπῶντα μὲν τὸν κύριον, ἀγαπᾶν ἀκολούθως καὶ τὸν πλησίον. ὁ γὰρ ἀγαπῶν με, εἶπεν, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐμὴ ἐντολὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. ἀγαπῶντα δὲ πάλιν

Φυσικὴ δύναμις τοῦ ἀνθρώπου.

Laudari igitur Monachorum vitam conuenit,non flocci fieri. Nam qui tales virtutis cultores honorat:etiam Deum honorabit. Qui verò diſcit eos contemnere: is eâdem via ad Deum etiam contumelia afficiendum progredietur. Qui vos recipit,inquit, me recipit: qui vos ſpernit,me ſpernit. Hos nobis quoq; imitandos ducamus: ſemperq; Deum,cautè in vita nos gerendo,glorificemus. Nec dici ab aliquo poteſt:non poſſe hodie tales fieri. Non enim doctrinâ comparatur amor erga Deum: lex potentiarum, quarum ſemina inſunt animis noſtris, agricola eſt, & nutritia. Quia mandatum habemus de diligendo proximum, vt noſipſos: condiſcamus, an etiam facultatem implendi mandati huius à Deo habeamus. Quis igitur ignorat, manſuetum & ſociabile animal eſſe hominem:non ſolitarium,non agreſte? Nihil enim tam proprium naturæ noſtræ eſt: quàm cõmunicare inter nos, mutuas operas tradere,ſimile ſimili charũ eſſe. Quarũ ergo rerum ante ipſe Dominus ſemina indidit: harum conſequenter etiam fructus à nobis repetit,dicens:Præceptum nouum do vobis,vt diligatis vos inuicem. Ad hoc præceptum animos noſtros excitare volens: demonſtrationem ſuorum diſcipulorum poſtulauit. Quam? Non ſigna & potentias, hominum opinionem excedentes, (quanquam talium quoq; efficiendi facultatem,munere Spiritus S.conceſſerat) ſed quid ait? Ex hoc cognoſcent omnes, vos eſſe meos diſcipulos: ſi mutuam inter vos habeatis charitatem. Adeoq; vbiq; mandata hæc connectit:vt, quæ proximo benignè facta ſunt,in ſe transferat. Eſuriui enim,inquit: & dediſtis mihi, quod comederem. Deinde infert: Quatenus vni horum feciſtis, fratrum meorum minimorum, mihi feciſtis. Ergo per primum impleri poteſt etiam alterum:& rurſum ab altero rediri ad primum: ita vt, ſi quis diligit Dominum, diligat exinde proximum, (Qui enim diligit me, inquit: is mandata mea ſeruabit. Hoc autem eſt mandatum meum: vt vos inuicem diligatis, ſicut ego dilexi vos)& ſi quis diligit proximum, di-

Naturalis potentia hominis.

lectionem erga Deum expleat: ipſo in ſeſe
recipiente eam gratiam. Idcirco fidelis famulus Dei Moſes, tanto flagrabat charitatis erga fratres igne: vt etiam deleri ſe
vellet ex libro Dei, in quo nomen ipſius
inſcriptum erat: ſi non condonaretur peccatum populo. Quam charitatem ſi tenemus: non eſt æquum, quæ à S. Patribus
mandata ſunt, nihili æſtimare. Hinc & *7. Traditiones Patrum non eſſe reÿciendas.*
Baſilius, diuerſitas præcipientium, inquit,
non debet incommodare obedientiæ ſubditorum. Nec Moſes enim bonum Iothoris conſilium aſpernatus eſt. Cùm autem
mandatorum diuerſitas nõ parua ſit, (alia
enim aduerſantur præcepto Domini: aut labefactantia id, aut pluribus modis polluentia, additione alicuius vetiti. Alia verò
coincidunt cum præcepto. Alia etiamſi
non apertè coincidunt, tamen aliquid conferunt, & quodammodo ſuccurrunt præcepto) neceſſe eſt, meminiſſe eius, quod
Apoſtolus dicit: Prophetias ne pro nihilo
„ putate: ſed omnia probantes, quod bonum
„ eſt, tenete: ab omni malo opere abſtinete.
„ Et iterum: conſilia demolientes, & o-
„ mnem celſitudinem, ſe aduerſus cognitionem Dei extollentem: & captiuam ducentes omnem cogitationem ad obediendum Chriſto. Quocirca, ſi quid, quod concurrat cum mandato Domini, aut aliquid
ad id afferat, nobis præcipitur: eò maiore
ſtudio & diligentia, tanquam voluntatem
„ Dei, id recipi conuenit: & impleri dictum, ſuſtinentes inuicem in charitate
Chriſti. Sin autem aliquid contra Domini
mandatum, quod aut conuellat id, aut polluat, ab aliquo imponatur: oportunè tunc
dicetur, magis obediendum eſſe Deo,
„ quàm hominibus: & in memoria haben-
„ dum dictum Domini: Alienum autem
„ paſtorem non ſequentur: ſed refugient ab
eo: quia non nouerunt vocem alienorum.
Apoſtoli item dictum, auſi ob nos muniendos, ipſos etiam Angelos inceſſere: Et-
iamſi nos, aut Angelus de cœlo, aliud vo-
„ bis Euangelium annunciauerit, quàm
„ quod ego annunciaui vobis: anathema e-
„ ſto. Vnde docemur hoc: etiamſi eximijs
dotibus, & excellenti gloria præditus ſit is:
qui prohibeat illud, quod à Domino mandatum eſt: aut hortetur facere, quæ ab eo
prohibita ſunt: hunc talem, fugiendum &
abominandum eſſe vnicuiq;, qui Dominum diligat. Hoc

λιν τὸν πλησίον, τὴν εἰς τὸν θεὸν ἀγάπην ἀποπληρῶν, αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ἀποδεχομένου τὴν χάριν. διόπερ ὁ μὲν πιστὸς θεράπων τοῦ θεοῦ μωσῆς, τοσαύτην ἀπεδείκνυτο τὴν ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὥστε καὶ ἐξαλειφθῆναι ᾑρεῖτο ἐκ τῆς βίβλου τοῦ θεοῦ, εἰς ἣν ἐγέγραπτο, εἰ μὴ συγχωρηθείη τῷ λαῷ τὸ ἁμάρτημα. ἣν δὴ περιέχοντες, οὐκ ἐξουθενεῖν δίκαιον τὰ παρὰ τῶν πατέρων προστεταγμένα. *Κεφ. ζ. παραδόσεις πατρικαί.* ὅθεν καὶ Βασίλειος. τῶν μὲν ἐπιτασσόντων ἡ διαφορὰ, οὐδὲν ὀφείλει παραβλάπτειν τὴν ὑπακοὴν τῶν ὑποτασσομένων. οὔτε γὰρ μωσῆς παρήκουσε τοῦ ἰωθὸρ, ἀγαθὰ συμβουλεύσαντος. τῶν δὲ ἐπιταγμάτων διαφορᾶς οὐκ ὀλίγης οὔσης, (τὰ μὲν γὰρ ἐναντίως ἔχει πρὸς τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου, ἢ παραφθείροντα αὐτὴν, ἢ μολύνοντα πολλαχῶς ἐπιμιξίᾳ τοῦ κεκωλυμένου, τὰ δὲ συνεμπίπτει τῇ ἐντολῇ, τὰ δὲ, κἂν μὴ συνεμπίπτει κατὰ τὸ προφανὲς, ἀλλὰ συμβάλλεται, καὶ οἱονεὶ βοήθειά τις ἐστὶ τῆς ἐντολῆς) ἀναγκαῖον, μεμνῆσθαι τοῦ ἀποστόλου, εἰπόντος: προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε: πάντα δὲ δοκιμάζοντες τὸ καλὸν κατέχετε. ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ ἀπέχεσθε. καὶ πάλιν. λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα, ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ χριστοῦ. *2.Cor.10.* ὥστε εἰ μέν τι συμπίπτον τῇ ἐντολῇ τοῦ κυρίου, ἢ συμβαλλόμενον ἐπιταχθῶμεν, ὡς τοῦ θεοῦ θέλημα σπουδαιότερον καὶ ἐπιμελέστερον καταδέχεσθαι χρὴ, πληροῦντας τὸ εἰρημένον, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, ἐν ἀγάπῃ χριστοῦ. ὅταν δέ τι ἐναντίον τῇ τοῦ κυρίου ἐντολῇ παραφθεῖρον ἢ μολῦνον αὐτὴν ἐπιταχθῶμεν παρά τινος, καιρὸς εἰπεῖν τότε: πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις: μνημονεύοντες τοῦ κυρίου λέγοντος: ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσουσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. καὶ τοῦ ἀποστόλου, τολμήσαντες ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας, καὶ αὐτῶν καθάψασθαι τῶν ἀγγέλων, δι' ὧν φησι: κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, ἄλλό τι παρ' ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ἀνάθημα ἔστω. ἐξ ὧν παιδευόμεθα, ὅτι κἂν πολυγνήσιός τις ᾖ καὶ ὑπερβαλλόντως ἔνδοξος, ὁ κωλύων τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου προστεταγμένον, ἢ προτρέπων ποιεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ κωλυόμενα, φευκτὸς καὶ βδελυκτὸς ὀφείλει εἶναι ἑκάστῳ τῶν ἀγαπώντων τὸν κύριον. Ὅπερ

ὅπερ ἐπὶ τῶν προειρημένων, οὐ δύναταί τις προφασίζεσθαι. Τὰ γὰρ συνοδικῶς ἐπιταχθέντα, ἅπαντες οἱ πιστοὶ δέχονται, ὡς σύνῳδα τοῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Διὸ

Πνικτόν

καὶ οὔτε τὸ πνικτὸν παρ' ἡμῖν, μεταλαμβάνεται, μέχρι καὶ σήμερον: ἀλλ' ἀποστρεφόμεθα, τοῖς ὑπὸ τῶν πατέρων ῥηθεῖσι καὶ ἀποστόλων ἐμμένοντες. γέγραπται γάρ: ἀπέχεσθε εἰδωλοθύτου, αἵματος, καὶ πνικτοῦ. καὶ ἐν τῷ ς´. κανόνι καὶ ξζ´. τῆς ς´. συνόδου λέγεται, εἴ τις αἷμα ζώου ἐσθίει, ἀφοριζέσθω. καὶ ὁ Βασίλειος περὶ τούτων νομοθετῶν λέγει: εὑρίσκω τοίνυν ἀναλαβὼν τὰς θείας γραφὰς ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ, οὔτε ἐν τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτανομένων, οὔτε ἐν τῷ μεγέθει τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν μόνῃ δὲ τῇ παραβάσει, οὑτινοσοῦν προστάγματος, σαφῶς κρινομένην τὴν πρὸς θεὸν ἀπείθειαν, καὶ κοινὸν κατὰ πάσης παρακοῆς τοῦ θεοῦ κρίμα. Καὶ πάλιν: ἐκ μὲν οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων, φανερὸν εἶναι ἐλογιζόμην, ὅτι καθόλου μὲν ἡ τῶν παθῶν κακία διὰ τὴν περὶ θεοῦ ἀγνωσίαν, ἢ ἀδόκιμον γνῶσιν ἐγγίνεται: ἰδίως δὲ, ἡ διαφωνία τῶν πολλῶν πρὸς ἀλλήλους: διὰ τὸ ἀναξίους ἡμᾶς αὐτοὺς κατασκευάσαι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστασίας ἐπισυμβαίνει. Πρὸς δὲ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ τοιούτου βίου, εἴποτε δεῖ καὶ ἐλθεῖν, ἐβουλευσάμην, οὔτε μετρεῖν εἶχον τὸ μέγεθος τῆς τοιαύτης ἀνοησίας; ἢ ἀλογίας, ἢ ἀπονοίας: ἢ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς κακίας, ἢ οὐκ ἔχω τί εἴπω. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἀλόγοις οὕτω κατορθουμένην εὑρίσκομεν τὴν ἐν ἀλλήλοις συμφωνίαν, διὰ τὴν πρὸς τὸν κατηγούμενον εὐπείθειαν, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, ἐν τοσαύτῃ μὲν τῇ πρὸς ἀλλήλους διαστάσει, τοσαύτῃ δὲ τῇ πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἐναντιότητι εὑρισκόμενοι. ἢ οὐχὶ ταῦτα πάντα ἡγούμεθα, νῦν μὲν εἰς διδασκαλίαν καὶ ἐντροπὴν ἡμετέραν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προτεθεῖσθαι: ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ εἰς αἰσχύνην καὶ κατάκρισιν τῶν μὴ πεπαιδευμένων προσενεχθήσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ εἰπόντος: ὅτι ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ; Ισραὴλ

Hoc autem in prædictis nemo allegare poteſt. Quæ enim Synodicè (legitima conciliorum ratione) mandata ſunt: ea ab omnibus fidelibus recipiuntur, tanquam Scripturis diuinitus inſpiratis conſonantia. Hinc nec, quod ſuffocatum eſt, apud nos in cibum adhibetur, in hodiernum vſq; diem: ſed auerſamur, patribus & Apoſtolis conſtanter obedientes. Scriptum enim eſt: abſtinete ab Idolothyto (idolis conſecrato) & à ſanguine, & à ſuffocato. Et in VI. canone, & in LXVII. ſextæ Synodi dicitur: Si quis ſanguine animalis veſcitur, ſegregetur. Baſilius quoq; de his legem ferens, Inuenio igitur, inquit, quando S. ſcripturas in manus ſumo: in veteri & nouo Teſtamento, nec ex multitudine perperam factorum, nec ex magnitudine peccatorum, ſed ex ſola trangreſsione cuiuscunq; præcepti, manifeſtò ſpectari inobedientiam aduerſus Deum admiſſam: & commune contra omnem contumaciam Iudicium Dei. Et iterum: Ex his igitur, & ſimilibus, perſpicuum eſſe arbitrabar: vniuerſè quidem, affectuum improbitatem, ex ignoratione Dei, aut reproba cognitione, homini accidere: peculiariter verò, ex diſſenſione plerorunq; mutua: propterea quòd accedat, vt ipſi nos principatu & gubernatione Dei indignos faciamus. Ad conſiderationem autem talis vitæ, num etiam venire aliquando oporteat, conſultaui: nec metiendo aſſequi poteram magnitudinem talis incogitantiæ, aut abſurditatis, aut vecordiæ: ſeu ex nimia vitioſitate ortæ, ſeu neſcio ex qua cauſa. Si enim in brutis etiam, propter eorum erga ducem obedientiam, tantum conſenſum mutuum reperimus: quid ad excuſandum afferemus nos: qui tot inter nos diſſenſionibus, tanta aduerſus præcepta Domini rebellione, laboramus? An non hæc omnia arbitramur, nunc quidem ad doctrinam & pudorem nobis à Deo propoſita eſſe: in magno verò, & terribili illius Iudicij die, ad turpitudinem & condemnationem, qui non correxerimus nos, exprobratum iri ab illo, qui dixit: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & Aſinus præſepe Domini ſui:

Contra diſſenſiones Chriſtianorum.

Sed Iſraël me non nouit, populus meus non intellexit: & id genus alia multa. Illud verò, quod ab Apoſtolo dictum eſt: ſiue patitur vnum membrum, omnia membra compatiuntur: & illud, ne ſint ſchiſmata (diſtractiones) in corpore: ſed vnum idemq; ſollicitè cogitent pro mutua ſalute membra: vnius ſcilicet inhabitantis animæ motu gubernata. Cuius rei gratia ſic exædificatum eſt? Meo quidem iudicio, vt conſeruetur talis cohærentia & ordo multò magis in Eccleſia Dei: cuius cauſa hoc dicitur: Vos autem eſtis corpus Chriſti, pars diſperſorum vbiq; membrorum: quia ſcilicet continet & connectit ſingula cum ſingulis in concordiam, vnum & ſolum verum caput, nimirum Chriſtus. Inter quos verò non colitur concordia: non ſeruatur pacis vinculum: non manſuetudo Spiritus cuſtoditur: ſed & diſsidium, & contentio, & æmulatio, reperitur: ibi magnæ fuerit audaciæ, hos tales nominare membra Chriſti: aut dicere, eos ab hoc regi. Magnæ item ſimplicitatis, non liberè dicere: dominari ibi, & regnare, ſenſum carnis: cùm Apoſtolus clarè ſententiam pronunciet: cui aſſtituitis vos ſeruos ad obediendum: ſerui eſtis, cui obeditis. Cùm item manifeſtè talis ſenſus proprietates recenſeat, vt quando dicit: Vbi inter vos æmulatio eſt, & contentio, & diſſidia: an non carnales eſtis? cùm præterea graui aſſeueratione triſtem illorum exitum, & à pietatis communione excluſionem, ponat, vbi dicit. Senſus carnis, inimicitia contra Deum eſt. Legi enim Dei ſe non ſubdit: quia nec poteſt: cùm Dominus dicat: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Nec etiam implere, quod in Actis dicitur: Multitudinis credentium, erat cor & anima vna: quòd nemo vtiq; ſuam propriam voluntatem figebat: ſed cuncti communiter, vno eodemq; Spiritu ſancto vnius Domini Ieſu Chriſti voluntatem quærebant, dicentis: Deſcendi cœlitus, non vt faciam meam voluntatem: ſed illius, qui me miſit, patris.

Inceda-

Εἰς τὰ σχίσματα τῶν χριστιανῶν.

Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκε, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Καὶ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον: εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. καὶ τό: ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα ἐν τῷ σώματι: ἀλλὰ τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν ὑπὲρ ἀλλήλων τὰ μέλη, ὑπὸ μιᾶς δηλονότι κινούμενα τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς. Τίνος ἕνεκεν οὕτως ᾠκοδομήθη; ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἵνα σώζηται ἡ τοιαύτη ἀκολουθία τε καὶ εὐταξία, πολλῷ πλέον παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἣν εἴρηται: ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, κρατούσης δηλαδὴ καὶ συναπτούσης ἕκαστον τῷ ἄλλῳ πρὸς ὁμόνοιαν, τῆς μιᾶς καὶ μόνης ἀληθοῦς κεφαλῆς, ἥτις ἐστὶν ὁ χριστός. παρ' οἷς δὲ οὐχ ὁμόνοια κατορθοῦται, οὐχ ὁ σύνδεσμος τῆς εἰρήνης τηρεῖται, οὐχὶ ἐν πνεύματι πρᾳότης φυλάσσεται, ἀλλὰ καὶ διχοστασία καὶ ἔρις, καὶ ζῆλος εὑρίσκεται: πολλῆς μὲν τόλμης ἂν εἴη μέλη χριστοῦ τοὺς τοιούτους ὀνομάζειν, ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἄρχεσθαι λέγειν. Ἁπλῆς δὲ διανοίας μὴ μετὰ παρρησίας εἰπεῖν, ὅτι κρατεῖ ἐκεῖ καὶ βασιλεύει τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνὴν, λέγοντος μὲν ὁριστικῶς, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε. διεξιόντος δὲ σαφῶς τοῦ τοιούτου φρονήματος τὰ ἰδιώματα, ὡς ὅταν λέγῃ: ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος, καὶ ἔρις, καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; διδάσκοντός τε ἅμα ἀποφαντικῶς τό, τε χαλεπὸν αὐτῶν τῆς ἐκβάσεως, καὶ τὸ ἀκοινώνητον πρὸς θεοσέβειαν. δι' ὧν φησιν, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς θεόν. Τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται: οὐδὲ γὰρ δύναται. Διότι φησὶν ὁ κύριος; οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, οὐδὲ πληροῦν τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν εἰρημένον: ὅτι τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Οὐδενὸς μὲν δηλονότι τὸ ἴδιον θέλημα ἱστῶντος, πάντων δὲ ζητούντων κοινῇ ἐν ἑνὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ τοῦ ἑνὸς κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ θέλημα, εἰπόντος: καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός.

Στοιχῶ-

Προτροπὴ πρὸς ἁγίαν ὁμόνοιαν. Ἐφεσ. β.

Στοιχῶμεν, τοίνυν τῷ κανόνι τῶν ἁγίων, ὡς ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου λίθου, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ. Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης, ἁγιάσαι ἡμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου τηρηθείη. Πιστὸς δὲ ὁ θεὸς, ὁ καλῶν ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς, καὶ πάντας θέλων σωθῆναι, ὃς καὶ ποιήσει, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρήσωμεν: ὅπερ τὸ κεφάλαιόν ἐστι τῆς σωτηρίας πάντων, καὶ ὧν ἄνευ σωθῆναι ἀδύνατον, τῇ χάριτι καὶ τοῦ χριστοῦ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς δεδήλωται καὶ μερικῶς σεσαφήνισται. Μὴ οὖν ἐξ ἡμισείας τὸν θεὸν γνωρίζωμεν, μηδὲ ἀφορμὴν ῥαθυμίας τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν λαμβάνωμεν: ἀλλὰ προσέχωμεν νηφόντως τοῖς λεγομένοις, καὶ εἰς ἔργον προαγαγεῖν τὰ θεῖα δόγματα σπουδαίως ἐπειχθῶμεν, πρὸς οὐδὲν ἀφορῶντες ἕτερον, ἢ πρὸς τὸν εἰπόντα: πῦρ ἦλθον βαλεῖν, καὶ τί ἤθελον, εἰ ἤδη ἀνήφθη; Καὶ τούτου τοῦ πυρὸς τὴν ἐνέργειαν ζητῶν ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγε: δοκίμασόν με κύριε, πύρωσόν με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου.

Psal. 26.

Τοῦτο τὸ πῦρ, τὴν ἐν τῷ ἔνδον ὀφθαλμῷ δοκὸν κατακαῖον, καθαρὸν ἀποκαθίστησιν, ἵνα ἀπολαβὼν τὸ κατὰ φύσιν διορατικὸν, ὁρᾷ διηνεκῶς τὰ τοῦ θεοῦ θαυμάσια, κατὰ τὸν λέγοντα: ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. Τοῦτο τοιγαροῦν τὸ πῦρ, Δαιμόνων ἐστὶ φυγαδευτήριον, κακίας τε καυστικὸν, ἀναστάσεως δύναμις, καὶ ἀθανασίας ἐνέργεια, ψυχῶν ἁγίων φωτισμὸς, καὶ λογισμῶν δυνάμεων σύστασις. Τοῦτο τὸ πῦρ εὐξώμεθα καὶ εἰς ἡμᾶς φθάσαι, ἵνα πάντοτε ἐν φωτὶ περιπατοῦντες, ἔργων ἀγαθῶν, μηδὲ πρὸς βραχὺ προσκόψωμέν ποτε: ἀλλ' ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ φαινόμενοι, λόγον ζωῆς ἐπέχωμεν ἀιδίως, ἵν' ἀπολαύοντες τῶν τοῦ θεοῦ σὺν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστῷ, ἐν ζωῇ ἀναπαυσώμεθα, τὰς ἐντολὰς καὶ ἀρετὰς καὶ πᾶν σωτηριῶδες καὶ θεῖον ἐκπληρώσαντες ἁγιοπρεπῶς, ὡς ἀναγκαῖον. Οὕτω γὰρ ἀναστρεφόμενοι, πάντα τὸν τῆς παροικίας ἡμῶν χρόνον, εἰς τὴν ἀληθινὴν πατρίδα καταντήσομεν: ἧς καὶ ἀξιωθείημεν χάριτι χριστοῦ, Ἀμήν.

Adhortatio ad concordiam ſanctam.

Incedamus igitur iuxta canonem ſanctorum: tanquam ſuperſtructi fundamento Apoſtolorum & Prophetarum: cùm angularis lapis ſit, ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus: in quo omnis ſtructura quæ coagmentatur, creſcit in Templum ſanctum in Domino. Deus autem pacis, nos ad totam perfectionem ſanctificet: integerq; noſter Spiritus, & anima, & corpus, inculpatè in aduentum Domini ſeruetur. Fidelis verò eſt Deus, qui vocauit vos & nos, & omnes vult ſaluari: qui id etiam faciet, ſi mādata eius ſeruauerimus: (quod eſt caput ſalutis omnium: ſine quibus ſalutem conſequi, impoſsibile eſt) gratiā etiā Chriſti, in Spiritu S. ſicut indicatum eſt, & particulatim declaratum. Ne igitur ex dimidio Deum cognoſcamus: nec in occaſionem ſocordiæ humanitatem ipſius vertamus: ſed attendamus animum ſobriè ad ea, quæ dicuntur: & vita factiſq; diuina decreta repræſentare, omni ſtudio contendamus: ad nihil aliud oculos noſtros conuertentes, quàm ad dicentem: Ignem veni iacere: & quid volui, ſi iam accenſus eſt? Huius ignis operationem quærens beatus Dauid, ait: Proba me Domine: igne explora me. Igne renes meos explora, & cor meum. Hic ignis trabem, in oculo interno hærentem, comburens, oculum purum reddit: vt, recepto naturali acumine ſuo, cōtinenter videat mirabilia Dei, ex dicto hoc: Retege oculos meos: & intelligentia comprehendam mirabilia ex lege tua. Hic itaq; ignis, Dæmones fugandi, vitiaq; comburendi, vim habet: potentia reſurrectionis eſt, & immortalitatis operatio: ſanctarum animarum illuminatio eſt, & cogitationum potentiarum conſtitutio, & compactio. Hunc ignem etiam ad nos volare precemur: vt ſemper in luce ambulantes bonorum operum, ne vel paululum impingamus vnquam: ſed vt luminaria in mundo lucentia verbum vitæ retineamus in æternum: vt beatitudine Dei fruentes, cum Domino noſtro Ieſu Chriſto in vita requieſcamus: mandatis, & virtutibus, & omni re diuina ſalutariq; expletis: ſicut & Sanctis dignum eſt, & neceſſarium. Huiuſmodi enim conuerſatione per omne incolatus noſtri tempus, in veram patriā perueniemus: qua vtinam digni fiamus per gratiā Chriſti, Amē.

Ἅπαντα

Epilogus hortans, ut ipſis aſſentiamur.

Vniuerſa hæc, quæ à nobis allata ſunt, dilecti (vt & vos benè ſcitis) diuinâ ſcripturâ nituntur, ſecundum ſapientium & ſanctorum Theologorum noſtrorum interpretationem, & ſanam doctrinam atq; explanationem. Non enim nobis licet, noſtræ propriæ confidendo explicationi, aliquod diuinæ Scripturæ dictum aliter intelligere, animaduertere, aut interpretari: niſi quemadmodum Theologis illis viſum eſt: qui à ſanctis Synodis in S. Spiritu, ad pium ſcopum, probati receptiq; ſunt: vt ne, ſi à recta Euangelica doctrina, & à vera ſapientia & prudentia, declinemus: mentis noſtræ cogitatio inſtar Protei huc illuc circumferatur. Sed quærat aliquis: quomodo iſta corrigentur? Quomodo? Deo adiuuante, ſic. Nihil præter illa, quæ à S. Apoſtolis, & à S. Synodis, inſtituta & ordinata ſunt, in manus ſumendo, aut ſentiendo. Qui enim hunc limitem terminumq; rectè ſeruat, Synchoreuta (choreæ particeps) nobis erit ſocius, & fidei conſors. Qui verò prædictos canones recuſat, & contra Apoſtolos tendit, & irreuerẽter in S. Apoſtolos fertur: quam'nam haberet nobiſcum communionem? Quæ huic pars nobiſcum eſſet? Quippe Doctorum vnus ita dicit pietatis ſtudioſis: Qui loquitur præter in-
,, ſtituta & recepta: etiamſi fide dignus ſit,
,, etiamſi virginitatẽ ſeruet, etiãſi ſigna faci-
,, at, etiãſi prophetet: is lupus ſub ouis habi-
,, tu, extra controuerſiã eſt, ouibus perniciẽ
,, machinans. Alius ita: Si quis aliquid eorũ,
,, quæ Dei plenis patribus viſa ſunt, concutit:
,, non hoc iam diſpenſatio nominandum
,, eſt: ſed transgreſsio, & proditio dogmatis.
,, Alius ita: Oportet eum, qui ante oculos
,, habet tribunal Chriſti: cùm ſciat, quantum periculum immineat his: qui audent aliquid detrahere, aut addere, à Spiritu traditorum: non ex ſeſe ambitioſè contendere aliquid innouare: ſed illis, quæ antea à Sanctis annunciata ſunt, acquieſcere. Quoniam igitur tot taleſq; Theologi noſtri, aliter opinari & ſtatuere vetant: vna ſola correctionis ratio erit hæc: Sanctis cum Synodis pari paſſu incedere, & Apoſtolorum canones ſequi: atq; ita per omnia comitari Chriſtum.

Si

Ἐπίλογος.

Πόθεν, αἱ ἀποδείξεις αὗται.

Ἅπαντα ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν ῥηθέντα, ἀγαπητοὶ, ὡς καὶ ὑμεῖς καλῶς οἴδατε, τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἔχεται, κατὰ τὴν τῶν σοφῶν καὶ ἁγίων θεολόγων ἡμῶν ἑρμηνείαν, καὶ ὑγιῆ διδασκαλίαν καὶ διασάφησιν. Οὐ γὰρ ἡμῖν ἔξεστι, τῇ ἰδίᾳ καταθαῤῥοῦσιν ἐξηγήσει, τὶ τῶν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ῥητῶν συνιέναι καὶ κατανοεῖν, ἢ διερμηνεύειν: εἰ μὴ κατὰ τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, πρὸς τὸν εὐσεβῆ σκοπὸν δοκιμασθέντας θεολόγους: ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, καὶ ἀληθοῦς σοφίας τε* καὶ φρονήσεως ἐκκλινόντων, ἡ διάνοια ἡμῶν δίκην Πρωτέως ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν περιφέρηται. Ἀλλὰ ποία ἄν τις εἴποι διόρθωσις ἔσται τούτοις, ποία; Θεοῦ συναιρομένου, αὕτη: τὸ, μηδὲν παρὰ τὰ διατεταγμένα τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις, μεταχειρίζεσθαι, ἢ φρονεῖν. Ὁ γὰρ τοῦτον τὸν ὅρον φυλάττων ὀρθῶς, συγχορευτὴς ἡμῖν ἔσται, συγκοινωνὸς, καὶ ὁμόπιστος. Ὁ γὰρ τοὺς προειρημένους κανόνας ἀπαναινόμενος, καὶ κατὰ τῶν ἀποστόλων ὁμόσε χωρῶν, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων ἀναίδην φερόμενος ἀποστόλων, τίνα ἂν σχοίη πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν; τίς δὲ μερὶς μεθ' ἡμῶν ἔσται τούτῳ; ὅπου ὁ μὲν τῶν διδασκάλων λέγει τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν: ὁ λέγων παρὰ τὰ διατεταγμένα, κἂν ἀξιόπιστος ᾖ, κἂν
„ παρθενεύῃ, κἂν σημεῖα ποιῇ, κἂν προφη-
„ τεύῃ, οὗτος λύκος προβατόσχημος ἄν-
„ τικρυς, φθορὰν προβάτων κατεργαζόμε-
„ νος. Ὁ δὲ, εἴ τις τῶν δοκούντων τοῖς θεοφό-
„ ροις πατράσι σαλεύσει τι, οὐκέτι τοῦτο οἰκο-
„ νομίαν κλητέον, ἀλλὰ παράβασιν, καὶ
„ προδοσίαν δόγματος. Ὁ δὲ, χρὴ τὸν πρὸ
„ ὀφθαλμῶν ἔχοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον,
„ εἰδότα, ὅσος κίνδυνος τοῖς τολμῶσιν ἀ-
„ φελεῖν τι, ἢ προσθεῖναι, τῶν παραδεδομέ-
„ νων ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μὴ παρ' ἑαυτοῦ
„ φιλοτιμεῖσθαι καινοτομεῖν, ἀλλὰ τοῖς προ-
„ κατηγγελμένοις ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐφησυ-
„ χάζειν. Ὅπου τοίνυν τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι ἡμέτεροι θεολόγοι δοξάζειν ἄλλως κωλύουσι, μία καὶ μόνη διόρθωσις αὕτη, τὸ, ταῖς ἁγίαις συνόδοις συστοιχεῖν, καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων ἕπεσθαι κανόσι: καὶ οὕτω διὰ πάντων ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ.

** In Autographo hactenus manus Protonotarij. Reliqua, uſq; ad Patriarchicam ſubſcriptionem, manus alius: & lectu difficiliora (propter καλλιγραφίαν.) erant.*

Πῶς ἂν συμφωνία γένοιτο.

Grauiſſ. cautiones & interdicta νεωτερισμῶν.

Καὶ

Adhortatio vt ipſis aſſentiatur.

Καὶ ὑμῶν οὖν, ὦ ἄνδρες Γερμανοὶ σοφώτατοι, καὶ τέκνα ἀγαπητὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος, βουλομένων, ὡς νουνεχῶν, ὁλοψύχως τῇ ἡμετέρᾳ προσελθεῖν ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ: ἡμεῖς, ὡς πατέρες φιλόστοργοι, προθύμως τὴν ὑμετέραν ἀγάπην καὶ φιλοφροσύνην ἀποδεξόμεθα: ἐὰν θελήσητε τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ συνοδικοῖς συμφώνως ἡμῖν ἀκολουθῆσαι, καὶ τούτοις ὑπείξειν. Τηνικαῦτα γὰρ τῷ ὄντι συγκοινωνοὶ ἡμῖν ἔσεσθε, καὶ ὡς παῤῥησίᾳ ὑποταγέντες τῇ καθ' ἡμᾶς ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, παρὰ πάντων τῶν νουνεχῶν ἐπαινεθήσεσθε: καὶ οὕτω τῶν δυοῖν ἐκκλησιῶν μιᾶς σὺν θεῷ γενομένης, τοῦ λοιποῦ συζήσομεν, καὶ συμβιοτεύσομεν θεαρέστως: ἕως τοῦ καὶ τῆς ἐπουρανίου τύχοιμεν βασιλείας: ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ: ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν.


Nigra cera Sigillum fuit impreſſum à Patriarcha: ſub quo latebant quædam textus literæ.



Eſt S. Maria cum puero Ieſu, cum dictionibus: μήτηρ θεοῦ. Ἰησοῦς Χριστός: circa caput pueri literæ ο ω ν, valent, ὁ ὤν.

Ἐγράφη σὺν θεῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ αφοϛ. Μαΐου ιε. ἐν τῇ πατριαρχικῇ σεβασμίᾳ μονῇ τῆς παμμακαρίστου.

Subſcriptio hæc, manu Patriarchæ.



Si igitur & vos, viri Germani ſapientiſsimi, & filij mediocritatis noſtræ dilecti, vultis, vt mente præditi, ex toto animo vos noſtræ adiungere ſanctiſsimæ Eccleſiæ: nos, vt patres amantiſsimi, promptè veſtram charitatem beneuolentiamq; recipiemus: ſi volueritis decreta Apoſtolica & Synodica, vnanimi conſenſu nobiſcum ſequi, & his cedere. Tunc re vera conſortes nobiſcum eritis: &, tanquam apertè huic noſtræ & Catholicæ Chriſti Eccleſiæ ſubditi, ab omnibus rectè ſentientibus laudabimini. Hoc modo, ſi ex vtraq; Eccleſia vna Deo bene iuuante facta fuerit: coniunctionem ſocietatemq; vitæ poſthac colemus piam, Deoq; placentem: donec etiam cœleſte intremus Regnum: quod vtinam omnes conſequamur per Chriſtum Ieſum: cui gloria in ſecula, Amen.

Scriptum Dei auxilio Conſtantinopoli, Anno a b incarnata diſpenſatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, 1576. Die Maij 15. in Patriarchico & venerando ſanctiſſimæ virginis Mariæ Monaſterio.

SANCTISSIMO ET OECVMENICO Patriarchæ, D. Hieremiæ Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, nouæ Romæ, Domino noſtro colendiſsimo.

EPISTOLAM Sanctitatis tuę honorabilem, ſanctiſsime D. Patriarcha, humanitatis, imò Chriſtianæ charitatis, plenam, vnà cum erudito Sanctitatis tuæ libro, XVIII. die Iunij, anno proximo accepimus. Nec ſuauius quicquam nobis accidit, neq; optatius: quàm nos ab optimo viro, in ſummo dignitatis loco collocato, patreq; reuerendiſsimo, id Scriptum accepiſſe. Nam tametſi charitate ſincera nihil amabilius eſt, (coniungit quippe, tanquam commune quoddam vinculum, homines in vnum corpus ſub capite Chriſto conſtringens) illa tamen longè maiores ſui amores in animis noſtris parit: quando perſonæ quoq;, præſertim in tanto ſplendore poſitæ, commendationem adiunctam habet. Accedit, non propter hanc ſolùm cauſam, nobis maximam lætitiam ex illa ſcriptione datam eſſe: verùm propter hoc etiam, quod longè maius eſt: quòd S. tua nos ad veram, & omnibus numeris abſolutam, Philoſophiam amplectendam cohortatur: non quidem illam, quæ olim apud antiquos Græciæ Sapientes in admiratione fuit: ſed ad ipſam ſapientiam, quæ conſeruatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, principem & autorem habet: à qua recedere, nos nefas caputq; peccatorum omnium iudicamus: & eiuſmodi, quod cum extremo corporis animæq; periculo ſit coniunctum. Quis enim nobis viam, ad ſupera regna ducentem, meliùs illo monſtret: qui eſt ipſa via, ipſa veritas, ipſa vita? cùm verò hic idem (qui citra dubitationem vllam, vltima & ſacra ſalutis noſtræ anchora eſt) immutabilem illam & firmiſsimam veritatem, in Propheticis & Apoſtolicis libris propoſuerit, nobiſq; notam eſſe voluerit: planè

ΤΩ͂Ι ΠΑΝΑΓΙΩΤΑΤΩ͂Ι ΚΑῚ ΟἸΚΟΥΜΕΝΙΚῷ Πατριάρχῃ, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ, ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης, κυρίῳ ἡμῶν σεβασμιωτάτῳ.

ΤΟ ΜῈΝ ΤΗ͂Σ ἁγιότητός σου τιμιώτατον γράμμα, παναγιώτατε κύριε Πατριάρχα, πάσης φιλοφροσύνης, μᾶλλον δὲ χριστιανικῆς ἀγάπης, γέμον, ἅμα τῷ πολλοῦ ἀξίῳ τῆς σῆς ἁγιότητος βιβλίῳ, τοῦ παρελθόντος ἔτους τῇ ιή. μηνὸς Ἰουνίου ἐδεξάμεθα. Οὐδὲν δὲ ἡμῖν ἥδιον ἐγένετο, οὐδὲ εὐκταιότερον: τοῦ ἡμᾶς τοιαύτην γραφὴν παρὰ τοῦ ἀρίστου, καὶ ἐν ὑψηλοτάτῳ ἀξιώματος βαθμῷ καθεστῶτος, ἀνδρὸς, καὶ πατρὸς αἰδεσιμωτάτου δέξασθαι. Εἰ γὰρ καὶ εἰλικρινοῦς ἀγάπης οὐδὲν ἐρασμιώτερόν ἐστιν, (ἅτε συνδέσμου οἷον κοινοῦ οὔσης, ἀνθρώπους εἰς ἓν σῶμα ὑπὸ κεφαλῇ χριστῷ συμφυούσης) ὅμως ἐκείνη πολλῷ μείζους ἑαυτῆς ἔρωτας ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐμποιεῖ: ὅταν καὶ προσώπου σύστασιν, μάλιστά τε οὕτω λελαμπρυσμένου, συμπαρομαρτοῦσαν ἔχῃ. Ἀλλὰ μὴν, οὐ τούτου μόνον ἕνεκα, μετὰ πλείστης χαρᾶς ἐδεξάμεθα: ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ, ὃ μεῖζον εἰς προσθήκην: ὅτι παρὰ τῆς ἁγιότητός σου, ἐπὶ τὸ ἐνστερνίζεσθαι τὴν ἀληθινὴν, καὶ πάντῃ πάντως τελείαν, φιλοσοφίαν, προτρεπόμεθα: οὐ μὲν τὴν πάλαι τοῖς ἀρχαίοις ἐν Ἑλλάδι σοφοῖς διὰ θαύματος γενομένην: τὴν δὲ αὐτοσοφίαν, τὴν τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, ἀρχηγὸν ἔχουσαν: ἧς ἀναχωρεῖν, ἡμεῖς κεφάλαιον πάντων ἁμαρτημάτων κρίνομεν: καὶ οἷον, ἐσχάτῳ σώματος καὶ ψυχῆς κινδύνῳ συνεζεῦχθαι. Τίς γὰρ ἡμῖν τὴν εἰς τὴν ἄνω βασιλείαν ὁδὸν βέλτιον ἂν δείξειεν ἐκείνου: ὅς ἐστιν ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή; τούτου δὲ (ὃς πάντως ἡ ὑστάτη, καὶ ἱερὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἄγκυρα ὑπάρχει) τὴν ἄτρεπτον καὶ βεβαιοτάτην ἐκείνην ἀλήθειαν, ἐν γράμμασι τοῖς τε προφητικοῖς, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς, προθέντος, καὶ γνωστὴν εἶναι θελήσαντος: οὐδαμῶς

οὐδαμῶς ἡμεῖς ἐνδοιάζομεν, μὴ οὐχὶ τὴν γνησίαν ἐκείνην, καὶ ἀκαταγώνιστον, καὶ ἀληθῶς καλλίστην, ὑπὸ τῆς σῆς ἁγιότητος ἡμῖν συνισταμένην, τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν φιλοσοφίαν, οὐδέσιν ἀνθρώπων γράμμασιν, ἢ συνόδοις βέλτιον ἐκτεθῆναι: ἢ τῇ διακονίᾳ ἐκείνων, οὓς αὐτὸς ὁ κύριος τοῦ ἑαυτοῦ θελήματος πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος ἑρμηνεῖς καθίστασθαι εὐδόκησε. Παντὸς γὰρ ἀνθρωπείου νοῦ, πρὸς τὸ σφάλλεσθαι εὐκαταφόρου ὄντος: ἀσφαλεστάτως ἂν ἔχοι, παρὰ τούτων μάλιστα μανθάνειν: οἵ εἰσιν, ὡς παγκάλως ὁ ἅγιος ἔγραψε Βασίλειος, τοῦ ἁγίου πνεύματος κάλαμος. Ἔμπαλιν δὲ ἀναθεματίζει ὁ Ἀπόστολος: ἐὰν καὶ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ, ἄλλό τι παρὰ τὴν ὁμολογουμένην ἐκείνην ἀλήθειαν εὐαγγελίσηται. Καὶ ὁ σωτὴρ, πᾶσαν τὴν μὴ ὑπὸ τοῦ οὐρανίου πατρὸς φυτευθεῖσαν φυτείαν, ἐκριζωθήσεσθαι εἶπε. Διὰ ταῦτα δὴ, οὐ μόνον τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις τῶν συνόδων, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑφ' ὧν ἄν τις βούληται ἀνθρώπων, τοῖς τῶν ἁγίων γραφῶν κανόσι συμφώνως εἰρημένα καὶ γεγραμμένα, ἀποδέχεσθαι δικαιοῦμεν. Τέως γε μὴν, πάνυ ἐλπίζομεν: τῇ ἁγιότητί σου οὐκ ἀποδοκιμασθήσεσθαι: ἐὰν ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις πεπεισμένοι ἡμεῖς, μὴ συνδράμωμεν τοῖς: ἃ καὶ μάλα ἀξιωματικοὶ ἄνδρες, ἔσθ' ὅτε κατὰ τῆς αὐταληθείας ἐκείνης ἀπεφήναντο. ταῦτα δὲ, ἅτινά ἐστι, τὸ βραχὺ μὲν τοῦτο, τεθεμελιωμένον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ἁγίων γραφῶν πέτραν, βιβλίον ἡμῶν, μετρίως καὶ σωφρόνως δείξει. Οὐδὲν γὰρ οἴκοθεν ἐπινοηθὲν περιέχει: ἢ ἐκ τῆς κατὰ σάρκα φιλοσοφίας (ἣν πολλάκις δὶς διὰ πασῶν, οὕτως εἰπεῖν, τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας ἁμαρτεῖν, πρόδηλον) μεταληφθέν: ἀλλὰ μόνον, ὅσα αὐτῆς τῆς φιλοσοφίας ἐστίν: ἣν κομιδῇ φιλοφρόνως καὶ πατρικῶς ἡ ἁγιότης σου συνέστησεν ἡμῖν. Ἐλπίζομεν δὲ, οὕτως οὐ μόνον τῇ σῇ ἁγιότητι, ἀλλὰ καὶ τῷ Χριστῷ, ἀρέσκοντα πεποιηκέναι: ὃς θέλει, ὑφ' ἡμῶν ἐρευνᾶσθαι τὰς γραφάς: καὶ διὰ τοῦ ἱεροψάλτου, , τὸ ἑαυτοῦ ῥῆμα, λύχνον εἶναι τοῖς ποσὶν ἡμῶν εἶπεν. Οὔκουν οὐδὲ τῆς ἀληθινῆς ἐκκλησίας ἀποπλανηθῆναι δόξομεν: ἐφ' ὅσον ἂν τῷ θεμελίῳ αὐτῆς, καὶ τοῖς κίοσιν, ἐπῳκοδομημένοι, ἀδιασπάστως ἐμμείνωμεν. Προσέτι δὲ, τὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ταῖς θεσπεσίαις γραφαῖς συμφωνοῦν τοῦτο, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις κεχαρισμένον

planè nos non dubitamus: quin germana illa, & invicta, adeoq; pulcherrima, quam nobis S. tua commendat, Domini & Saluatoris noſtri Philoſophia, nullis aliorum hominum ſcriptis, aut Synodis, rectiùs expoſita & declarata ſit: quàm mente & ſpiritu illorum, quos ipſe Dominus ſuæ voluntatis ad humanum genus interpretes, ſapientia ſua delegit. Etenim cùm cuiusuis hominis mens, ad errores & lapſum procliuis ſit: tutiſsimum ab illis potiſsimè diſcere fuerit: qui ſunt, quêadmodum pulchrè D. Baſilius ait, S. Spiritus calamus. Contrà execratur D. Paulus, eijcitq; è Chriſtiano grege: ſi etiã Angelus è cœlo, aliud quid præter illam certam indubitatamq; veritatem annunciet. Saluator quoq; ipſe omnem plantam, quæ non à cœleſti patre poſita ſit, eradicatum iri affirmat. Quocirca non modò ea, quæ in ſacris Synodis: ſed etiam illa, quæ à quouis alio homine, Regulis ſacrarum literarum congruenter dicta & ſcripta fuerint, approbanda & recipienda ſtatuimus. Interim tamen bene ſperamus: S. tuæ non diſpliciturum, nec improbatum iri: ſi etiam propter cauſas, quas iam poſuimus, non aſſentiamur ijs: quæ alioqui magnæ autoritatis viri, alicubi contra illam primam veritatem pronunciârunt. Ea verò, quæ ſint, hoc breue quidem, ſed fundatum in S. literarum petra, ſcriptum noſtrum, modicè modeſteq; demonſtrabit. Nihil enim noſtro ingenio confictum continet: aut ex humanæ rationis Philoſophia (quæ, vt notum eſt, ſæpe longiſsimè à ſcopo veritatis aberrat) tralatum: ſed tantùm illa, quæ ipſius illius Philoſophiæ ſunt: quam tam paterno affectu S. tua commendauit nobis. Speramus autem, nos hoc modo non ſolùm S. T., ſed ipſi etiam Chriſto, rem gratam feciſſe: qui nobis præcipit, ſcrutari ſcripturas: & per Dauidem in Pſalmo quodam, verbum ſuum, lucernam pedibus noſtris eſſe inquit. Ergo nec à vera Eccleſia receſsiſſe videbimur: quàmdiu fundamento & columnis eius ſuperſtructi, conſtanter inibi manebimus. Confidimus præterea, nos hac animorum noſtrorum cum diuinis literis conſenſione, ſanctis etiam Angelis rem gratam facere: quippe

quippe qui, ſicut ad omnem Domini voluntatem exequendam promptiſsimi ſunt Miniſtri: ita quoq; nihil magis, quàm vt ſacris & receptis libris prodita Dei voluntas fiat, in optatis habent. Oramus igitur Chriſtum, vnicum conſeruatorem noſtrum, totisq; animis precamur: vt ipſum aliquando in illo beato cœtu coràm cernamus: vbi laudes eius, vnà cum beatiſsimis illis Spiritibus, in æternum decantare non ceſſemus. Poſtremò Sanctitatem tuam omni cum reuerentia quæſumus: ne quicquam horum, quæ ſcripſimus, ſecus accipiat: ſed paternum erga nos animum poſthac etiam retineat: propenſo etiam affectu, hoc qualecunq; (cum multò præſtantiore honore S. tua digna eſſet) à nobis miſſum donum accipiat: ſicut ipſam, qua eſt ſapientia, pietatis & veritatis ſtudio, & manſuetudine, certò facturam bona ſpes nos tenet. Valeat S. tua, reuerendiſsime Domine, ipſa, & totus piorum venerandus cœtus. Tybingâ, die 18. Iunij, Anno Salutis 1577.

Lucas Oſiander, S. Theologiæ D. VVirtembergicæq; Aulæ Eccleſiaſta, & Eccleſiaſticus Stutgardiæ Conſiliarius: nomine D. Iacobi Andreæ, Tybing. Præpoſiti & Cancellarij, hoc tempore in Saxonia verſantis, ſſ:.

Martinus Cruſius, Tybingæ Græcarum & latinarum literarum Interpres, ſſ:.

RESPON-

σμένον ἔσεσθαι πεποίθαμεν: οἵτινες, ὥσπερ παντὸς τοῦ κυριακοῦ βουλήματος λειτουργοί εἰσιν ἀπροφάσιστοι: οὕτω τὸ διὰ τῶν κανονικῶν γραφῶν διατρανωθὲν θεοῦ θέλημα γίνεσθαι, μάλιστα εὔχονται. Παρακαλοῦμεν δὴ χριστὸν, τὸν μόνον ἡμῶν σωτῆρα, ὁλοψύχως λιπαροῦντες: ἡμᾶς ποτε αὐτοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ μακαρίῳ συλλόγῳ αὐτόπτας γενήσεσθαι: αὐτὸν, μετὰ τῶν παμμακαρίστων ἐκείνων πνευμάτων, εἰς τὸ διηνεκὲς ἀπαύστως ἀνυμνοῦντας. Τελευτῶντες δὲ, τὴν ἁγιότητά σου μετὰ πάσης ταπεινώσεως ἀξιοῦμεν: μηδὲν, ὧν γεγράφαμεν, δυσχεραίνειν: ἀλλὰ πατρικὸν πρὸς ἡμᾶς φρόνημα κατέχουσαν διατελεῖν: φιλοστόργῳ τε ψυχῆς διαθέσει, ὃ πέμπομεν, οἷον οὖν ἂν ᾖ, δῶρον (εἰ καὶ πολλῷ μείζονος τιμῆς, ἡ ἁγιότης σου ἀξία) δέχεσθαι: ὥσπερ δὴ αὐτὴν, σοφωτάτην οὖσαν, καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεστάτην, καὶ φιλαληθεστάτην, καὶ ἠπιωτάτην, πάντως ποιήσειν, εὐέλπιδες ὑπάρχομεν. Ἐῤῥώσθω ἡ ἁγιότης σου σεβασμιώτατε δέσποτα, μετὰ παντὸς τοῦ αἰδεσίμου, καὶ εὐσεβοῦς τοῦ κυρίου πληρώματος. Ἀπὸ Τυβίγγης, τῇ ιή. μηνὸς Ἰουνίου, ἔτει τῆς σωτηρίας αφοζ.

Λουκᾶς ὁ Ὀσίανδρος, τῆς Θεολογίας διδάσκαλος: ἐν τῇ τοῦ Βιρτεμπεργικοῦ ἄρχοντος αὐλῇ ἐκκλησιαστής: καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐν Στουτγαρδίᾳ συνεδρίου πάρεδρος: ὑπὲρ κυρίου Ἰακώβου τοῦ Ἀνδρέου, Τυβιγγέως Πραιποσίτου καὶ Καγκελλαρίου, νυνὶ ἐν Σαξονίᾳ ἀποδημοῦντος, ὑπέγραψα.

Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος, ἐν Τυβίγγῃ τῆς τε ἑλλάδος, καὶ τῆς λατινίδος φωνῆς καὶ παιδείας διδάσκαλος, ὑπέγραψα.

ἈΝΤΑ-

ΑΝΤΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΕΚ ΤΥΒΙΓΓΗΣ, ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ τοῦ πατριάρχου Ἱερεμίου ἀπόκρισιν: ὑπὸ Μαρτίνου τοῦ Κρουσίου ἐξελληνισθεῖσα.

ΕΠΕΔΟΘΗ ΠΕΡΥΣΙΝ ἡμῖν, ἡ τῆς ἁγιότητός σου, παναγιώτατε κύριε Πατριάρχα, πρὸς τὰ τῆς θρησκείας ἡμῶν κεφάλαια, φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης χριστιανοπρεποῦς ἀνάμεστος, οὐ μετρίως ἡμᾶς εὐφράνουσα, ἀπόκρισις. Χάριν οὖν τῇ ἁγιότητί σου ἔχομεν τὴν μεγίστην: διότι τοσαύτην καὶ τηλικαύτην τῆς πανταχοῦ ἐπισκοπῆς ἐπιβαροῦσαν ἀσχολίαν ἐπικειμένη, ὅμως τὰ εἰρημένα κεφάλαια, οὐ μόνον ἀναγνώσεως, ἀλλὰ καὶ ἀποκρίσεως, ἠξίωσε: καὶ ταύτης ἀπὸ εἰλικρινοῦς ψυχῆς, μετ᾽ οὐδεμιᾶς ὑποστολῆς καὶ εἰρωνείας. Πάλαι δ᾽ ἂν πρὸς τὴν τῆς σῆς ἁγιότητος κρίσιν καὶ ἀπόφασιν ἀνταποκριθῆναι παρεσκευάσθημεν: εἰ μὴ ἐγὼ Ἰάκωβος ὁ Ἀνδρέου, ἐπὶ ἐκκλησιῶν διόρθωσιν εἰς Σαξονίαν, ὑπὸ τοῦ ἐπιφανεστάτου αὐτῆς ἄρχοντος (τῶν ἑπτὰ πρώτων ἑνός, οὓς Ἐλέκτωρας ὀνομάζομεν) μετεκλήθην: καὶ ὑπὸ τοῦ λαμπροτάτου μου κυρίου Λοδοβίκου, τοῦ Βιρτεμπεργικοῦ ἡγεμόνος, ἐκεῖσε ἀπεστάλην. Καθ᾽ ὃν δὴ καιρὸν ὅλον, πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἐνεσχέθην ἀσχολίαις: ὥστε τῇ ἁγιότητί σου μηδὲν ἐπιστέλλειν δυνηθῆναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ γνόντες τὸν πόθον, μεθ᾽ οὗ τὴν ἡμετέραν ἀπόκρισιν ἡ ἁγιότης σου περιμένει, ἐγώ τε, καὶ Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος: ἀπωσάμενοι τέως τὸ πλῆθος καὶ μέγεθος τῶν ἀντιπιπτόντων περισπασμῶν, τῇ σῇ ἁγιότητι, πρὸς τὴν αὐτῆς κρίσιν, τὴν γνώμην ἡμῶν εἰς τὸ φανερὸν θέσθαι ἐπεχειρήσαμεν. Μεθ᾽ ἧς δ᾽ ὀφείλομεν αἰδοῦς, παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἁγιότητα: ἱλαρῷ μὲν τῷ προσώπῳ, ἠπίῳ δὲ τῇ ψυχῇ, τήνδε τὴν ἀπόκρισιν ἡμῶν δέχεσθαι: προσεκτικῶς καὶ ἐπιμελῶς ἐπεξιέναι: καὶ τοῖς τηλικούτοις πράγμασιν, ἰσόρροπον τὴν τῆς ἰδίας εὐσεβείας καὶ σοφίας ἐξέτασιν καὶ βασανισμὸν συνεισφέρειν. Οὐ γὰρ ἡμέτερά τινα ἐνύπνια, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν θείων γραφῶν λόγια γνησίαν ἔκθεσιν καὶ ἑρμηνείαν δεξάμενα,, ὥστε τὴν ἡμετέραν γνώμην παραστῆσαι, σὺν θεῷ προβαλούμεθα: καὶ τοῦτο ὅτι βραχύτατα: διὰ τὸ ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν, λόγον, συντομίαν μὲν ῥημάτων ἔχοντα, σαφηνείας δὲ τῆς προσηκούσης οὐκ ἀμοιροῦντα, τῇ ἁγιότητί

RESPONSVM, PRIMO D. PATRIARCHAE HIEREMIÆ *Reſponſo à Theologis Vuirtembergenſibus oppoſitum.*

ALLATVM eſt ante aliquot menſes ad nos Sanctitatis veſtræ Reſponſũ, ad Articulos Religionis noſtræ: amoris, humanitatis, & beneuolentiæ plenum. Et gratias agimus S.V. maximas: quòd in tanta negotiorum varietate & mole, noſtros Articulos non modò perlegere, ſed & ad eos reſpõdere, eſt dignata: idq; candidè, & nulla cum diſsimulatione. Iamdudum verò ad S.V. Iudicium, reſponſum adornauiſſemus: niſi ego Iacobus Andreæ ad reformandas Eccleſias in Saxoniam, ab Illuſtriſsimo Principe Electore euocatus: & ab Illuſtriſsimo meo Principe, Ludouico, Duce VVirtembergico, eò miſſus eſſem. Quo toto tempore, multis & magnis occupationibus impeditus fui: quò minus aliquid ad S.V. ſcribere poſſem. Cùm tamen S.V. magno deſiderio reſponſum noſtrum expectare, ego & D. Cruſius intelligeremus: inter multa & maxima negotia, hoc etiam expediendum ſumpſimus: vt S.V. noſtram de Iudicio illo ſententiam explicaremus. Rogamus autem amanter, vt S.V. hoc noſtrũ reſponſum hilari fronte, & placido animo, accipiat: perlegat diligenter: & res tantas, pro ſua pietate & eruditione, gnauiter expendat. Non enim noſtra ſomnia, ſed diuina Oracula (in genuina ſua interpretatione) ad explicationem noſtræ ſententiæ, Domino adiuuante, proferemus: Idq; faciemus breuiſsimè, quòd breuitatem (perſpicuam tamen) S.V. propter multas occupationes gratam fore exiſtimemus. Et confidimus fore, vt S.V. intelligat: nos nouitatis ſtudio, nihil excogitaſſe: ſed veritatis cœleſtis amore, ea credere: quæ ex ſacris

cris literis, illuminatione Spiritus ſancti didicimus.

COmmemorabimus autem initiò: in quibus rebus ſit inter S.V. & nos,conſenſus. Et quia in Articulis illis, in quibus nonnihil diſſentimus, opus eſt, vt norma aliqua conſtituatur: iuxta quam ſit de controuerſis rebus iudicandum:paucis oſtendemus, quæ ſit certiſsima & tutiſsima Regula,iuxta quam omnia dogmata ſint examinanda. Deinde conferemus piè & placidè de cõtrouerſis Articulis:& proferemus firmas noſtræ ſententiæ rationes: quibus in conſcientia noſtra mouemur, vt ad eum modum deArticulisReligionis ſentiamus.

In quibus Articulis conſentiamus.

Gaudemus autem, quòd in multis ſit inter S.V.& nos,conſenſus.Qualia ſunt,quæ ſequuntur. Vnum eſſe Deũ, eſſentia:&eundem trinum,in perſonis: ac tres illas perſonas eſſe coæternas. Amplectendum eſſe Symbolum Apoſtolicum,tanquam compendium abſolutiſsimũChriſtianæReligionis.Deum non eſſe authorem peccati: ſed Diabolum,&voluntatem hominis.Chriſtum ſatisfeciſſe pro omnibus peccatis, non modò pro originali, ſed etiã pro actualibus. Pœnitentiam agentes, conſequi remiſsionem omnium peccatorũ. Bona opera eſſe quàm diligentiſsimè facienda. Miniſterium Eccleſiaſticum (quod vos Sacerdotium appellatis)eſſe ad ędificationemEccleſię neceſſarium. Miniſtros Eccleſiæ, propter officium, cui præſunt, eſſe in honore habendos: etiamſi in ipſorum vita ſit aliquid infirmitatis humanę:ſi tamen falſa doceant non audiendos. Non pendere virtutẽ &efficaciam ex dignitate,vel probitate Miniſtri,modò non erret in doctrina. Miniſtrorũ Eccleſiæ officiũ non eſſe, ſentẽtias in politicis & capitalibus cauſis pronunciare,aut bella gerere.Miniſtris Eccleſiæ non omnino & ſimpliciterMatrimonio interdicendũ.Nemini concedendum,vt ſine legitima vocatione ſibi ſumat officium inEccleſia docendi,aut adminiſtrandiSacramẽta: In caſu tamẽ neceſsitatis,Laicos rectè etiã baptizare poſſe.Baptiſmũ eſſe lauacrũ, per quod regeneremur. Baptizandos

σου, πολλοῖς βαρέσι πράγμασιν ἐνασχολουμένῃ, εὐπρόσδεκτον ἔσεσθαι. Πεπείσμεθα δὲ πάνυ, αὐτὴ γνωστὸν γενήσεσθαι, ἡμῖν οὐδὲν νενεωτερίσθαι: ἀλλὰ τῆς οὐρανίου ἀληθείας ἔρωτι, ὑφ' ἡμῶν πιστεύεσθαι ταῦτα: ἅπερ ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, τοῦ ἁγίου πνεύματος φωτίσαντος, μαθόντες ἔχομεν.

ΠΡῶτον δὲ πάντων ἐκθησόμεθα τά: ἐν οἷς ἥ τε ἁγιότης σου, καὶ ἡμεῖς, συμφωνοῦμεν. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις κεφαλαίοις, ἐν οἷς ἐστιν ἢ διαφωνοῦμεν, ἀναγκαίου ὄντος, κανόνα τινὰ ὁρίζεσθαι: καθ' ὃν τὰ ἀμφισβητούμενα ἐξετάζεσθαι καὶ κρίνεσθαι δεήσει: διὰ βραχέων, τίς ὁ ἀσφαλέστατος καὶ βεβαιότατός ἐστι κανὼν, ᾧ τις πάντα τὰ δόγματα σταθμήσαιτ' ἂν, καὶ διακρίναι, δείξομεν. Εἶτα δὲ εὐσεβῶς μὲν καὶ εἰρηναίως περὶ τῶν ἐν ἀμφισβητήσει κεφαλαίων διαλεξόμεθα: βεβαίας δὲ καὶ ἀδιαπλώτους τῆς ἡμῶν γνώμης προχειριούμεθα πίστεις: τὸ ἡμέτερον συνειδὸς, εἰς τὸ περὶ τῶν τῆς πίστεως ἄρθρων οὑτωσὶ φρονεῖν συναναγκαζούσας.

Χαίρομεν δὲ, (πῶς δοκεῖτε;) ὅτι ἐν πολλοῖς, ἀναμέσον τῆς τε σῆς ἁγιοσύνης καὶ ἡμῶν, συμφωνία ὑπάρχει: ὧν ἐστι τὰ ἑπόμενα. Ἕνα μὲν τῇ οὐσίᾳ τὸν θεὸν εἶναι, τρισυπόστατον δὲ τοῖς προσώποις: καὶ συναϊδίους εἶναι τὰς τρεῖς ὑποστάσεις. ἀσπαστέον εἶναι τὸ ἅγιον σύμβολον τὸ ἀποστολικὸν, ὡς ἐπιτομὴν ὂν τῆς χριστιανικῆς πίστεως ἀπηκριβωμένην. Τὸν θεὸν οὐκ εἶναι ἁμαρτίας αἴτιον: ἀλλὰ τόν τε διάβολον, καὶ τὸ ἀνθρώπινον βούλημα. Τὸν χριστὸν, ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν τὸ ἱκανὸν ἀποτίσαι: οὐ μόνον τῆς προπατορικῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν πρακτικῶν. Τοῖς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μετανοοῦσιν, αὐτῶν γίνεσθαι ἄφεσιν πασῶν. Ἀρετὴ διὰ καλῶν ἔργων πράξεως, ὡς ἐπιμελέστατα ζητητέον εἶναι. Τὴν ἐκκλησιαστικὴν διακονίαν (ἣν ὑμεῖς ἱερωσύνην καλεῖτε.) πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἀναγκαίαν εἶναι. Τοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπηρετοῦντας, δι' ὃ πεπίστευνται ἔργον, διὰ τιμῆς ἑκτέον: κἂν ὁ βίος αὐτῶν ἀσθένειάν τινα νοσήσῃ ἀνθρωπίνην. Ἐὰν μέντοιγε ψευδῆ διδάξωσιν: οὐκ ἀνεκτέους εἶναι. Οὐχὶ ἐκ τῆς ἀξίας, ἢ τῆς καλοκαγαθίας, τοῦ διακόνου, τὸ εὖ, καὶ τὴν δύναμιν, κρέμασθαι: μόνον ἐὰν μὴ ἡμαρτημένην διδάξῃ διδαχήν. Οὐ πρὸς τῶν ὑπηρετῶν τοῦ λόγου εἶναι, γνώμην ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ κεφαλικοῖς πράγμασιν ἀποφαίνεσθαι, ἢ πολέμους μεταχειρίζεσθαι. Τοῖς τῇ ἐκκλησίᾳ διακονοῦσιν, οὐχ ἁπαξαπλῶς τὸ γαμεῖν ἀπαγορευτέον. Μηδενὶ συγχωρητέον, μὴ νομίμως κληθέντα, ἅπτειν ἐπὶ τὸ ἐν ἐκκλησίᾳ διδάσκειν, ἢ τὰ ἅγια μυστήρια διαχειρίζειν. Ἀνάγκης μέντοι προσπεσούσης, καὶ τοῖς λαϊκοῖς βαπτίζειν ἐξεῖναι. Τὸ βάπτισμα, παλιγγενεσίας λουτρὸν εἶναι. Βαπτιστέον

Ἐν πολλοῖς συμφωνία.

τὰ νήπια

τὰ νήπια, καὶ ἀναμένοντας ἁδροτέραν ἡλικίαν. Διὰ τῆς κοινωνίας, εἴτουν τοῦ κυριακοῦ δείπνου, συνάπτεσθαι ἡμᾶς, καὶ ἑνίζεσθαι τῷ κυρίῳ: ἅτε τὴν αὐτοῦ σάρκα, καὶ τὸ αἷμα, ἀληθῶς ἐν αὐτῇ μεταλαμβάνοντας. τῷ τοῦ κυρίου δείπνῳ, ὑφ᾽ ἑκατέρῳ τῷ εἴδει χρηστέον. Τὰς ἐν τῇ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐκκλησίᾳ, κατ᾽ ἰδίαν ἐπὶ κέρδει λειτουργουμένας λειτουργίας, ἀθετητέον. Ἀλλὰ μὴν, καὶ τὴν τῶν οἰομένων, πέρας ἔσεσθαί ποτε τῶν τοῖς ἀσεβέσι τιμωρησομένων κολάσεων, ἀποδιωκτέον γνώμην. Τήν τε γὰρ τῶν εὐσεβησάντων μισθαποδοσίαν, καὶ τὰς τῶν ἀσεβησάντων τιμωρίας, αἰωνίους μετὰ τὴν νυνὶ ζωὴν ἔσεσθαι πιστεύομεν. ταῦτα μὲν πάντα, θεοῦ χάριτι, ὁμολογουμένως συμφωνοῦμεν.

Ὄντων δὲ αὖ ἐνίων, ἐν οἷς τὸ ὑμέτερον σύγγραμμα, τῆς ἡμετέρας γνώμης διαλλάττει: ἄγε δὴ σκεψώμεθα τὸν κανόνα, τίς ἐστιν ὁ ἀκριβέστατος καὶ ἀκινητότατος: πρὸς ὃν πάντα τὰ δόγματα ἐξεταστέον καὶ σταθμητέον: ὥστε τὸ ἀληθὲς διακρίνεσθαι τῆς πλάνης: καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπινοήματα, τῶν ἐκ θείας ἀποκαλύψεως γνωρισθέντων, χωρίζεσθαι.

eſſe infantes, nec adultiorem ætatem eſſe expectandam. Communionem (ſeu cœnam Domini) coadunare nos Domino: quippe in qua carnem & ſanguinem eius verè participemus. Cœna Domini ſub vtraq; ſpecie vtendum. Miſſas Romanæ Eccleſiæ priuatas, ad quæſtum celebratas, eſſe reijciendas. Eorum etiam ſententiam damnandam: qui opinantur, finem aliquando pœnarum fore, quæ impijs ſunt decretæ. Piorum enim præmia, & impiorum ſupplicia, fore poſt hanc vitam æterna. In his, Dei beneficio, partibus, eſt inter nos indubius conſenſus.

Quia verò nõnulla ſunt, in quibus ſcriptum veſtrum â noſtra ſententia diſcrepat: videamus, quænam ſit exquiſitiſsima & certiſsima Regula, ad quam dogmata omnia ſint examinanda, vt veritas ab errore diſcernatur, & humanitus excogitata, ab ijs, quæ diuinitus ſunt reuelata, ſegregentur.

ΠΕΡῚ ΚΑΝΌΝΟΣ ΠΆΝΤΩΝ δογμάτων.

Κανὼν πρὸς τὰ τῶν δογμάτων ἀσύμφωνα τὸ ῥῆμα θεοῦ.

Ἔστι δὴ οὐδένα, ἀσφαλέστερον, καὶ ἀληθέστερον, καὶ βελτίω κανόνα, πρὸς πάντων δογμάτων, καὶ πάντων θεσμῶν, καὶ πίστεως μεταχειρίσεων, καὶ ἀνθρωπίνων παραδόσεων καὶ ἔργων, διάκρισιν, λαμβάνειν: ἢ τὸν τοῦ τῶν ὅλων παντοκράτορος θεοῦ Λόγον: τὸν, διὰ μὲν τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων ἀποκαλυφθέντα τῷ ἀνθρωπείῳ γένει: εἰς ὠφέλειαν τε, καὶ σωτηρίαν, ὅλης τῆς ἐκκλησίας, ἔν τε τῇ παλαιᾷ, καὶ τῇ καινῇ διαθήκῃ ξυγγραφέντα. Ὥσπερ γὰρ, πολιτικοῦ ζητήματος ἀμφισβητουμένου, ἐκ παλαιῶν ξυγγραφῶν καὶ διπλωμάτων, σφραγῖσιν ἐπικυρωθέντων, τὴν ἀλήθειαν ἐκζητοῦμεν: οὕτω καὶ, ὁσάκις ἂν τὰ τῆς θρησκείας ἀμφισβητηθῇ, ἀπαντητέον ἐπ᾽ ἀμφότερον, τό, τε τῆς παλαιᾶς, καὶ τὸ τῆς νέας, τεῦχος: ὡς ἐπὶ διπλώματα καὶ διδακτήρια οὐράνια: ἅπερ ἄμφω θαυμασίοις σημείοις καὶ τέρασιν, ὡσανεί τισι σφραγῖσιν, ἄριστα βεβαιοῦται καὶ ἠσφάλισται. Τοιγαροῦν πάντα ὅσα μὲν ἂν ἐξ ἑνὸς τοῖν διπλωμάτοιν τούτοιν, ἢ ἀμφοῖν, κατασκευασθῆναι δυνηθῇ, παντὸς δίχα δισταγμοῦ πιστευτέα: ὅσα δ᾽ ἂν διαφωνήσῃ, παρὰ τοῖς αὐτῶν εἰσηγηταῖς μενέτω ἀφετέα. Διὰ ταῦτα καὶ ὁ

DE REGVLA DIIVDICANDI omnia dogmata.

Canon, quo diſſona dogmata diiudicanda, ſcilicet S. litera.

Non poteſt aũt certior, et verior, ac melior Regula haberi, ad dijudicanda omnia dogmata, atq; omnes cæremonias, religionis exercitia, & hominũ opera: quàm verbum Dei omnipotentis, reuelatũ humano generi per Prophetas, Chriſtum, & Apoſtolos: quod, ſingulari bonitate diuina, in vſum totius Eccleſiæ, conſignatum eſt in Veteri & Nouo Teſtamento. Vt enim in ciuilibus controuerſijs, veritatem quærimus ex antiquis diplomatibus, quæ ſigillis ſunt confirmata: ita etiam in controuerſijs Religionis, decurrendum eſt ad vtrumq;, tum veteris, tum Noui Teſtamenti volumen, tanquam ad diplomata & documenta cœleſtia: quorum vtrunq; ſtupendis miraculis eſt egregiè, tanquam ſigillis, munitum & confirmatum. Itaq; quicquid ex horum vno diplomate, vel ambobus, probari poterit: id abſq; vlla hæſitatione eſt credendum: quod verò diſſenſerit: id ſuis authoribus erit relinquendum. Itaque Propheta

Iſaias

Iſaias reuocat populum Dei ad legem, & ad Teſtimonium: hoc eſt, ad oracula diuina: vt ex ijs voluntatem Dei, & veritatem diſcat. Et ſubiungit: Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc: non erit eis matutina lux. Et perſpicuè ſignificat, eos, qui non lucem reuelati verbi Dei ſequantur, incidere in horribiles Religionis tenebras. Vnde & Pſaltes canit: Lucerna pedibus meis, verbum tuum. Vbi certè Propheta nõ de traditionibus humanitus prolatis, ſed de expreſſo & reuelato verbo Dei, loquitur. Hoc nobis monſtrat, quid credendum, & qua via ad ſalutem nobis incedendũ ſit. Vt autem, qui nocte intempeſta ambulare neceſſe habet: ſi lucernam præeuntem neglexerit, atq; aliò ſe verterit, facilimè impingit & corruit: ita & ille, qui non oculos in ſolum verbum Dei intendit, Principis tenebrarum fallacias non euitabit. Vnde & Diuus Petrus ad hoc lumen ſectandum cohortatur, inquiens: Habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in loco caliginoſo. De propheticis enim & Apoſtolicis ſcriptis conſtat: quòd nihil habeant admixti erroris, quodq; neminẽ fallant: quippe dictante Spiritu Dei (qui ſpiritus veritatis eſt) conſignata. Vt idem Apoſtolus Petrus teſtatur. Non enim (inquit) voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Quis autem non contentus eſſet, ad eam Regulam omnia dogmata examinare: quæ rectiſsima eſt, & in qua nihil diſtorti aut peruerſi inueniri poteſt? Quare etiam Dominus populum ſuum, non tantùm, quò ad vitam illam communem, ſed in primis, quò ad exercitia religionis, reuocauit ad verbi ſui expreſsi præſcriptum: & reliquos omnes cultus, in verbo ſuo non fundatos, reijcit. Ait enim: Non facietis ſinguli, quod vobis rectum videtur: ſed quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quicquam, nec

Iſa. 8 · Pſal. 118 · 2. Pet. 1 · Ioan. 15. · 2. Pet. 1 · Deut. 12.

προφήτης Ἡσαΐας, τὸν τοῦ θεοῦ λαὸν, ἐπὶ τὸν νόμον, καὶ τὴν μαρτυρίαν, ἀνακαλεῖται: τουτέστιν, ἐπὶ τὰ θεῖα λόγια: ἵνα ἐκ τούτων, τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκεῖνος, μάθῃ. Καὶ ἐπάγει: Ἐὰν δὲ μὴ εἴπωσι κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο: οὐκ ἔσται αὐτοῖς ἑωτινὸν φῶς, (οὕτω γὰρ τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐκ τῆς ἑβραΐδος ἀληθείας παρ' ἡμῖν ἡρμήνευται) σαφῶς δηλῶν, τοὺς μὴ τῷ φωτὶ τοῦ ἀποκεκαλυμμένου θεοῦ ῥήματος ἀκολουθοῦντας, φοβερῷ σκότει καὶ ἀγνοίᾳ τῆς θρησκείας περιπίπτειν. Ὅθεν καὶ ὁ ψάλτης ᾄδει: Λύχνος τοῖς ποσί μου, ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου: πάντως που οὐχὶ ἐπινοίας καὶ παραδόσεις ἀνθρωπίνας, ἀλλὰ τὸν οὐρανόθεν πεφανερωμένον τρανῆ θεοῦ λόγον, λέγων. Οὗτός ἐστιν, ὅ, τι πιστεύειν χρὴ, καὶ τίνι ὁδῷ εἰς τὴν σωτηρίαν ἐμβατεύειν, ἡμῖν δεικνύων. Καθάπερ δέ τις, ἐν ἀκρονυχίᾳ πορεύεσθαί ποι ἀνάγκην ἔχων, ἐὰν τοῦ προπορευομένου λύχνου καταλιγωρήσῃ, καὶ ἄλλῃ πῃ ἐκτραπῇ, ῥᾷστα προσκόπτει, καὶ καταπίπτει: τὸν αὐτὸν τρόπον, ὁ μὴ εἰς μόνον τὸ τοῦ θεοῦ ῥῆμα ἀτενίζων, καὶ τούτῳ μόνῳ ἀπαρατρέπτως ἑπόμενος, τὰς τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ σκότους ἀπάτας καὶ ὑποσκελισμοὺς οὐ μὴ ἐκφύγῃ. ᾗ καὶ ὁ θεῖος Πέτρος, ἀκολουθεῖν τῷ φωτὶ τούτῳ προτρέπων, Ἔχομεν βεβαιότερόν, φησι, τὸν προφητικὸν λόγον: ᾧ καλῶς ποιεῖται προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ. Εἰκότως. Παντάπασι γὰρ πρόδηλον, οὐδεμίαν ταῖς προφητικαῖς τε καὶ ἀποστολικαῖς γραφαῖς ἀναμεμίχθαι πλάνην: οὐδεμίαν ἐξ αὐτῶν ἀπάτην γίνεσθαι οὐδενί: ἅτε τοῦ ἁγίου πνεύματος (ὃ τῆς ἀληθείας πνεῦμά ἐστιν) ἐπιπνέοντος, καὶ ὑπομιμνήσκοντος ξυγγεγράφαται: καθὼς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος Πέτρος μαρτυρεῖ. Οὐ γάρ (φησι) θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία: ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι. Τίς δ' ἂν οὐκ ἀγαπῴη, πρὸς τουτονὶ τὸν κανόνα, πάντα τὰ δόγματα ἐξετάζειν καὶ ἐξακριβοῦν: ὃς, εὐθύτατός τέ ἐστι, καὶ οὐδὲν στρεβλὸν καὶ διεστραμμένον ἔχει; Διὰ ταῦτα καὶ ὁ κύριος, τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, οὐ μόνον ὅσα πρὸς τὸν κοινὸν βίον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρώτως ὅσα πρὸς τὰ τῆς θρησκείας, ἀνεκαλέσατο ἐπὶ τοὺς τοῦ ἑαυτοῦ διατετρανωμένου ῥήματος θεσμοὺς: τὰς ἄλλας πάσας, ὅσαι ἐν τῷ αὐτοῦ ῥήματι οὐ τεθεμελίωνται, λατρείας κατερείψας. Φησὶ γάρ: οὐ ποιήσετε ἕκαστος τὸ ἀρεστὸν ἐναντίον αὐτοῦ. Πᾶν ῥῆμα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, τοῦτο φυλάξῃ ποιεῖν. Οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτὸ, οὐδὲ

Ἡσαΐ. η. · β. Πέτ. α. · ἰωάν. ιε. · β. Πέτ. α. · Δευτ. ιβ.

οὐδ᾽ ἀφελεῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ. Καὶ ἀλλαχοῦ· οὐκ ἀποστήσεται ἡ βίβλος τοῦ νόμου τούτου ἐκ τοῦ στόματός σου· καὶ μελετήσεις ἐν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νύκτας· ἵνα συνῇς ποιεῖν πάντα τὰ γεγραμμένα· ὅτι τότε εὐοδωθήσῃ, καὶ εὐοδώσεις τὰς ὁδούς σου, καὶ τότε συνήσεις. Καὶ οὐκ ἐκκλινεῖς ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ νόμου τούτου εἰς δεξιὰ, ἢ ἀριστερά· ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν πράσσῃς. Ταῦτα οὐ τοῖς Ἰσραηλίταις δήπου μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν, νενομοθέτηται· ἵνα, ἐάνπερ ὀρθῶς πιστεύειν ἐθελήσωμεν, καὶ μετ᾽ εὐσεβείας ζῆν· τοῦ ἑνὸς καὶ ὀρθοτάτου ἐκείνου κανόνος, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου στάθμης, ὑπὸ μηδενὸς οὑτινοσοῦν ἀνθρώπου (ὁσηνοῦν ἂν ἐπὶ ἁγιότητι, ἢ παιδείᾳ, δόξαν καὶ ὄνομα περιπεποιημένος ᾖ) ἀπάγεσθαι ὑπομείνωμεν· ἀλλὰ κατὰ πασῶν τῶν τῆς πίστεως ἀμφισβητήσεων, καὶ παντοίου λατρείας εἴδους, καὶ δὴ καὶ πασῶν πράξεων τῷ κριτηρίῳ τούτῳ χρησώμεθα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐξαίρετόν τι τῆς ἀνεφίκτου θεοῦ σοφίας βούλευμά ἐστι· τὸ τὴν τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων, διδασκαλίαν γραφῇ παραδοθεῖσαν ἀποσεσημειῶσθαι· τοῦ μή τι, προβαίνοντος τοῦ χρόνου, ἢ τῆς μνήμης τῶν ἀνθρώπων ἀποῤῥεῖν, ἢ ἀνθρωπίνης ματαιότητος προπετείᾳ τοῖς θείοις λογίοις παραμίγνυσθαι. Τοῦτο, ἀκρότατον θεοῦ εὐεργέτημα ὄν, εὐχαρίστως δέχεσθαι προσήκει· αὕτη ἡ λυδία λίθος, πρὸς ἣν τὰ πάντα βασανίζειν δεῖ· ποιησάντων γε πάλαι τοῦτο καὶ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ προφητῶν. Ὁσάκις γὰρ ἂν, περὶ τῶν θείων αὐτοῖς διαφορὰν, πρὸς τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν γενέσθαι, ἔτυχεν· ἆρ᾽ οὐκ ἐκεῖνον τὸν τοῦ Μωϋσέως νόμον παρήγαγον; καὶ τὸν λαὸν, ταῖς ἰδίαις καινοτομίαις, καὶ αὐθαιρέτοις λατρείαις, τῆς διατάξεως καὶ προγραφῆς τοῦ θεοσδότου ῥήματος ἀφαμαρτόντα ἐξήλεγξαν; Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἐπὶ κατασκευῇ καὶ πιστώσει, ὧν ἐδίδασκε, ποσάκις τὰ τῶν προφητῶν ἐπηγάγετο; Καί τοι τηλικοῦτος ὢν, ὥστε καὶ πάσης δίχα ἐπεισάκτου μαρτυρίας ἀξιόπιστος εἶναι· περὶ οὗγε ὁ ἐπουράνιος πατὴρ εἴρηκε· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. Ἆρ᾽ οὐχ᾽ οἱ ἀπόστολοι, ὁσάκις ἂν εὐαγγελίζοιντο, (ὡς ἡ τῶν πράξεων βίβλος μαρτυρεῖ) ἃ ἂν διδάξαιεν, διὰ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐβεβαίωσαν; Οὐ μὲν παράδοσίν τινα ἄγραφον, ἐπὶ φωτισμῷ καὶ διακατοχῇ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας προὐχειρίσαντο· τοῖς δὲ θεοπνεύστοις γράμμασι καθωπλισμένοι, πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπιστίαν διεμάχοντο. Ναὶ μὴν καὶ οἱ θεοφόροι πατέρες, οἱ λαμ-

Ἰησοῦ υἱοῦ ναυῆ α.

Ματθ. ιζ.

nec minuas. Et alibi: Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus: vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius, neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram: vt intelligas cuncta, quæ agis. Hæc certò non Iſraelitis tantùm, ſed nobis etiam ſunt ſcripta: vt, ſi velimus rectè credere, & piè viuere, ab vnica illa & rectiſsima verbi Dei norma, per nullum hominem (quantacunq; etiã opinione ſanctitatis, aut eruditionis inclaruerit) abduci nos patiamur: ſed iuxta hanc omnes Religionis controuerſias, & omnes cultus diuinos, imò omnes actiones, iudicemus. Singulari enim ſapientiſſimoq; conſilio Deus hoc procurauit: vt Prophetarum Chriſti, & Apoſtolorum doctrina, ſcriptis conſignaretur: ne quid progreſſu temporis, vel memoriæ hominum, excideret: vel vanitate ingenij humani, oraculis diuinis admiſceretur. Hoc ſummum Dei beneficium, grata mente eſt agnoſcendum: & ad hunc lydium lapidem, omnia examinare oportet. Nam & hoc olim ſancti Dei Prophetæ fecerunt. Quotiescunq; enim incidit inter ipſos, & populum Iſraeliticum, de Religione controuerſia: an non legem illam Moyſis citârunt? & populum electitijs ſuis cultibus, à præſcripto verbi Dei aberraſſe demonſtrârunt? Chriſtus verò ipſe, ad probandam et confirmandam ſuam doctrinam, quoties allegauit ſcripta Prophetica? qui tamen tantus eſt: vt etiam ſine omni externo teſtimonio ipſi credendum ſit: quippe de quo pater cœleſtis dixerat: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit: ipſum audite. An non Apoſtoli in omnib. concionibus ſuis Euangelicis (ſicut Acta Apoſtolo. teſtantur) ea, quæ docuerunt, S. Scriptura confirmârunt? Neq; allegârunt traditionem aliquã non ſcriptam, ad illuſtrandã & defendendã Euangelicã doctrinam: ſed Scriptura S. pugnabant contra Iudæorũ incredulitatem. Sed et ſancti Patres,

Matth. 17.

clariſsima Eccleſiæ lumina: etſi aliquoties perpetuum Eccleſiæ conſenſum allegârunt: tamen ſcripturæ teſtimonijs, Hæreticorum furores profligârunt. Et Synodi, quæ pia decreta contra Hæreticos fecêre, non oppreſſerunt hæreſes vel ſua authoritate, vel maiorum ſuorum teſtimonijs. Hoc enim armorum genus, parum fuiſſet in tanta militia firmum: ſed ſacrarum literarum teſtimonia diligenter expendentes, Hæreticorum impietatem deprehenderunt, & confutârunt. Ex ſolis enim ſcripturis ſacris iudicandum eſt de dogmatibus: ſi veritatem inuenire velimus. Qua de re audiamus Diuum Chryſoſtomum.

Chryſoſtomus in commentario in Euang. Matth. cap. 24. Hom. 49.

Quare hoc tempore (inquit) omnes Chriſtiani conferre ſe ad ſcripturas debent? Quia in tempore hoc, ex quo obtinuit hęreſis illas Eccleſias, nulla alia probatio poteſt eſſe veræ Chriſtianitatis: neq; refugium eſſe Chriſtianorum aliud, volentium cognoſcere fidei veritatem: niſi ſcripturæ diuinæ. Et Origenes ait:

Origenes in Hieremiā Hom. 1

neceſſe eſt nobis ſcripturas ſanctas in teſtimonium vocare. Senſus quippe noſtri & enarrationes, ſine his teſtibus, non habent fidem. Et Baſilius M. ad Euſtathium medicum ſcribens,

Epiſt. 80.

non exiſtimamus, inquit, fas eſſe: vt conſuetudinem, quæ apud ipſos obtinet, legem & regulam faciamus rectæ rationis. Si enim ſufficit ad demonſtrandam veritatem conſuetudo: licet, & nos omnino ſequi debemus ipſos. Diuina igitur ſcriptura nobis iudex eſto: & apud vtros Dogmata inuenerimus diuinis conſona literis: his omni pacto ſuffragium veritatis tribuatur. Nec non ad Occidentis Epiſcopos de Apolinario ſcribens, inquit:

Epiſt. 74

confirmatur ipſorum Theologia non demonſtrationibus ex ſcriptura ſumptis, ſed humanis argumentis. Quare, vel ipſis Patribus iudicibus, (in Religionis negotio) ea ſola recipienda ſunt: quæ ſacrarum literarum teſtimonijs nituntur. Reliqua verò, quæ ſcripturæ teſtimonio deſtituuntur, credere aut amplecti

οἱ λαμπρότατοι τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες: καίπερ ἔσθ᾽ ὅτε τὸ διηνεκὲς τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συμφωνίας μαρτυρησάμενοι, ὅμως ἐγγράφοις ἱεραῖς μαρτυρίαις τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἀπεώσαντο. Καὶ τῶν συνόδων δέ, αἱ εὐσεβέσιν ἀποφάσεσι καὶ κανόσι τοὺς τῶν αἱρέσεων προστάτας πλήξασαι, οὐ κατέβαλον αὐτοὺς ἢ τῷ οἰκείῳ ἀξιώματι, ἢ ταῖς τῶν προγόνων μαρτυρίαις, (οὐ γὰρ ἂν ἱκανῶς στεγανὰ, πρὸς τὸν τηλικοῦτον ἀγῶνα, τὰ τοιαῦτα ὅπλα ἐγένετο) ἀλλὰ τῶν ἁγίων γραφῶν τὰς μαρτυρίας ἐπιμελῶς σταθμησάμεναι, τὴν τῶν αἱρετικῶν ἀσέβειαν καὶ ἐφώρασαν, καὶ κατηκόντισαν. Ἐκ μόνων γὰρ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, τὰ δόγματα διακριτέον: εἴπερ τὸ τὴν ἀλήθειαν ἀνευρεῖν, ἡμῖν ἐπιμελὲς ὑπάρχει. Ὧν πέρι ἀκούωμεν, τί ὁ θεῖος ἀποφαίνεται χρυσόστομος. Διόπερ ἐν τῷ νῦν καιρῷ φησιν: (ὡς ἡ παρ᾽ ἡμῖν λατινὶς μεταβολὴ δύναται. Ἡ γὰρ ἑλληνὶς βίβλος ἡμῖν οὐκ ἔστι) πάντες οἱ χριστιανοὶ μετέρχεσθαι τὰς γραφὰς ὀφείλουσι.

Ἐξηγήσεως εἰς Ματθ. κδʹ. Ὁμιλ. μθʹ.

διότι ἐν τῷ παρόντι, ἀφ᾽ οὗ κατέλαβεν ἡ αἵρεσις ἐκείνας τὰς ἐκκλησίας, οὐδεμίαν εἶναι κατασκευὴν τοῦ ἀληθινοῦ χριστιανισμοῦ, οὐδὲ καταφυγὴν χριστιανῶν ἄλλην, βουλομένων τὸ τῆς πίστεως ἀληθὲς γνῶναι, εἰ μὴ τὰς γραφὰς τὰς θείας. Καὶ Ὠριγένης φησί, (κατὰ τὴν λατινικὴν ἔκδοσιν) Ἀναγκαῖον ἡμῖν, τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς μαρτυρίαν προσκαλεῖσθαι.

Εἰς Ἱερεμ. ὁμιλ. αʹ

αἱ γὰρ δόξαι καὶ ἐξηγήσεις ἡμῶν, ἄνευ τούτων τῶν μαρτύρων ἄπιστοι. Καὶ ὁ μέγας βασίλειος, Εὐσταθίῳ ἰατρῷ γράφων,

Ἐπισ. πʹ.

Aſſentitur his, & Baſilius M. inquiens: Quid igitur, heus tu, effers teipſum, tanquam bonis quibuſdam proprijs: cùm potius gratiam debeas agere datori? Quid habes, quod nō acceperis? Quod ſi accepiſti: quid glorariis, tāquā non acceperis? nō tu Deū cognouiſti iuſticia: ſed te Deus bonitate cognouit. Cognoſcētes, inquit, Deum: imò cogniti à Deo. Non tu Chriſtum comprehendiſti virtute: ſed Chriſtus te ſua præſentia cognouit, &c. Et D.
1. Cor. Serm. 20. Chryſoſtomus in illud: Sed nobis vnus Deus, Pater ille, ex quo omnia: Dupliciter, inquit, ſumus ex ipſo: & quòd facti ſumus: cùm non eſſemus: & quòd fide donati ſumus. Et in illud: Non quòd idonei ſimus, ex nobis cogitare quid, tanquā ex nobis: hoc eſt, non ita inquam nos fi-
2. Cor. Serm. 6 duciam habere: vt pars noſtra ſit: pars verò, Dei: ſed totum ei attribuo. Rurſus in illud, non eodem ſpiritu ambulauimus? Quid eſt, eodem ſpiritu? Gratiæ vniuer-
2. Cor. Serm. 28. ſum tribuit: & oſtendit, cunctam hanc laudem, non laboribus noſtris comparatam eſſe, ſed à ſpiritu & gratia donatam. Hactenus, illi.

Hæc autem doctrina, è verbo Dei deſumpta, non tollit ſtudium bonorum operum apud electos: Nec excuſat impietatem & contumaciam reproborum: ſed retinet nos (conſideratione miſeriæ & infirmitatis noſtræ) in vera humilitate erga Deum & proximum: & commendat admirandam Dei in nos bonitatem: qui mortuos in peccatis ſuſcitat: ne quidem id petentibus nobis ipſis: & multas magnasq; in nobis infirmitates paterna indulgentia tolerat.

DE IVSTIFICATIONE *fidei, & de bonis operibus.*

Iuſtificatio fidei, & bona opera.

CVm dicimus, ſola fide in Chriſtū nos coram Deo iuſtificari: hoc dicere volumus, per ſolam fidem nos ita apprehendere Saluatorem noſtrum Chriſtum: vt propter ipſius perfectiſsimum meritum conſequamur peccatorum remiſsionem, & vitam æternam.

Et

Et ſolam in Chriſtum fidem eſſe manum illam exiſtimamus: qua ea accipimus, quæ nobis Redemptor noſter Chriſtus impetrauit. Neq; de eo controuerſia eſt, an bona opera ſint facienda: &, an bona opera certò fidem veram ſequantur. Do-

Matth. & Luca 3

cemus enim, (cum Ioanne Baptiſta) quòd arbor mala non faciens fructum bonum, exſcindatur, & in ignem mittatur. Neq; mortuam fidem, quæ Hiſtoriæ tantùm eſt notitia, qualis etiam in Dæmonibus eſt, (teſte Iacobo) iuſtificare dicimus: ſed

Iacob. 2 Gal. 5

eam, de qua Paulus dicit, quòd ſit per charitatem efficax. Neq; ſentimus eos iuſtificari, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, & vitam æternam conſequi, qui non agunt pœnitentiam. Hos enim damnari conſtat. Nihilominus tamen, noſtra bona opera, in Articulo iuſtificationis non eſſe admiſcenda, docemus: vbi agitur: per quid, & propter quid, cum Deo reconciliemur, & in numerum filiorum, & hæredum Dei, recipiamur. Quantum enim in hoc negotio noſtris operibus & meritis tribuitur: tantum honori meriti Chriſti decedere exiſtimamus.

Sacræ enim literæ Iuſtificationem coram Deo, & ſalutem æternam, non adſcribunt noſtris meritis & operibus: ſed ſoli merito Chriſti, quod per ſolam fidem

Rom. 3

nobis applicamus. Omnes enim (inquit Paulus) peccauerunt, & egent gloria Dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius. Et paulò pòſt,

Ibidem.

idem Apoſtolus inquit: Arbitramur enim hominem iuſtificari, per fidem, ſine operibus legis. Hîc beatus Apoſtolus excludit à Iuſtificatione, noſtra opera. Et, dum legis opera excludit, loquitur non de cæremonialibus aut politicis tantùm operibus: ſed etiam de Decalogo. Decalogus enim eſt præcipua pars legis: & in Decalogo requiruntur omnium præſtantiſsima & ſanctiſsima opera. Sed quia nemo in hac mortali vita ea præſtare poteſt perfectè: Ideo Paulus operibus legis derogat

τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν, ἐκείνην τὴν χεῖρα εἶναι ὑπολαμβανόμεθα, ᾗ λαμβανόμεθα, ἅπερ ὁ λυτρωτὴς ἡμῶν Χριστὸς ἡμῖν κατειργάσατο. Οὐδέ, περὶ τούτου ἀμφισβητοῦμεν: εἰ δεῖ ἀγαθὰ ἔργα ποιεῖν, ἢ μή: καί, εἰ ἀγαθὰ ἔργα ἀληθινῇ ἀληθῶς ἕπεται πίστει, ἢ μή. Συμφώνως γὰρ τῷ βαπτιστῇ διδάσκομεν: πᾶν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεσθαι,

Ματθ. καὶ Λουκ. γ.

καὶ εἰς πῦρ βάλλεσθαι. Οὐδὲ νεκρὰν πίστιν, ἢ τῆς ἱστορίας μόνον γνῶσίς ἐστιν, οἵαν κατὰ Ἰάκωβον, καὶ τὰ δαιμόνια ἔχει, δικαιοσύνην ἐμποιεῖν λέγομεν: ἀλλὰ τὴν ὑπὸ Παύλου λεγομένην, δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην.

Ιακ. β. Γαλ. ε.

Οὐδὲ δικαιοῦσθαι ἀξιοῦμεν, ἤγουν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ ζωῆς αἰωνίου τυγχάνειν, τοὺς μὴ μετανοοῦντας. Περιφανῶς γὰρ κατακέκρινται οὗτοι. ταῦτα μὲν, οὕτως. Ὅμως δὲ τὰ ἡμέτερα ἀγαθουργήματα, τῷ τῆς παρὰ θεῷ δικαιώσεως κεφαλαίῳ οὔ φαμεν παραμιγνύναι δεῖν: ὅπου πρόκειται τό, διὰ τίνος, καὶ διὰ τί, τῷ θεῷ διαλλαττόμεθα: καὶ τοῖς τοῦ θεοῦ τέκνοις καὶ κληρονόμοις ἐγκαταλεγόμεθα. Διὰ τί; Ὅση γὰρ ἐνταῦθα ἡμῶν τοῖς ἔργοις καὶ δικαιώμασιν, ἀξίας προσθήκη, νέμεται: τοσαύτην τῆς τοῦ Χριστοῦ κατορθώματος τιμῆς ἐλάττωσιν γίνεσθαι κρίνομεν.

Αἱ γὰρ ἅγιαι γραφαί, τὴν ἐνώπιον θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰώνιον σωτηρίαν, οὐχὶ ταῖς ἡμετέραις ἀρεταῖς καὶ ἔργοις ἐπιγράφουσι: μόνην δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀριστείαν, ἣν διὰ μόνης τῆς πίστεως ἑαυτοῖς προσάπτομεν, ἐκείνης αἰτίαν ὑποβάλλονται. Πάντες γάρ (φησι Παῦλος) ἥμαρτον: καὶ ὑστε-

Ρωμ. γ.

ροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ: δικαιούμενοι ΔΩΡΕΑΝ τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἈΠΟΛΥΤΡΩΣΕΩΣ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ: ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον, διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Καὶ μικρῷ ὕστερον ὁ αὐτός, λογιζόμεθα οὖν, φησι, πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, ΧΩΡΙΣ ἔργων νόμου. Ἐνταῦθα ὁ μακάριος ἀπόστολος τῆς δικαιώσεως ἐκκλείει τὰ ἡμέτερα ἔργα: καὶ ἐκκλείων τὰ ἔργα τοῦ νόμου, ἀποφαίνεται οὐ περὶ τῶν ἱερατικῶν, ἢ πολιτικῶν, μόνον ἔργων; ἀλλὰ καὶ τοῦ Δεκαλόγου πέρι. Μόριον γὰρ ἐξαίρετον τοῦ νόμου, αἱ δέκα ἐντολαί: καὶ τὰ τῶν πάντων ἐξοχώτατα καὶ ἁγιώτατα ἐπιζητοῦσαι ἔργα. Ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς τῇ ἐπικήρῳ ζωῇ ταύτῃ συνών, αὐτὰ τελείως παρέχεσθαι δυνατός: διὰ τοῦτο ἀπογινώσκει τῶν τοῦ νόμου ἔργων ὁ ἀπόστολος

ἀπόστολος τὸ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ δικαιωτικόν. Ὅ,τι γὰρ ἐν τῷ δικαίῳ καὶ ἀδεκάστῳ τοῦ θεοῦ δικαστηρίῳ ἵστασθαι μέλλει: τοῦτο πάντῃ πάντως τελειότατον εἶναι, ἀνάγκη. Τοιοῦτον δ' οὐδὲν εὑρίσκεσθαι ἐγχωρεῖ ἄλλο: εἰ μὴ τὸ ὁλοτελέστατον χριστοῦ κατόρθωμα: ὃ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι διὰ τῆς πίστεως λελογισμένον ᾠκείωται. Καὶ μὲν δὴ ἐπὶ τοσοῦτον τοῦ δικαιοῦν ἀποκρίνεται τὰ ἡμῶν ἔργα: ὥστε μηδαμῇ μηδαμῶς ἡμᾶς αὐτοῖς δικαιοῦσθαι, (κατὰ ταύτην γε τὴν σημασίαν: καθ' ἣν ἐν τῷδε τῷ πράγματι, ὅπου τῷ βήματι τοῦ θεοῦ παρίσταται ὁ ἁμαρτωλὸς, τόδε τὸ ῥῆμα ἐκλαμβάνομεν) ἀλλὰ ὅλην τὴν δικαίωσιν ἡμῶν, δωρεὰν γίνεσθαι καὶ κατὰ χάριν μόνην. Ὅτι γὰρ τὸ ΧΆΡΙΣ, ἡ λέξις, ὅτι ἐπὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τίθεται ἀποκλείει πάντα τὰ ἡμέτερα ἔργα, ἐξ αὐτοῦ

Ῥωμ. ια. δῆλον τοῦ Παύλου, φάσκοντος: Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων: ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκ

Ῥωμ. δ. ἔτι γίνεται χάρις. Καὶ ἀλλαχοῦ: τῷ δὲ ἐργαζομένῳ, ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα: τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. Ἐν τισὶ βίβλοις προστίθεται τὸ, κατὰ πρόθεσιν χάριτος θεοῦ. Ὁρᾶτε δήπουθεν, τὸν ἀπόστολον, περὶ τῆς δικαιώσεως λαλοῦντα, οὐ μόνον οὐ παραμιγνύντα τὰ ἡμῶν ἔργα: ἀλλ' αὐτὰ καὶ τῇ χάριτι, τῇ δικαιούσῃ καὶ σωζούσῃ ἡμᾶς, ἀντιτιθέντα: ὥστε καὶ τὴν πίστιν ἀντιτιθέναι τῇ ἡμῶν ἀξίᾳ, ἐν τούτῳ γε τῷ χρήματι. Διὸ καὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ἐπὶ τὴν αἰώνιον τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ ἐκλογὴν καὶ προορισμὸν ἀναφέρει, ἀφορίσας πάντα τὰ ἡμέτερα ἔργα ὅτε λέγει:

Ἐφεσ. α. Ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς

Ῥωμ. θ. κόσμου. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους: μήπω γὰρ γεννηθέντων μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, (ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ) οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐῤῥήθη αὐτῇ: ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Καὶ πάλιν, ὁ αὐτὸς ἀπόστολος, τῇ γὰρ χάριτί ἐστε, φησὶ, σεσωσμένοι, διὰ τῆς πίστεως, (καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον) οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Ἐνταῦθα, ἴδετε, ἐξεκλείσθη τὰ ἔργα: ἵνα μηδαμῇ τις αὐτὰ αἴτιον, μηδὲ συναίτιον τῆς αἰωνίου ἡμῶν σωτηρίας ὑποληφθῇ.

Θέλει

derogat vim iuſtificandi coram Deo. Quicquid enim coram ſeuero Dei iudicio conſtare debet: id oportet omnibus numeris eſſe abſolutiſsimum. Tale autem nihil extat, præter perfectiſsimum Chriſti meritum: quod credentibus in ipſum, per fidem applicatur & imputatur. Et quidem opera noſtra ita excluduntur: vt nulla ex parte iuſtificent, (ea quidem ſignificatione, qua in hoc negotio, vbi peccator tribunali Dei ſiſtitur, hoc vocabulo vtimur) ſed tota noſtra iuſtificatio fiat gratis, & ſit tota gratuita. Quòd .n. vocabulum GRATIAE in negotio ſalutis noſtræ, excludat omnia noſtra opera: manifeſtum eſt ex ipſo Pau-

lo, cùm inquit: Si autem gratia: iam non Rom.11.

ex operibus. Alioquin gratia, iam non eſt

gratia. Et alibi: Ei autem, qui operatur, Rom.4.

merces non imputatur ſecundum gratiam ſed ſecundum debitum. Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſticiam, ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Videtis nimirum, quòd Paulus, in Articulo iuſtificationis non modò non admiſceat opera noſtra: ſed ea etiam opponat gratiæ illi, qua iuſtificamur, & ſaluamur: ita, vt etiam opponat fidem no-

ſtris meritis: in hoc quidem negotio. Eph.1.

Ideoque Paulus ſalutem noſtram refert ad æternam Dei electionem & prædeſtinationem in Chriſto, excluſis omnibus noſtris meritis, dicens: elegit nos in ipſo ante conſtitutionem Mundi. Et ad Rom. 9. Cùm enim (inquit) nondum nati eſſent: aut aliquid boni egiſſent, aut mali, (vt ſecundum electionē propoſitum Dei maneat) NON EX OPERI-

B V S, ſed ex vocante, dictum eſt ei: quia Eph.2.

maior ſeruiet minori. Et idem Apoſtolus rurſus, Gratia enim, inquit, eſtis ſaluati, per fidem: & hoc non ex vobis. Donum enim Dei eſt, non ex operibus: ne quis glorietur. Hîc certè opera excluduntur, ne vlla ex parte ſint cauſa ſalutis noſtræ æternæ.

Vult

Vult enim Dominus ſibi ſoli hanc gloriationem illibatam cõſeruare: quòd ex gratia, & non ex noſtris meritis, nos ſaluos faciat. Vnde & Paulus hanc Dei erga genus humanum clementiam commendans
Tit.3. ait: cùm autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei: non ex operibus Iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam, ſaluos nos fecit. Miſericordia igitur eſt, non meritum noſtrum, quòd ſaluamur, & remiſſionem peccatorum conſequimur. Fide autem ſola, huius miſericordiæ diuinæ participes fieri poſſumus. Vnde Petrus dicit de Chriſto: Huic omnes prophetæ te-
Act.10. ſtimonium perhibent: remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Remiſsio igitur peccatorum, fide, non operibus, accipitur. Et Chriſtus inquit: ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet
Ioan.3. filium hominis: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Vt igitur, qui à ſerpentibus percuſsi erant, & ſanari volebant: non aliquid a-
Num.21. gendo, ſed tantùm reſpiciendo in ſerpentem illum æneum, ſeruabantur: ita non operando, ſed oculis fidei reſpiciendo in Chriſtum crucifixum, ſanitatem & ſalutem æternam conſequimur. Vbi verò per fidem Deo ſumus reconciliati: bene operamur, propter cauſas multas & graues: de quibus poſtea ſuo loco, quantum ſatis erit, dicetur. Paulus autem beatitudinem non in operibus, ſed in gratuita remiſsio-
Rom.4. ne peccatorum, conſiſtere docet, inquiẽs:
Pſal.32 Sicut & Dauid, dicit beatitudinem hominis: cui Deus acceptam fert iuſtitiam ſine operibus: Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Propter Chriſtum autem remittuntur peccata: quia perfectã obedientiã legi Dei præſtitit: & omnia peccata noſtra, paſsione ſua expianda, in ſe recepit. Ait

Θέλει γὰρ ἑαυτῷ μόνῳ τὸ καύχημα τοῦτο ἴδιον ὁ κύριος, καὶ ἀνέπαφον, φυλάττειν: τὸ, ὅτι χάριτι, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ ἡμέτερα καλὰ ἔργα, ἡμᾶς σώζει. ἡ δὴ καὶ Παῦλος, τὸ ἄγαν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἵλεων τοῦ θεοῦ ἀνυμνῶν, ὅτι δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία, φησὶν, ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν *Τίτ. γ'.* θεοῦ: οὐκ ἐξ ἔργων, τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς: ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς. Ἔλεος οὖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἡ καλοκαγαθία καὶ ἀξία ἡμῶν: τὸ, ἡμᾶς ἁμαρτιῶν ἀφέσεως τυχόντας, σώζεσθαι. Μόνη δὲ ἡ πίστις ἐστὶν, ἡ τοῦ θείου ἐλέους τούτου μετόχους ἡμᾶς ποιοῦσα. Τοὐντεῦθεν καὶ ὁ ἅγιος Πέτρος, *Πράξ. ι'.* περὶ χριστοῦ λαλῶν, τούτῳ πάντες, φησὶν, οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν: ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν, διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Ἄφεσιν οὖν τῶν ἁμαρτιῶν, πίστει, ἀλλ' οὐκ ἔργοις, λαμβανόμεθα. Καὶ ὁ σωτὴρ, καθὼς Μωσῆς, φησιν, ὕψωσε *Ἰωάν. γ'.* τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ: οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου: ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Καθάπερ οὖν οἱ ὑπὸ τῶν ὄφεων τότε δηχθέντες, καὶ ἰάσεως ἐπιθυμοῦντες, οὐ τῷ *Ἀριθ. κά.* ποιεῖν τι, ἀλλὰ μόνον τῷ ἐπιβλέπειν ἐπὶ τὸν χαλκοῦν ἐκεῖνον ὄφιν, ἐσώζοντο: οὕτως ἡμεῖς, οὐκ ἐργαζόμενοί τι, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς πίστεως εἰς χριστὸν τὸν ἐσταυρωμένον ἐπιβλέποντες, θεραπείας καὶ σωτηρίας αἰωνίου ἐφικνούμεθα. Καταλλαγέντες δὲ διὰ τῆς πίστεως τῷ θεῷ, οὕτω δὴ ἀγαθοεργοῦμεν: καὶ τοῦτο διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας αἰτίας: ἃς ὑποκατιόντες, ἐν οἰκείῳ τόπῳ, ἐφ' ὅσον ἱκανὸν ἔσται, καταλεξόμεθα. Τὸ δὲ μακάριον, οὐκ ἐν ἔργοις ὁ θεῖος Παῦλος, ἀλλ' ἐν τῇ *Ῥωμ. δ'.* ἁμαρτιῶν κατὰ δωρεὰν γινομένῃ ἀφέσει, κεῖσθαι διδάσκει, λέγων: Καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου: ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων: *Ψαλ. λά.* μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι: καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίζηται κύριος ἁμαρτίαν. Διὰ δὲ χριστὸν ἀφίενται αἱ ἁμαρτίαι: διότι εἰς τὸ παντελὲς τῷ θεοῦ νόμῳ ὑπακούσας, τοῦτον ἐπλήρωσε: πάσας ἡμῶν τὰς ἀνομίας, ὅπως τῷ ἰδίῳ πάθει ἐξιλάσαιτο, ἐπιφορτισάμενος:

Γράφει

Ῥωμ. ε. Γράφει γὰρ Παῦλος· Ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.
Ἡσαΐ. νγ'. Καὶ Ἡσαΐας· Ἐπέθηκεν αὐτῷ κύριος τὴν ἀνομίαν πάντων ἡμῶν, (εἰ καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα μεθηρμήνευται, Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν.) Ὁ τοίνυν πίστει τὸν χριστὸν περιλαβὼν· οὗτος τοῦ αἰωνίως ἀπολλύσθαι ἔξω γίνεται. Ὥσπερ γὰρ, εἴ τις εἰς ὠκύτατον καὶ βαθὺν ποταμὸν ἐμπέσοι, νήχεσθαι μὲν μὴ ἐπιστάμενος, πάντως ἂν ἐναποπνιγείη· εἰ δ' ἄλλος τις, νηκτικώτατος ὢν, καὶ ῥωμαλεώτατος, καὶ παντοίων κυμάτων καὶ δεινῶν εὐτυχῶς κατατολμᾶν εἰωθὼς, τὸν ἀπολέσθαι κινδυνεύοντα ἐλεήσας, ἐπὶ σωτηρίᾳ αὐτοῦ εἰς τὸν ποταμὸν κατάλαιτο· οὗτος, τοῦ νηκτικοῦ τούτου ταῖς χερσὶν ἐπιλαβόμενος, καὶ ἀπρὶξ αὐτοῦ ἐξεχόμενος, ἀναμφιβόλως αὐτῷ συνεκσωθείη· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, ὅστις τοῦ μεσίτου καὶ σωτῆρος ἡμῶν χριστοῦ πίστει ἐπεδράξατο, καὶ ἰσχυρῶς ἐνεστερνίσατο· αὐτῷ ἐκ τῆς συστροφῆς καὶ ἀμπώτεως τῆς θείας ὀργῆς, καὶ τῆς κατάρας, καὶ τοῦ ᾅδου, συναναδὺς καὶ συνεξενεχθεὶς, τῆς ἐν οὐρανοῖς μακαριότητος, καὶ χαρᾶς οὐ ληγούσης ἐπέβη. Ἢ γὰρ τὸ τοῦ χριστοῦ κατόρθωμα οὐκ ἀποδέξεται ὁ οὐράνιος πατὴρ, ὅπερ οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο γενέσθαι· ἢ τὸν τῷ τοῦ χριστοῦ ἀριστεύματι, ἀληθινῇ πίστει ἐπερηρεισμένον, ἀπορρίπτειν οὐ δύναται. Εἰ δ' ἐξεναντίας τούτοις, τινὶ τὰ ἔργα ἡμῶν, πρὸς δικαίωσιν καὶ σωτηρίαν ἀναγκαῖα δόξει· οὗτος πάσας τὰς θεοῦ ἐπαγγελίας, τὰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἐπαγγελλομένας, ἀδήλους καὶ ἀβεβαίους ποιήσει. Εἰ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀρετῶν ἐστί τις ἀναγκαία τῇ δικαιώσει χρεία· τίς ἡμᾶς περὶ τοῦ, ἆρα ἐξαρκοῦντα εἰς αὐτὴν ἔργα ἔχομεν, ἢ ἐλλειπόμεθα τισι, καὶ πόσοις ἔτι πληροφορήσει; τὴν δὲ θείαν ἐπαγγελίαν, δηλοτάτην καὶ βεβαιοτάτην ἡμῖν εἶναι χρεών· ὅπως αὐτῇ παγίως ἡ πίστις ἐπιστηρίζεσθαι ἔχῃ. Παρακινηθείσης γὰρ τῆς περὶ τὴν ἐπαγγελίαν βεβαιότητος καὶ ἀσφαλείας· καταπεσεῖται ἡ πίστις. Ἀνατραπείσης δὲ τῆς πίστεως· οἰχήσεται ἡ δικαίωσις ἡμῶν καὶ σωτηρία.
Ῥωμ. δ'. Ὥστε Παῦλος διαβεβαιοῦται, διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως εἶναι τὴν δικαιοσύνην, ἵνα κατὰ χάριν· εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν. Αἱ μὲν γὰρ νομικαὶ

Ait enim Paulus: Sicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita per vnius obedientiam, iuſti conſtituentur multi. Rom. 5.
Et Iſaias inquit: Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Iſa. 53.
Quare, qui Chriſtum fide amplectitur: is liberatur ab æterno exitio. Quemadmodum enim, ſi quis in rapidiſſimum & profundum flumen incideret, natandi imperitus, ſuffocari, omnino neceſſe haberet: ſi tamen alius quiſpiam natandi peritiſsimus, & robuſtiſsimus, atq; cõtra quaſuis procellas & voragines inuictus, huius, qui de vita periclitaretur, miſertus, in flumen (ad hunc eripiendum) deſiliret: is certè, qui natandi peritum manibus ſuis arriperet, atq; eum arctiſsimè complecteretur, vnà cum ipſo euaderet: Ita, qui Chriſtum mediatorem & Seruatorem noſtrum fide apprehenderit: vnà cum ipſo è gurgite maledictionis, iræ diuinæ, atq; Inferorum, emergit, atq; ad cœleſtia gaudia euadit. Aut enim Chriſti meritum non recipiet pater cœleſtis, quod eſt impoſsibile: aut eum, qui Chriſti merito vera fide nititur, abijcere non poteſt. Si quis autem opera noſtra, ad Iuſtificationem & ſalutem neceſſaria eſſe putauerit: is reddet omnes promiſsiones Dei, de remiſsione peccatorum, & vita æterna, incertas. Si enim opera noſtra ad Iuſtificationem vllo modo ſunt neceſſaria: quis nos certos reddet, an ſufficientia opera habeamus? an vero aliquid, & quantum adhuc deſit? Promiſsionem autem diuinam, oportet nobis eſſe certiſsimam: vt ea promiſsione fides firmiter inniti poſsit. Labefactata enim promiſsionis certitudine, corruet fides. Euerſa fide, corruet Iuſtificatio, & ſalus noſtra. Propterea Paulus affirmat: ideo Iuſtificationem eſſe ex fide, vt firma ſit promiſsio. Legis enim pro- Rom. 4.
P miſsiones

miſsiones nitebantur olim ea conditione, ſi lex eſſet impleta. Euangelicæ verò promiſsiones nihil aliud requirunt: niſi vt credamus. Si enim non eſſent firmæ ac ratæ, niſi legem perfectè impleremus: nihil profectò differret nouum illud fœdus, ſeu Teſtamentum, à veteri. Ideò legimus, latroni in cruce condonata peccata, & donatum ius hæreditatis cœleſtis: qui certè nulla merita iactare poterat. Hodie (inquit Chriſtus) mecum eris in Paradiſo. Et teſtantur hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: in primitiua Eccleſia, cùm adhuc grauiſsimæ exercerentur perſecutiones: multos ex gentibus ſubitò (permotos Sanctorum Martyrum conſtantia) ad fidem Chriſti conuerſos: ſtatimq; à Tyrannis raptos fuiſſe ad ſupplicia: qui certò ſola in Chriſtum fide, omnium præteritorum peccatorum remiſsionem, & vitam æternam, ſunt conſecuti. Quare ex ſacris literis didicimus, & credimus: hominem ſola fide, abſq; meritis operum ſuorum, coram Deo iuſtificari, & ſaluari. Et ſentit nobiſcum Epiphanius, qui ſic ait: Proinde, quia ego debilis eram per carnem: demiſſus eſt mihi ſaluator, in ſimilitudine carnis peccati talem diſpenſationem perficiens: quo me à ſeruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus eſt mihi iuſticia, & ſanctificatio, ac redemptio. Iuſticia quidem, quoniam per fidem ipſius peccata diſſoluit: Sanctificatio verò, quia per aquam & ſpiritum, & verbum ſuum, me liberauit: Redemptio verò eſt Sanguis ipſius: dum precium redemptionis agni veri pro me ſeipſum tradidit: propitiationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cœlo & terra: myſterium ante ſecula & generationes occultum, implens temporibus decretis. Et Baſilius M. Hæc, inquit, eſt perfecta omnibusq; ſuis partibus cõſtans, gloriatio apud Deum: quando non ſua quis effert ſe iuſtitia: ſed agnoſcit, ſe propria deſtitutum eſſe iuſtitia: FIDE autem in Chriſtum SOLA iuſtificatum. Et

Luc. 23.

Epiph. lib. 3 Tom. 1. contra Pneumatomachos.

Baſil de humilitate.

μικαὶ ἐπαγγελίαι τὸ παλαιὸν, οὐκ ἀπολύτως ἐγεγόνηντο: ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ: εἰ ὁ νόμος πληρωθείη. Αἱ δ' ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὐδὲν ἡμᾶς ἄλλο ἀπαιτοῦσι, πλὴν τὸ πιστεύειν. Εἰ γὰρ μὴ τὸ εὐσταθὲς καὶ βέβαιον ἔχοιεν, μὴ τελείως τοῦ νόμου πληρωθέντος: οὐδὲν ἄρα διενέγκειεν ἂν ἡ καινὴ αὕτη, τῆς παλαιᾶς διαθήκης. Διὰ τοῦτο δὴ ὁρῶμεν, τῷ λῃστῇ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ ἡμαρτημένα ἀφεθέντα: καὶ τὴν τῆς οὐρανίου κληρονομίας κοινωνίαν δωρηθεῖσαν: καίτοι προδήλως οὐδεμίαν ἔργων ἀξίαν καυχήσασθαι δυνηθέντι. Καὶ ὅμως σήμερον, εἶπε χριστὸς, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἀλλὰ καὶ αἱ τῆς ἐκκλησίας ἱστορίαι μαρτυροῦσιν ἐν τῇ πρωτοτύπῳ ἐκκλησίᾳ, βαρυτάτων ἔτι διωγμῶν ἀνακινουμένων, πολλοὺς τῶν ἐξ ἐθνῶν, ἐξαίφνης (τὸ ἀνίκητον τῶν ἱερομαρτύρων ἐκπεπληγμένους) πρὸς τὴν εἰς χριστὸν πίστιν ἐπιστραφῆναι: καὶ παραχρῆμα ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπὶ τιμωρίαν συναρπασθῆναι: οἳ πάντως οὐδενὶ ἄλλῳ, εἰ μὴ μόνῃ τῇ εἰς τὸν χριστὸν πίστει, πάντων τῶν πεπλημμελημένων ἄφεσιν λαβόντες, τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπέτυχον. Οὐκοῦν ἐκ τῶν γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ πιστεύομεν: ἄνθρωπον ἐκ μόνης τῆς πίστεως, χωρὶς ἀξίας τῶν ἰδίων ἔργων κατέναντι θεοῦ δικαιοῦσθαι, καὶ σώζεσθαι. Ἀλλὰ μὴν πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον ἡμῖν συγκάτῳνον ἔχομεν, γράφοντα οὕτω. Τοίνυν, φησὶν, ἐν ᾧ ἐγὼ ἠσθένουν διὰ τῆς σαρκὸς, ἀπεστάλη μοι ὁ σωτὴρ, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας οἰκονομίαν τοιαύτην πληρῶν: ἵνα με δουλείας ἐξαγοράσῃ, ἵνα με φθορᾶς, ἵνα με θανάτου. Καὶ ἐγένετό μοι δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. Δικαιοσύνη μὲν, διὰ πίστεως αὐτοῦ ἁμαρτιῶν λύσας: ἁγιασμὸς δὲ, δι' ὕδατος, καὶ πνεύματος, καὶ ἐν ῥήματι αὐτοῦ, ἐλευθερώσας: ἀπολύτρωσις δὲ, τὸ αἷμα αὐτοῦ, λύτρον ἀμνοῦ ἀληθοῦς: ὑπὲρ ἐμοῦ ἑαυτὸν παραδοὺς: ἱλαστήριον καθάρσεως κόσμου, καταλλαγῆς ἁπάντων οὐρανοῦ καὶ γῆς: μυστήριον τὸ ἀπόκρυφον πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ γενεῶν, πληρῶν καιροῖς τοῖς διωρισμένοις. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος. Αὕτη γὰρ δὴ, φησὶν, ἡ τελεία, καὶ ὁλόκληρος καύχησις, ἐν θεῷ: ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τις ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ: ἀλλ' ἔγνω μὲν ἐνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς: ΠΙΣΤΕΙ ΔΕ ΜΟΝΗι, τῇ εἰς χριστὸν δεδικαιωμένον. Καὶ

Λουκ. κγ.

Ἐπιφ. Βιβ. γ. Τόμῳ ά. κατὰ πνευματομάχων.

Βασίλειος περὶ ταπεινοφροσύνης.

Καὶ καυχᾶται Παῦλος ἐπὶ τῷ καταφρονῆσαι τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης: ζητεῖν δὲ τὴν διὰ χριστοῦ, τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει: τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ συμμορφιζόμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ: εἴπως καταντήσει εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Ἐνταῦθα πέπτωκε πᾶν ὕψος ὑπερηφανίας. Καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος: Ἐκεῖνοι πάλιν ἔλεγον, ὅτι ὁ τῇ πίστει μόνῃ προσέχων, ἐπικατάρατος. Οὗτος δὲ δείκνυσιν, ὅτι ὁ τῇ πίστει προσέχων μόνῃ, εὐλογημένος. Καὶ ἑτέρωθι: Εἰ πιστεύεις τῇ πίστει: τί ἕτερα ἐπεισάγεις, ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς πίστεως δικαιῶσαι; καταδουλοῖς ἑαυτὸν, καὶ ὑποβάλλεις τῷ νόμῳ. Καὶ δὴ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τί τούτου, φησὶ, συντομώτερον τοῦ πλούτου; τί ταύτης τῆς δωρεᾶς εὐκολώτερον; ὁμολόγησον Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ πίστευσον, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ σωθήσῃ. Δικαιοσύνη μὲν γὰρ, καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον. Σωτηρία δὲ παντελὴς, τὸ καὶ ὁμολογῆσαι, καὶ προσθεῖναι τῇ ἐπιγνώσει τὴν παῤῥησίαν. Εἶεν. Οὐδὲν δ᾽ ὅμως ἧττον ἐνταῦθα ἐπὶ τὸ καλὰ ἔργα, τὰ παρὰ θεοῦ ἐντεταλμένα, πράττειν, οὐκ ἐν παρέργῳ τοὺς ἡμῶν ἀκροατὰς προτρεπόμεθα. Δίκαιοι γὰρ τῷ κυρίῳ ὑπακούειν οἱ εὐσεβείας τρόφιμοι, κατὰ τὰ, ἃ Παῦλος γράφει: Ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν. χριστὸς γὰρ (ἄλλοθι ὁ αὐτός φησιν) ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν: ἵνα οἱ ζῶντες, μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν: ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι. Εἰκότως. Οὐδὲν γὰρ ἀχαρίστου ἀνθρώπου αἴσχιον: ἄλλως τε, καὶ κατὰ θεοῦ: καὶ πρὸς τηλικαῦτα εὐεργετήματα, πάσης ἀνθρωπίνης γλώσσης καὶ ἀνυμνήσεως δύναμιν ὑπερβάλλοντα. Καὶ πάνυ φυλάττεσθαι χρὴ, τῷ θεῷ κατηλλαγμένῳ, προσκόπτειν πάλιν οὕτως, ὥστε τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐκπίπτειν. Εἰ γὰρ, κατὰ σάρκα (φησὶ Παῦλος) ζῆτε: μέλλετε ἀποθνήσκειν. Εἰ δὲ, πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε: ζήσεσθε. Οἱ γὰρ ἁμαρτίαις καὶ κακουργίαις τὰς ἰδίας συνειδήσεις κατατρώσαντες: οὗτοι ἐξ ὑποστροφῆς ἑαυτοὺς τῇ θείᾳ ὀργῇ καὶ ἀγανακτήσει περιβάλλουσι φέροντες: καὶ εἰς αἰώνιον κατακρημνίζουσιν ἀπώλειαν: ἐὰν μὴ δι᾽ ἀληθοῦς μετανοίας ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰς τὴν ὁδὸν ἐπαναχθῶσιν. Ἔτι γε μὴν καὶ διὰ τοῦτο

Εἰς τὴν πρὸς Γαλάτ. γ.

Τίτ. α. λόγ. γ.

Περὶ τῆς ἐν διαλέξει εὐταξίας.

Ῥωμ. η.
β Κορ. ε.

Ῥωμ. η.

Et gloriatur Paulus, ſe contempſiſſe ſuam iuſticiam: quæſiuiſſe autem illam, quæ per Chriſtum, & à Deo eſt, iuſticiam, quæ propter fidem datur: vt cognoſceret efficaciam reſurrectionis eius, & communicationem paſsionis eius: conformis fiens morti eius: ſi qua ratione perueniret ad reſuſcitationem mortuorum. Hîc cecidit omnis altitudo ſuperbiæ. Et D. Chryſoſtomus: illi rurſus dicebant, eum, qui ſoli fidei intentus eſſet, maledictum eſſe. Hic certè oſtendit eum, qui ſola fide nitatur, benedictum eſſe. Et alibi: Si confidis fide: quid alia introducis, tanquam ad iuſtificationem non ſufficiat fides? Seruum te facis, & ſubijcis legi. Sed & Theologus Gregorius, quid hiſce, inquit, diuitijs magis compendiarium? quid hoc dono facilius? confitere Ieſum Chriſtum, & crede, è mortuis reſuſcitatum eſſe: tunc ſaluaberis. Iuſticia enim eſt, vel credidiſſe tantùm. Salus autem perfectiſsima, & confiteri, & veritatem agnitam fidenter prædicare. Hæc, illi. Nihilominus tamen nos apud noſtros auditores diligenter vrgemus bona opera: quæ à Deo ſunt præcepta. Debent enim pij obedientiam Domino, iuxta illud Pauli: Ergo, fratres, debitores ſumus: non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Chriſtus enim (vt idem Apoſtolus alibi dicit) pro omnibus mortuus eſt: vt & qui viuunt: iam non ſibi viuant ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Nihil enim homine ingrato turpius: præſertim erga Deum, & pro tantis beneficijs, quæ nulla humana lingua ſatis pro dignitate celebrare poteſt. Et cauendum eſt, ne Deum reconciliatum, denuò ita offendamus, vt ipſius gratia excidamus. Si enim (inquit Paulus) ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Qui enim peccata contra conſcientiam perpetrant, & ſcelera committunt: ij de nouo indignationem Dei incurrunt, & in æternam mortem ſeſe dant præcipites: niſi per veram pœnitentiam à Domino in viam reducantur. Quin & eam ob

Chryſoſt. Gal. 3

Et Titi. Serm. 3.

Gregor. de diſputationis diſciplina.

Rom. 8.

2. Cor. 5

Ad bona opera adhortatio.

Rom. 8.

cauſam

cauſam à peccatis abſtinendum eſt: ne corporales nobis afflictiones vltrò accerſamus. Vnde Chriſtus ait illi, quem ſanauerat: *Ioan. 5* Ecce, ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Quin & ratio habenda eſt gloriæ Dei: ne ipſius nomen propter noſtra peccata malè audiat. *Eſa. 52. Rom. 2* Conqueritur enim Dominus de populo ſuo alicubi dicens: Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. *Ezech. 36.* Contrà verò, propter piam noſtram conuerſationem nomen Domini laudibus euehitur: *Matth. 5.* vt Chriſtus dicit: Luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Sed & præmia tum huius, tum futuræ vitæ, ad bona opera nos excitare debent. *1. Tim. 4.* Paulus enim Timotheo ſcribens, ait: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *Matth. 25.* Et Filius Dei prolixè promittit bonorum operum noſtrorum liberaliſsimam compenſationem, in illo glorioſo ſuo aduentu. Tanta enim ipſius eſt bonitas, vt quamuis nobis omnino nihil debeat: tamen ea ipſa opera, quæ ipſe per nos eſt operatus, remunerari velit. Et tamen ſemper fateri oportet: eos, qui bona opera faciunt, iam antea eſſe Filios Dei, & per fidem iuſtificatos. *Matt. 7.* Non poteſt enim arbor mala bonos fructus facere.

τοῦτο τοῦ ἁμαρτάνειν ἀφεκτέον: ἵνα μὴ σωματικὰς κακώσεις αὐθόρμητοι ἐπισπασώμεθα. Λέγει γοῦν ὁ κύριος ᾧ ἐτεθεράπευκε: ἰδὲ ὑγιὴς γέγονας. *Ιωάν. ε.* Μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. Πρὸς δὲ τούτοις, τῆς δόξης τοῦ θεοῦ λόγος ἐκτέος: τοῦ μὴ παρὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας τὸ ὄνομα αὐτοῦ κακῶς ἀκούειν. *Ησαΐ. νβ. Ιεζεκ. λϛ. Ρωμ. β.* Μέμφεται γάρ που τῷ λαῷ ὁ κύριος, λέγων: τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Τοὐναντίον δὲ, διὰ τὴν ἡμετέραν εὐσεβῶς ἔχουσαν ἀναστροφὴν, τὸ τοῦ κυρίου ὄνομα ἐπαινούμενον ἐξαίρεται, κατὰ τὸ ὑπὸ χριστοῦ ῥηθέν: *Ματθ. ε.* Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα: καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἔτι δὲ, ἐπάθλοις, πῆ μὲν τῇδε, πῆ δὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, διδομένοις, ἐπὶ τὸ καλῶν ἔργων φροντίζειν ἐξεγείρεσθαι προσήκει. Τῷ Τιμοθέῳ γὰρ γράφων ὁ ἀπόστολος, *α. Τιμ. δ.* ἡ εὐσέβειά φησι, πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν: ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν, καὶ τῆς μελλούσης. *Ματθ. κε.* Δαψιλεστάτην τε, ὧν ἂν ἀγαθῶν πεποιηκότες ὦμεν, ἀνταπόδοσιν ὁ θεοῦ υἱὸς διὰ πολλῶν ἐπηγγείλατο, ἐν τῇ ἐνδόξῳ ἐκείνῃ παρουσίᾳ γενησομένην. Τοσαύτην γὰρ αὐτοῦ φιλοφροσύνης περιουσίαν εἶναι μαρτυροῦσιν αἱ γραφαί: ὥστε καὶ αὐτῶν, ὧν ἂν αὐτὸς ἐν ἡμῖν ἔργων ἐνεργητικῶς ᾖ, καίπερ τὸ παράπαν οὐδὲν ἡμῖν ὀφείλων, θέλειν ἀμοιβὴν πιεῖν. Τέως γε μὴν ἀεὶ οὕτω διαπελεῖν ὁμολογοῦντας χρὴ: τούτους, οἱ ἀγαθὰ ἐργάζονται πρότερον ἤδη θεοῦ υἱοὺς εἶναι, διὰ τῆς πίστεως προδεδικαιωμένους: ἐπεὶ οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. *Ματθ. ζ.*

Et hæc quidem de iuſtificatione fidei dicta ſint: nunc ad Sacramentorum diuinorum conſiderationem nos conuertemus.

Ταῦτα μὲν, περὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Νῦν δὲ ἐπὶ τὴν θείων μυστηρίων θεωρίαν τραπώμεθα.

DE SACRAMENTIS

Sacramenta. Sacramenta ſeptem numerant Græcæ Eccleſiæ. Nos verò duo tantùm propriè dici Sacramenta aſſerimus. Si enim omnia myſteria diuina (quæ humanum captum excedunt) numerare velimus: non ſeptem tantùm, ſed multò plura erunt Sacramenta. Si etiam eas res Sacramenta appellare libuerit: quibus Dominus res cœleſtes & Spirituales adumbrare voluit: nequaquam ſeptenario numero eas cōplecti poterimus.

ΠΕΡῚ ΜΥΣΤΗΡΊΩΝ.

Μυστήρια καὶ τελετὰς, αἱ μὲν ἑλληνικαὶ Ἐκκλησίαι ἑπτὰ ἀριθμοῦσιν: ἡμεῖς δὲ, δύω μόνον κυριολεκτοῦμεν. *Μυστήρια.* Εἰ γὰρ πάντα τὰ θεῖα μυστήρια, ὅσα ὑπὲρ τὸν νοῦν ἡμῶν, ἐγκρίνειν οἷς νῦν λέγομεν μυστηρίοις καὶ τελεταῖς ἐθελήσαιμεν: οὐ μόνον ἂν ἑπτὰ μυστήρια, ἀλλὰ πολλῷ πλείω εἶεν. Καὶ εἰ τῷ τοῦ μυστηρίου ὀνόματι καὶ ταῦτα καλεῖν βουληθῶμεν: οἷς τὰ οὐράνια καὶ πνευματικὰ σκιαγραφεῖν ὁ κύριος ἠθέλησε: μόνῃ ἑπτάδι οὐδαμῶς περικλεισθήσονται.

Ἡμεῖς δὲ μυστήρια ὁριζόμεθα τελετουργίας θεόθεν διαταχθείσας: αἵτινες τῷ ῥήματι τῆς θείας (τῆς περὶ ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, καὶ θεοῦ πρὸς ἡμᾶς εὐμενείας) ἐπαγγελίας, ἔχουσι συνεζευγμένον τι καὶ αἰσθητὸν σύμβολον: ὅλης τῆς πράξεως, τὴν ἡμετέραν περὶ τῆς τῶν ἡμαρτημένων ἀφέσεως, πίστιν βεβαιούσης: καὶ οὐρανίων εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν κατατιθεμένων. Οὕτω δὴ τὸ ἅγιον βάπτισμα, διαταχθὲν οἴδαμεν: ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἀπολουσώμεθα: καὶ ἀναγεννηθῶμεν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. Ὅθεν ἐρρήθη πρὸς Παῦλον: Ἀναστὰς, βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου. (Πραξ. κβ'.) Καὶ Πέτρος, (Πραξ. β'.) μετανοήσατε, φησί: καὶ βαπτιζέσθω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν: καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ αὖθις Παῦλος. (Τιτ. γ'.) Κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεόν, φησιν, ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Καὶ ὁ σωτήρ: (Ἰωάν. γ'.) ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος: οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Οὕτω δ᾽ αὖ τὸ κυριακὸν δεῖπνον, ὑπὸ τοῦ χριστοῦ θεσμοθετηθὲν οἴδαμεν: ἵνα ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὑπομνησθῶμεν καὶ πληροφορηθῶμεν, ὅτι διὰ τοῦ χριστοῦ ἐλυτρώθημεν: καὶ ὅτι ἔχομεν (περιποιήσαντος ἡμῖν τοῦ πάθους, καὶ τοῦ θανάτου, αὐτοῦ) ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ τῆς οὐρανίου βασιλείας κληρονομίαν. Ψωμιζόμεθα δ᾽ ἔτι, καὶ ποτιζόμεθα, οὕτω τιμίαν καὶ σωτηριώδη τροφήν: ἵνα ἐν καινότητι μὲν βίου μᾶλλον καὶ μᾶλλον προκόψωμεν: ἡ δὲ τοῦ παλαιοῦ ἀδὰμ θανατηφόρος διαφθορὰ, τῷ ὑγιεινοτάτῳ τούτῳ ἀντιδότῳ ἐπισχεθῇ, καὶ κατὰ μικρὸν ἐκκαθαρθῇ.

Nos autem Sacramenta vocamus, cæremonias diuinitus inſtitutas: quæ vnà cum verbo promiſsionis diuinæ de remiſsione peccatorum, & clementia Dei erga nos, habent annexam aliquam rem externam: qua tota actione confirmamur in fide de remiſsione peccatorum: & conferuntur in nos cœleſtia beneficia. Ita Baptiſmum inſtitutum ſcimus: vt abluamur à peccatis, & regeneremur ex Aqua & Spiritu. Vnde dictum eſt Paulo: Exurge, & Baptizare, & ablue peccata tua. (Act. 22.) Et Petrus ait: Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, &c. (Act. 2.) Et Paulus ait: Saluos nos fecit per lauacrum Regenerationis. (Tit. 3.) Et Chriſtus inquit: Niſi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu: non poteſt introire in regnum Dei. (Ioan. 3.) Sic cœnam Domini à Chriſto inſtitutam nouimus: vt edendo & bibendo corpus & ſanguinem Chriſti, admoneamnr & certificemur, quòd ſimus per Chriſtum redempti: quòd habeamus (beneficio paſsionis & mortis eius) peccatorum noſtrorum remiſsionem, & ius Regni cœleſtis. Et cibamur atq; potamur tam precioſis ſaluberrimiſq; alimentis: vt in nouitate vitæ maiores faciamus progreſſus: & veteris Adami venenata corruptio, per hoc præſtantiſsimum Antidotum cohibeatur, & paulatim expurgetur.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω γενικῶς, περὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων φρονοῦμεν. Νῦν δὲ καὶ εἰδικῶς, βραχέα ἄττα περὶ αὐτῶν διαληψόμεθα.

Atque hæc quidem generaliter de Sacramentis ſentimus. Nunc pauca etiam ſpeciatim de ijs dicemus.

ΠΕΡῚ ΒΑΠΤΊΣΜΑΤΟΣ.

(Βάπτισμα.) Βαπτίζοντες, ὑμεῖς μὲν τρισὶ καταδύσεσι χρῆσθε: καὶ οὕτω πάμπαν, οὐκ ἄλλως, ποιητέα διισχυρίζεσθε. ἡμεῖς δὲ, οὐ καταδύσεσι μὲν, ἐπιχύσει δὲ τριττῇ, χρώμεθα: καὶ οὕτω, ἐπ᾽ ὀνόματι θεοῦ πατρὸς, θεοῦ υἱοῦ, καὶ θεοῦ ἁγίου πνεύματος, πράττομεν. Καὶ παρὰ χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων, οὐδὲν εἰδικῶς, ὅσον εἰς τὰ πέριξ ταῦτα, διαπεραιωθὲν, νόμιμον καὶ τελεσιουργὸν

DE BAPTISMATE.

IN Baptiſmate vos trinam immerſionem vſurpatis: eamq; omnino ſic vſurpandam, & non aliter, cenſetis. (Baptiſma.) Nos verò non immerſione, ſed trina aquæ ſuperfuſione vtimur: idq; in nomine Dei Patris, & Filij & Spiritus ſancti, facimus. Et cùm à Chriſto & Apoſtolis nihil in ſpecie, quo ad illas circumſtantias, ſit præceptum: Iudicamus, legi-

legitimum & efficacem eſſe Baptiſmum: vbi aqua adhibita, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, baptizatur: nec mutantur verba inſtitutionis in hoc Sacramento. Elementum enim, & verbum, conſtituunt Sacramentum. Interim etiam de Baptiſmi virtute & vtilitate noſtros auditores diligenter & ſæpe docemus.

DE CHRISMATE.

Chriſma. CHriſma illud externum fragrantis olei, à Chriſto inſtitutum creditis: idq; ex relatione Dionyſij illius (vt exiſtimatur) Areopagitæ: cuius ſcripta apud aliquos ſunt in magna admiratione. At nos diuerſum ſentimus. Neq; enim Chriſtus neq; Apoſtoli, vllam faciunt illius Chriſmatis mentionem, vel minimam. Et ſcripta Dionyſij non redolent Spiritum Apoſtolicum. Neq; immeritò miramur, quòd Dionyſius ille in ſua cæleſti Hierarchia talia ſcribenda ſibi ſumpſit: quæ ne ipſe quidem Paulus (qui in tertio tamen cœlo, & in Paradiſo, fuerat) eloqui, aut literis mandare, auſus fuit. *De Dionyſio Areopag.* Neq; temerè de authoritate huius Dionyſij dubitatur: cùm ille citet alicubi Clementem Alexandrinum: qui tamen poſt Dionyſiũ Areopagitã centum & amplius annos vixit. Cumq; hoc Chriſma nõ habeat pro fundamento verbum Dei: hoc eſt, mandatum, & adiunctam promiſſionem: non videmus, quomodo, rectè aſſeri poſſit, quòd Chriſmati illi inſit vis aliqua Spiritus ſancti. Quare Chriſmatis vſum, tanquam rei non neceſſariæ, omittimus: & eius loco pijs precibus, & diligenti inſtitutioni puerorum ad pietatem, incumbimus. Chriſma enim externum, neq; præceptum Dei, neq; exemplum Apoſtolorum, habet. *Act. 8.* Baptizabat Philippus Aethiopem Eunuchum, Reginæ Candaces theſaurarium: Sed ibi de Chriſmate omnino nulla fit mentio. *Act. 2.* Baptizata ſunt poſt concionem Petri, in die Pentecoſtes habitam, circiter tria hominum millia: nulla ibi Chriſmatis fit mentio. Baptizati

γὸν κρινόμενον εἶναι τὸν βαπτισμόν: ὅπου ὕδατος ἐπιχεομένου, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, βαπτίζεται: μὴ παρατρεποιημένων περὶ τὴν τελετὴν, τῶν τῆς διατάξεως ῥημάτων. τὸ γὰρ στοιχεῖον, ἤτοι ἡ ὕλη, καὶ τὸ ῥῆμα, τὴν οὐσίαν τοῦ μυστηρίου ἀπαρτίζουσι. Τέως γε μὴν, καὶ ὡς χρήσιμον, καὶ ἐσθλὴν δύναμιν ἔχον, τὸ βάπτισμα: πολλάκις καὶ σπουδαίως, τοὺς ἡμῶν φοιτητὰς κατηχοῦμεν.

ΠΕΡῚ ΧΡΊΣΜΑΤΟΣ.

Τὸ δὲ ἔξωθεν ἐκεῖνο, ἐν σώματι γινόμενον, εὐώδους μύρου χρίσμα, ὑμεῖς μὲν ὑπὸ χριστοῦ διαταγῆναι πεπεῖσθε: παραδόσει ἑπόμενοι τοῦ Διονυσίου ἐκείνου, τοῦ (ὡς ὑπείληπται) Ἀρεοπαγίτου: οὗ τὰ βίβλια, εὖ οἴδαμεν, ὅτι μεγάλως παρά τισι θαυμάζεται. *Χρίσμα.* Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ὑπολαμβάνομεν. Οὔτε γὰρ ὁ χριστὸς, οὔτε οἱ Ἀπόστολοι, μνείαν ἐκείνου τοῦ χρίσματος ποιοῦνται, οὐδὲ ἐλαχίστην. Οὐδέ γε τὰ Διονυσίου ξυγγράμματα, ἐμφέρειαν πρὸς τὸ Ἀποστολικὸν πνεῦμα κέκτηνται. Οὐδ᾽ ἀλόγως τοῦ Διονυσίου ἐκείνου θαυμάζομεν: αὐτὸν ἐν τῇ οὐρανίᾳ ἑαυτοῦ ἱεραρχίᾳ τοιαῦτα γράφειν ἐπιβαλέσθαι: ἃ οὐδ᾽ αὐτὸς, ὁ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἁρπαγεὶς, καὶ ἐν παραδείσῳ γενόμενος, Παῦλος, ἐκφέρειν, ἢ γραφῇ παραδιδόναι, ἐτόλμησε. Καὶ μὴ θαυμάζετε, εἰ οὐκ ἀξιόχρεως εἰς τὰ τοιαῦτα, ὅδε ὁ Διονύσιος, τοῖς τὰ παλαιὰ ἐξιχνεύουσι φαίνεται: εἴγε παράγει που ἐκεῖνος, Κλήμεντα τὸν Ἀλεξανδρέα: καίτοι μετὰ τὸν Ἀρεοπαγίτην Διονύσιον, ἑκατὸν, καὶ πλείοσιν ἔτεσιν, ὕστερον γεγονότα. Ἔτι, τουτουὶ τοῦ χρίσματος μὴ ἐπὶ ῥῆμα θεοῦ τεθεμελιωμένου: τουτέστιν ἐπὶ ἐντολὴν, καὶ ἐπαγγελίαν, προστεθειμένην: οὐ δυνάμεθα καθιδεῖν, πῶς βεβαίως ἄν τις εἴποι, ἐκείνῳ τινὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν ἐνεῖναι. Ὥστε τὸ μὲν χρῆσθαι αὐτῷ, ὡς πρᾶγμα μὴ ἀναγκαῖον, παραλείπομεν: ἀντὶ δ᾽ αὐτοῦ, εὐσεβέσι προσευχαῖς, καὶ σπουδαίᾳ τῇ παίδων πρὸς θεοσέβειαν κατηχήσει καὶ παιδείᾳ ὡς γνησιωτέρᾳ χρίσει, προσκείμεθα. Τὸ γὰρ ἔξω χρίσμα, οὔτε προστάγματι θεοῦ, οὔτε τῷ ἀποστολικῷ ὑποδείγματι, βεβαιοῦται. Ἐβάπτισε μὲν Φίλιππος αἰθίοπα εὐνοῦχον τῆς Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιώπων γαζοφύλακα: *Πράξ. η.* ἐκεῖ δὲ ὅλως οὐδὲ μία χρίσματος μνεία. Ἐβαπτίσθησαν μὲν, μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν Πέτρον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς δημηγοροῦντα, *Πράξ. β.* ὡσεὶ

ὡσεὶ τρισχίλιοι ἄνθρωποι: οὐδεμία δὲ πρὸς χρίσματος μνεία. Ἐβαπτίσθησαν μὲν ἄλλοι πολλοί, ὧν αἱ ἀποστολικαὶ πράξεις μέμνηνται: τὸ δὲ χρίσμα διηνεκῶς σεσίγηται.
α. Κορ. α. Ἐβάπτισε Παῦλος Κρίσπον καὶ Γάιον, καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον: οὐδ᾽ ἐν τῷδε περὶ χρίσματος ῥῆμα, οὐδὲ ἕν. Εἰκότως.
ψαλ. μδ'. Ὥσπερ γὰρ ὁ χριστός, οὔτινι ἔξωθεν ἐπικεχρισμένου ἐλαίου χρίσει: ἀλλὰ τῇ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, (τοῦ ἀγαλλιάσεως ἐλαίου κεκλημένου) ἐπωνόμασται: ὡσαύτως καὶ ἡμεῖς, τῇ παρὰ τοῦ πνεύματος χρίσει (τῇ καὶ ἡμῖν μέν, ἐκ μέτρου δέ, δοθείσῃ) ἐπώνυμοι γινόμενοι, χριστιανοὶ χρηματίζομεν: διὰ τὸ ἡμᾶς, χριστοῦ, ἐκείνου τοῦ κεχρισμένου βασιλέως, πνευματικὰ μέλη εἶναι. Διὰ δὴ ταῦτα, οὐδεὶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κίνδυνος: κἂν μὴ τῷ ὑλικῷ ἐλαίῳ ἐπιχρισθῶμεν.

ΠΕΡῚ ΧΕΙΡΟΤΟΝΊΑΣ ἢ ἱερωσύνης.

Χειροτονία. Τοὺς ἱερεῖς (οὓς ἡμῖν, ἐκκλησίας διακόνους ὀνομάζειν ἔθος) οὐ καθίσταμεν ἡμεῖς: ὅπως ἂν ἐν λειτουργίᾳ τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα, τοῦ χριστοῦ προσενέγκωσι, (περὶ οὗ εἰσαῦθις ἐν οἰκείῳ τόπῳ εἰρήσεται) ἀλλ᾽ ἵνα τὸν χριστὸν εὐαγγελίσωνται: καὶ ἵνα βαπτίσωσι: καὶ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, καί γε δημοσίᾳ, ἐν ἱερῷ, καί γε ἰδίᾳ ἐν οἴκῳ, τοῖς βουλομένοις, καὶ θανάτῳ προσεγγίζουσιν, οἰκονομήσωσιν. Αὐτοῖς δὲ τό, διάκονοι ἐκκλησίας, ὄνομα τιθέμεθα: ἵνα εἰδῶσιν οὐ κύριοι ὄντες, ἀλλὰ δοῦλοι τῆς ἐκκλησίας θεοῦ:
α. Πετ. ε. κατὰ τὸ παρὰ Πέτρου τοῖς πρεσβυτέροις λεγόμενον: μὴ κατακυριεύοντες τῶν κλήρων: ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. Οἱ δὲ παρ᾽ ἡμῖν τῇ ἐκκλησίᾳ διακονήσειν μέλλοντες: πρῶτον μὲν ἐκ παίδων, οὐ μόνον πρὸς τὸ εὐσεβεῖν ἀνατρέφονται: ἀλλὰ καί, ἐν ταῖς ἐξηρημέναις τῶν γλωσσῶν (λατινίδι φαμέν, ἑλλάδι, καὶ ἑβραΐδι) παιδεύονται: καὶ μανθάνουσι μὲν τὰς ἐλευθερίους τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. ἐν πρώτοις δέ, τὰ τῆς ἁγίας θεολογίας διδάσκονται: καὶ ἀκριβῶς, ὅσα τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἱεροδιδασκάλων αὐτοῖς διατρανοῦται. Ἐλθόντος δὲ τοῦ καιροῦ, τοῦ ἐκ τῶν διδασκαλείων αὐτοὺς τῇ διακονίᾳ τῆς ἐκκλησίας προσελθεῖν: καλοῦνται μὲν ὑπὸ θεολόγων καὶ βουλευτῶν, τῶν ὑπὸ τοῦ λαμπροτάτου καὶ εὐσεβεστάτου ἡμῶν ἄρχοντος, τῷδε τῷ πράγματι ἐπιτεταγμένων: ἐπιφέρουσι δὲ παρὰ τῶν ἑαυτῶν διδασκάλων μαρτυρίας βίου σεμνότητος ἐγγράφους:

εἶτα

zati ſunt alij multi, quorum acta Apoſtolica mentionem faciunt: ſed de Chriſmate perpetuum eſt ſilentium. Baptizauit Paulus Criſpum, & Gaium, & 1. Cor. 1
Stephanæ domum: ſed ne ibi quidem de Chriſmate verbum vnum. Neq; mirum. Vt enim Chriſtus non ab externa aliqua Olei vnctione, ſed ab vnctione Spiritus ſancti, (qui lætitiæ oleum vocatur) nomen habet: ita & nos à Spiritus vnctione, qui Pſal. 45
& nobis (ſed ſecundum menſuram) datus eſt, denominamur Chriſtiani: eò quòd Chriſti (illius vncti Regis) ſpiritualia membra ſimus. Quare externa illa olei ſeu Chriſmatis vnctione citra ſalutis noſtræ iacturam carere poſſumus.

DE SACERDOTIO.

Sacerdotes (quos nos Eccleſiæ miniſtros vocamus) apud nos non eliguntur: vt in Miſſa corpus & ſanguinẽ Chriſti offerant, (de qua re poſtea ſuo loco dicetur) ſed vt Euangelium Chriſti doceant, baptizent, & Cœnam Domini, tum publicè in templo, tùm priuatim in ædibus, morituris diſpenſent. Miniſtros autem Eccleſiæ eò vocamus: vt meminerint, ſe non eſſe Dominos, ſed ſeruos Eccleſiæ Dei: iuxta illud Petri, qui de Presbyteris dicit: Non dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis, ex animo. Qui autem futuri ſunt apud nos Eccleſiæ miniſtri: primò ab incunabulis non modò ad pietatem educantur: ſed etiam inſtituuntur in linguis, (Latina, Græca, & Hebræa) & diſcunt liberales artes. Inprimis verò diligenter informantur in Theologia: & ſacra Scriptura ipſis à Doctoribus Theologiæ accuratè explicatur. Vbi tempus fuerit, vt è ſcholis ad Miniſterium Eccleſiæ accedant: vocantur ab ijs Theologis & Conſiliarijs: qui ab illuſtriſsimo & pientiſsimo noſtro Principe huic officio ſunt deputati: & adferunt à ſuis Præceptoribus teſtimonia innocentiæ morum,

Sacerdotium. *Miniſtri Eccleſiæ.* *1. Pet. 5.*

P iiij Poſtea

Poſtea examinantur, an doctrinam Religionis Chriſtianæ ſyncerè teneant: & an donis ad docendum populum neceſſarijs ſint inſtructi. Vbi igitur idonei iudicati ſunt: interpoſito iuramento promittunt, quòd velint Eccleſiam piè & ſyncerè docere, & morum ſanctitati ſtudere, ne cui ſint offendiculo. Poſtea mittuntur ad Eccleſiam, cui ſunt præficiendi: ibiq; vna, aut altera concione, edunt ſpecimen ſuorum donorum, quibus à Domino Deo ornati ſunt. Vbi Eccleſiæ ipſorum opera eſt grata: tùm in frequenti Eccleſiæ cœtu (præmiſſa tamen ſacra concione, & recitatis aliquot precibus, ad eam rem pertinentibus) imponit illis Superintendens manus: idq; in præſentia vnius, aut alterius Eccleſiæ miniſtri. Poſtea illi funguntur ſuo officio in Eccleſia ſibi commiſſa. Bis autem in anno quilibet Superintendens viſitat Eccleſias ſibi deſignatas. Et inquirit in mores & doctrinam Paſtoris: & ſimul etiam, quo zelo populus audiat ſacras conciones: & quomodo ijs pareant ſuperiores & inferiores. Si quæ corrigenda ſunt: corrigit Superintendens. Si verò aliqua maioris momenti occurrunt: de ijs refert ad Synodum: vbi re deliberata, Eccleſiæ miniſter, vel admonetur grauiter, vt officium decenter faciat: Vel, ſi quid magni commiſſum eſt, ab officio deponitur, aliuſq; ſubſtituitur. Reliqua etiam errata Auditorum corriguntur: iubente pijſsimo noſtro Principe: qui ipſe etiam ſtatum Eccleſiarum diligenter conſiderat: & cum ſuis Theologis & Conſiliarijs medicinam neceſſariam adhibet.

Concedimus autem Matrimonium miniſtris Eccleſiæ: etiamſi poſt ſuſceptum officium velint mariti fieri: aut priore vxore mortua, aliam ducere. Scimus enim Apoſtolum, cùm vult Epiſcopum eſſe
1. Tim. 3 vnius vxoris maritum, non damnare ſecundas nuptias: ſed polygamiam: quæ tùm adhuc apud aliquos (ex Hebræorum conſuetudine) erat in vſu. Duas enim ſimul

εἶτα δὲ ἐξετάζονται, εἰ ἄρα τὰ μὲν τῆς χριστιανικῆς πίστεως εἰλικρινῶς ἐπίστανται: τοῖς δὲ πρὸς τὸ τὰ πλήθη διδάσκειν ἀναγκαίοις χαρίσμασι κεχορήγηνται. Κριθέντες τοίνυν εὔθετοι, ἔνορκοι, ληφθέντες ὑπισχνοῦνται: ἤ μὴν διδάξειν εὐσεβῶς καὶ ὀρθοδόξως τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τρόπους βίου παρέξεσθαι ἀμέμπτους, τοῦ μηδενὶ σκανδάλου ἀφορμὴν ἐνδιδόναι. Μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν πέμπονται, ἧς ἐπιστατήσουσιν: ὅπου διὰ μιᾶς, ἢ δύο δημηγοριῶν, πρωτόλειον ὥσπερ τι, καὶ ἀπαρχὴν, ὧν θεόθεν εἰλήφασι χαρισμάτων, διδόασιν. Ὅταν οὖν δεδοκιμασμένοι τῇ ἐκκλησίᾳ ὦσι: τότε ἐν πληθούσῃ λαοῦ ξυνόδῳ (φθασάντων μέντοι γενέσθαι ἱερῶν λόγων καὶ ῥητῶν, πρὸς τὸ πρᾶγμα φερουσῶν, προσευχῶν) χειροτονοῦνται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τοῦ τόπου: ἑνὸς, ἢ πλειόνων ἱεροδιακόνων, συμπαρόντων. καὶ ἀπεντεῦθεν, ἧς ἐμπεπίστευνται, ἐπιμελεῖται ἐκκλησίας. Δὶς δὲ ἑκάστου ἔτους, ἕκαστος τῶν ἐπισκοπούντων, ἃς ἐπιτέτραπται περιπορεύεται ἐπισκοπούμενος ἐκκλησίας: καὶ ἀνακρίνει τούς τε τρόπους, καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῦ ποιμένος: ἅμα δὲ καὶ περὶ τοῦ λαοῦ, ποίῳ ζήλῳ τῶν ἱερῶν ὁμιλιῶν ἀκροᾶται: καὶ πῶς αὐταῖς οἵ τε ἐπιτάσσοντες, καὶ οἱ ὑποτασσόμενοι, πειθαρχοῦσι. Καὶ τὰ μὲν ἐπανορθώσεως δεόμενα, ἐπανορθοῦται ὁ ἐπίσκοπος: τὰ δὲ μείζω τῶν πραγμάτων, πρὸς ἐκκλησιαστικὴν σύνοδον ἀναφέρει: ἐν ᾗ βουλῆς γενομένης, ὁ ὑπηρέτης μέτρια μὲν ἁμαρτὼν σπουδαίως παραινεῖται τῆς ἑαυτοῦ τάξεως προΐστασθαι δεόντως: ἀτοπώτερον δέ τι ποιήσας, καθαιρεῖται, καὶ ἄλλος ἀντικαθίσταται. Αἱ δ' αὖ ἄλλαι πλημμέλειαι τῶν ἀκροατῶν θεραπεύονται: κατὰ διάταξιν τοῦ φιλοχρίστου ἡμῶν ἄρχοντος: ὃς καὶ αὐτὸς ἐπιμελῶς τὴν κατάστασιν τῶν ἐκκλησιῶν ἐποπτεύει, καὶ μετὰ τῶν ἰδίων θεολόγων τε καὶ βουληφόρων, τὴν ἐνδεχομένην θεραπείαν ποιεῖται.

Ἐπιτρέπομεν δὲ τοῖς τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπηρετοῦσι, γαμεῖν βουλομένοις καὶ μετὰ τὸ ἱερωθῆναι: ἢ καὶ, τῆς προτέρας συζύγου θανούσης, ἄλλην ἄγεσθαι. Οἴδαμεν γὰρ, τὸν ἀπόστολον, ὅπου μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα τὸν ἐπίσκοπον εἶναι θέλει, οὐ κωλύειν δευτερογαμίαν: ἀλλὰ τὴν πολυγαμίαν, ἔτι καὶ τότε τισὶ (κατὰ τὸ τῶν ἑβραίων ἔθος) ἐπιτηδευομένην. Τὸ γὰρ δύο γυναῖκας ἅμα ἔχειν, οὔτε καὶ τῇ

Γάμος τῶν ἱερέων.

α. Τιμ. γ.

καὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς διατάξει τοῦ γάμου ἠναντιοῦτο, καὶ σημεῖον ἀκρατείας ἦν. Βουλομένου δὲ τοῦ Παύλου τὰς νεωτέρας πάλιν ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι: ταυτὸν ποιεῖν καὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας διακόνοις ἐξεῖναι, πιστεύομεν. Φησὶ γὰρ περὶ ἐγκρατείας χαρίσματος ὁ κύριος: Ὅτι οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ᾽ οἷς δέδοται. Φαμὲν οὖν μετὰ Παύλου: Εἰ δὲ μὴ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. Κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. Οὐδένα δ᾽ ὅμως γαμεῖν ἀναγκάζομεν.

α. Τιμ. ε. — Ματθ. ιθ. — α. Κορ. ζ.

ΠΕΡῚ ΜΕΤΑΝΟΊΑΣ.

Μετάνοια.

Δεῖν μὲν μετανοεῖν, ἐνδοιασμὸν οὐκ ἔχει. Ἔτι δὲ, πρὸς ἀληθῆ μετάνοιαν ἐπιζητεῖσθαι τὸ, ἐπιγινώσκειν ἑαυτοὺς ἁμαρτωλοὺς εἶναι, ἐκ ψυχῆς τε λυπεῖσθαι τοῖς ἡμαρτημένοις: καὶ τὸ, πᾶσαν ἡμῶν τὴν πεποίθησιν, ἐπὶ τῷ θεοῦ υἱῷ, τῷ ἡμᾶς λυτρωσαμένῳ τίθεσθαι: καὶ τὸ, ἀληθῆ καὶ στεῤῥὰν ἐπανορθώσεως βίου πρόθεσιν ἔχειν, τοῦτο πᾶν ἔξω ἀμφισβητήσεως τιθέμεθα.

Ἐξομολόγησις τῶν ἁμαρτιῶν.

Ἀναγκαίαν μέντοι πρὸς ἀληθινὴν καὶ σωτήριον μετάνοιαν πάντων, ὧν ἡμαρτηκόσιν ἑαυτοῖς σύνισμεν, ἀπαρίθμησιν εἶναι: τοῦτο οὐ πιστεύομεν. Διδάσκουσι μὲν γὰρ αἱ γραφαί: ἐὰν κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξωμολογημένοι ὦμεν, αὐτῶν ἄφεσιν ἡμῖν γίνεσθαι. Οὕτω γοῦν Δαβὶδ λέγει: Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ᾽ ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ: καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Καὶ Ἰωάννης: Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν: πιστός ἐστι, καὶ δίκαιος: ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. τὸ δὲ ἀνθρώποις, ἤγουν τοῖς τῆς ἐκκλησίας διακόνοις, ἡμᾶς πάσας τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπαριθμεῖν, τοῦτο οὐδαμοῦ τῆς ἁγίας γραφῆς προστέτακται. Οὔκουν τοῖς προβάτοις, τοῖς ἡμῶν τῇ ἐπιμελείᾳ παραδοθεῖσι, τοιαῦτα ἐπιτίθεμεν φορτία, οὐ δῆτα: ἅπερ ὁ κύριος οὐκ ἐπέθηκεν αὐτοῖς. Ὁ τελώνης ἐκεῖνος, ἐν τῷ ἱερῷ τὰς ἁμαρτίας ἐξομολογούμενος: οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ συλλήβδην ἐποίησε τοῦτο, εἰπών: Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. καὶ οὐδὲν ἧττον κατέβη δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ. Ὁ συνεσταυρωμένος λῃστὴς οὐκ ἐξηρίθμει, ὅσους ἔδρασε φόνους, ὁσάκις ἄλλους ἐλα-

Ψαλ. λα. — α. Ἰωάν. α. — Λουκ. ιη.

mul vxores habere, & primæ inſtitutioni matrimonij repugnabat, & incontinentiæ argumentum erat. Cùm autem Paulus velit, vt iuniores viduæ denuò nubant: idem licere etiam Eccleſiæ Miniſtris, credimus. Dicit enim Chriſtus de continentiæ dono: Non omnes capiunt verbum iſtud: ſed, quibus datum eſt. Itaq; cum Paulo dicimus: Quòd ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quàm vri. Neminem tamen ad matrimonium contrahendum cogimus.

1.Tim.5 — Matt.19. — 1.Cor.7.

DE POENITENTIA.

Pœnitentia.

Poenitentiam agendam, nulli eſt dubium. Et requiri ad pœnitentiam veram, vt peccatores nos agnoſcamus: & de peccatis admiſsis ex animo doleamus: vt fiduciam noſtram in Filium Dei redemptorem collocemus: & vt verum atq; ſerium propoſitum habeamus, quòd vitam emendare velimus, extra controuerſiam ponimus.

De Confeſsione peccatorum.

Sed tamen ad veram & ſalutarem pœnitentiam, neceſſariam eſſe omnium peccatorum (quorum nobis conſcij ſimus) enumerationem: non credimus. Hoc quidem ſacræ literæ docent, ſi Domino Deo noſtra peccata confeſsi fuerimus: condonationem nos obtinere. Quemadmodum loquitur Dauid: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſticiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Et Ioannes ait: ſi confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quòd autem hominibus, miniſtris Eccleſiæ, omnia peccata noſtra recenſere teneamur: id ſcriptura nuſquam præcipit. Quare ouiculis nobis commiſsis non imponimus talia onera, quæ illis Dominus non impoſuit. Publicanus ille in templo confitebatur, non ſpecificè, ſed in genere, peccata ſua, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Et nihilominus deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Latro in cruce, non enumerabat, quot cædes perpetrâſſet, quoties alios ſuis facultatibus exuiſſet

Pſal.31. — *1.Ioan.1.* — *Luc.18.*

exuiſſet: ſed dicebat: Nos quidem iuſtè, factis digna recipimus. Et Domine, Memento mei, cùm veneris in Regnum tuum: & audit à Chriſto: Amen dico tibi: hodie eris mecum in Paradiſo. [*Luca 23.*] Quare generalis peccatorum confeſsio ſufficit, præſertim cùm ſpecifica confeſsio non careat multiplici trepidarum conſcientiarum periculo. Qui enim verecundia impediti, quædam reticent: nihilominus perſuaſi, quod enumeratio neceſſaria ſit, dubitant vel deſperant etiam: dum peccata, ſibi remiſſa non credunt: quippe quæ non ſint confeſsi. Sed & omnium peccatorum enumeratio eſt impoſsibilis. Dicit enim Dauid: quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me. [*Pſal. 37.*] Et alibi dicit: delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. [*Pſal. 18.*] Fatetur igitur Propheta, plura eſſe ſua peccata: quàm vt ea omnia agnoſcere, aut memoria amplecti poſsit. Neq; ignoratis, qua de cauſa Nectarius ille Conſtantinopolitanus Epiſcopus (eruditione & ſanctimonia vitæ clariſsimus) olim Conſtantinopoli confeſsionem illam peccatorum, de qua nunc agimus, abrogauerit: vt teſtatur Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica. [*Socrates hiſt. Eccleſ. lib. 5 cap. 19.*] Et quidem Diuus Chryſoſtomus ipſe confeſsionem talem, de qua conferimus, non vrget: ſed contentus eſt, ſi Deo peccata noſtra confeſsi fuerimus. Sic enim ea de re loquitur: Peccata tua dicito, vt deleas illa. [*Chryſoſt. hom. 2. in pſal. 50.*] Si confunderis alicui dicere, quæ peccaſti: dicito quotidie ea in animo tuo. Non dico, vt confitearis ea conſeruo tuo, qui exprobret: dicito Deo, qui curat ea. Et alibi inquit: Cogitatione tua fiat delictorum exquiſitio: [*Sermone de pœnit. & confeſſione.*] ſine teſte ſit hoc iudicium: ſolus Deus te confitentem videat. Et alio etiam loco ait: Non te in conſeruorum tuorum theatrum duco: [*Hom. 5. de incomprehenſ. Dei na: contra Anomæos.*] non hominibus peccata tua detegere cogo: repete coram Deo conſcientiam tuam, & explica. Oſtende

ἐλωποδύτησεν: ἀλλ᾽ εἶπεν: ἡμεῖς μὲν δικαίως. [Λουκ. κγ.] Ἄξια γὰρ, ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβανόμεθα. Καὶ: μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ ἀκούει παρὰ χριστοῦ: σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἀρκετὴ οὖν ἡ γενικῶς γενομένη τῶν ἁμαρτιῶν ἐξομολόγησις: καὶ ἄλλως, ὅτι ἡ κατὰ μέρος ἐξαγόρευσις, οὐκ ἀκίνδυνος, καὶ τοῦτο πολλαχῶς, ταῖς ἐκπεπληγμέναις τῶν συνειδήσεων. Οἱ γάρ τινα μὲν δι᾽ αἰδῶ παρασιωπῶντες: πεπεισμένοι δὲ, τὸ ἀπαριθμεῖσθαι ἀναγκαῖον εἶναι: δισταγμῷ περιπίπτουσιν, ἢ καὶ ἀπογνώσει: οὐ πιστεύοντες, ἑαυτοῖς τὰς ἁμαρτίας ἀφεθῆναι, διὰ τὸ μὴ ἐξωμολογημένων αὐτῶν πασῶν. Πρὸς δὲ, καὶ ἡ πάντων τῶν παραπτωμάτων ἀπαρίθμησις, ἀδύνατος: φαίνεται καὶ τοῦ Δαβίδου: ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου: ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ᾽ ἐμέ. [Ψαλ. λζ.] Καὶ ἀλλαχόθι. Παραπτώματα τίς συνήσει; Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με. [Ψαλ. ιη.] Ὁμολογεῖ τοίνυν ὁ προφήτης, πλείω εἶναι τὰ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματα: ἢ ὥστε αὐτὰ ἐπιγνῶναι ἂν πάντα, ἢ μνήμῃ περιλαβεῖν. Ἔτι δὲ, οὐκ ἀγνοεῖτε τὴν αἰτίαν: δι᾽ ἣν Νεκτάριος ἐκεῖνος, ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, παιδείᾳ καὶ ἁγιοσύνῃ περιφανὴς, ἐπίσκοπος, πάλαι ποτὲ ἐν τῇ Κωνσταντίνου τὴν τοιαύτην τῶν ἁμαρτιῶν ἐξομολόγησιν, περὶ ἧς νῦν λέγομεν, ἠκύρωσεν: ὡς ὑπὸ Σωκράτους ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ γέγραπται. [βιβ. ε. κεφ. ιθ.] Καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος χρυσόστομος, τοιαύτην, περὶ οἵας συλλαλοῦμεν, οὐκ ἐπείγει: ἀλλὰ τῇ τῷ θεῷ γινομένῃ ἐξαγορεύσει ἐφησυχάζει. Οὕτω γάρ πως (κατὰ τὴν λατινίδα ἔκδοσιν) γράφει: τὰς ἁμαρτίας σου ἔξειπον, ἵνα ἀπαλείψῃς αὐτάς. [Ὁμιλ. β. Ψαλ. ν.] Εἰ αἰσχύνῃ τῷ λέγειν, ἃ ἥμαρτες: λέγε καθημέραν αὐτὰ ἐν τῇ ψυχῇ σου. Οὐ κελεύω σε ἐξομολογεῖσθαι συνδούλῳ σου, ὃς ἂν ὀνειδίσῃ: λέγε τῷ θεῷ, ὃς θεραπεύει αὐτά. Καὶ ἀλλαχοῦ, Διανοίᾳ σου, φησὶ, γινέσθω τῶν πλημμελημάτων ἀνάκρισις: [Λόγῳ περὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως] ἀμάρτυρος ἔστω ἡ κρίσις: μόνος ὁ θεός σε ἐξομολογούμενον βλεπέτω. Καὶ αὖθις ἀλλαχόθι: οὐ σε εἰς τὸ τῶν συνδούλων τῶν σῶν θέατρον ἄγω: [Ὁμιλ. ε. περὶ τῆς ἀκαταλήπτου θεοῦ φύσεως κατὰ Ἀνομοίων.] οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἁμαρτήματά σου ἐκκαλύπτειν ἀναγκάζω: ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ τὸ συνειδός σου, καὶ ἀνάπλωσον. Δεῖξον

τῷ κυρίῳ

τῷ κυρίῳ τῷ βελτίστῳ ἰατρῷ, τὰ σὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα. δεῖξον τῷ οὐδὲν ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ φιλανθρωπότατα θεραπεύοντι. Καὶ πάλιν ἀλλαχόθι: Πρόσεχε, μὴ ἀνθρώπῳ εἴπῃς, ἵνα μή σοι ὀνειδίσῃ. Οὐδὲ γὰρ συνδούλῳ ἐξομολογητέον, ὃς ἂν δημοσιεύσῃ: ἀλλὰ τῷ κυρίῳ, ὃς φροντίδα σου ποιεῖται, καὶ τὰ ἑξῆς. *Ὁμιλ. δ. περὶ Λαζάρου.*

Oſtende Domino, præſtantiſsimo medico, tua vulnera: & pete ab eo medicamentum. Oſtende ei, qui nihil opprobret: ſed humaniſsimè curet. Et rurſus alibi, caue homini dixeris, ne tibi opprobret. Neq; enim conſeruo eſt confitendum, qui in publicum proferat: ſed Domino, qui tui curam gerit, &c. *Homil. 4. de Lazaro.*

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς γενικῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἐξομολογήσει στεργόμεθα: ἵνα μὴ τὰς συνειδήσεις εἰς δισταγμὸν περὶ τοῦ, εἰ ἀφεῖνται τῶν ἁμαρτιῶν, ἢ μή, ἐμβάλωμεν. Κἂν γὰρ τὸ παρηγόρημα ἐκεῖνο προστεθῇ: τὸν θεὸν, ἐλεήμονα ὄντα, χαριεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας: τὰς ἢ τῆς μνήμης ἐκπεσούσας, ἢ ὑπ' αἰδοῦς παρασιωπηθείσας: ὅμως ἐστὶ δέος, μὴ ταῖς διατεταραγμέναις τῶν συνειδήσεων, ἄπαυστός τις φροντὶς καὶ ἀγωνία ἐγκαταλειφθῇ: ἐὰν, πάντων τῶν πεπλημμελημένων ἐξαριθμήσεως ἀπαιτουμένης, αὐταὶ ἢ αἰδοῖ, ἢ φόβῳ τινὶ, ἐκείνων τινὰ σιγῇ ἀποκρύψωνται, ὡς ἄνω εἴπομεν. Ὥσπερ δὲ τὸ τὰς παραβάσεις ἐξειπεῖν πάσας, οὐκ ἀναγκαῖον κρίνομεν: οὕτως οὐδὲ ἱκανοποιίαν τοιαύτην, οἵαν τινὲς ἀπαιτοῦσιν, ἀποδέχεσθαι δυνάμεθα. *ἱκανοποιίαι.*

Quare & nos generali peccatorum confeſsione ſumus contenti: ne conſcientias in dubitationem, de peccatorum remiſsione, conijciamus. Etiamſi enim mitigatio illa additur: Deum miſericordem condonaturum peccata: quæ vel memoria exciderunt, vel verecundia prohibente reticentur: tamē metuendum eſt, ne perturbatis conſcientijs perpetuus ſcrupulus relinquatur, ſi omnium peccatorum enumeratio exigatur: ipſi verò vel verecundia, vel metu, aliqua ſilentio ſuppreſſerint, vt ſuprà diximus. Et vt confeſſionem omnium peccatorum non neceſſariam iudicamus: ſic etiam ſatisfactionem talem, qualis à quibuſdam requiritur, non poſſumus probare. *Satisfactiones.*

Οὐ λέγομεν δὲ τὸ νῦν ἔχον περὶ τοῦ: εἰ ὁ τὸν πλησίον, ἢ εἰς τὴν ἐπιτιμίαν αὐτοῦ, ἢ εἰς τὰ ὄντα, βλάψας, ἱκανοποιεῖν αὐτῷ κατέχεται, ἢ μή. Ἀναμφισβήτητον γὰρ τιθέμεθα τοδί γε. Οὐδὲ γὰρ μετανοεῖν τὸν τοιοῦτον πιστεύομεν: ὃς εἰδὼς, τὰ ἀλλότρια κατέχει, δυνάμενος ἀποδοῦναι: ἢ τὸ ἱκανὸν τῷ πέλας ποιεῖν ἀναίνεται, δέον παντάπασι τόδε γενέσθαι. Οὐδ' αὖ τοῦτο ἀγνοοῦμεν, ἐκ παλαιοῦ μὲν εἰθίσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ: ἱκανοποιίας τοῖς δημοσίᾳ ἁμαρτοῦσι, καὶ βαρέως τὴν ἐκκλησίαν σκανδαλίσασιν, ἐπιβάλλειν: οὐ μὴν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐπιτηδευθὲν εὑρίσκομεν. Ὅσον μέντοι ἐκ τῶν ἱστοριῶν, καὶ τῶν χρόνων, συνειδεῖν ἔχομεν: ὑπολαμβάνομεν, τὰς τοιάσδε ἱκανοποιίας τοῖς ἁμαρτοῦσιν ἐπιτεθῆναι: οὐχ ἵνα οὕτω τὰς ἁμαρτίας ἐνάντι τοῦ θεοῦ διαλύσαιεν: ἢ τινας μετὰ τὰ τῇδε κολάσεις προφυλάξαιντο: ἀλλ' ἵνα δοκιμασθεῖεν ἂν, ἄρα ἀληθῶς αὐτοῖς τῶν παραβεβασμένων μεταμέλοι. μετὰ ταπεινώσεως γὰρ ἀνείχοντο οἱ τοιοῦτοι τὸ τῆς ἐκτίσεως βάρος. Ἐπεβάλλε-

Non autem de eo nunc agitur: an is, qui proximi famam aut fortunas læſerit, ſatisfacere ipſi teneatur. Id enim extra controuerſiam ponimus. Non enim pœnitere eum credimus: qui ſciens aliena retineat, cùm reddere poſsit: aut proximo ſatisfacere nolit, cùm id fieri omnino oporteat. Et non ignoramus, veterem fuiſſe in Eccleſia conſuetudinem: vt ſatisfactiones ijs, qui publicè peccauerant, & Eccleſiam grauiter offenderant, iniungerentur. Non tamen id Apoſtolorum temporibus factum legimus. Sed quantum ex hiſtoriarum & temporum circumſtantijs colligere poſſumus: exiſtimamus, eas ſatisfactiones fuiſſe peccantibus impoſitas, non vt pro peccatis Deo ſatisfacerent: aut aliquas pœnas poſt hanc vitā præcauerent: ſed vt explorari poſſet, an ſeriò ipſos peccatorum pœniteret. Tales enim humiliter ſuſtinebant ſatisfactionis onus. Et

Et imponebatur eis pœna, vt in poſterum
eſſent cautiores: & in omni ſua vita cir-
cumſpectius ambularent. Et ſimul alij,
eiuſmodi exemplo admonebantur, ne ſi-
milia perpetrarent: & vt Eccleſiæ of-
fenſæ etiam aliquo modo ſatisfieret: vnde
fortaſſe ſatisfactionis vocabulum ortum
eſt. Quin etiam offendiculum datum mi-
tigabatur hac ratione apud eos: qui erant
extra Eccleſiam, apud gentes: ne puta-
rent, Chriſtianos ſibi permittere impunè
peccandi licentiam. Tunc enim tempo-
ris, plerique magiſtratus adhuc erant gen-
tiles: nec Chriſtianorum res curabant.
Quare talis diſciplina, non modò tolera-
bilis, ſed etiam admodum erat neceſſaria.
Si verò ſatisfactio talis requiratur, qua
Deo pro peccatis commiſsis ſatisfiat: non
videmus, quomodo id cum ſacris literis
conciliari poſsit. Sacra enim ſcriptura tri-
buit Chriſto perfectiſsimam ſatisfactio-
nem, pro totius humani generis peccatis.
Quod ſi verum eſt, (vt eſt certè veriſsi-
mum) noſtræ ſatisfactiones non requi-
runtur, ſatisfecit enim Chriſtus. Vna e-
Heb. 10. nim oblatione (inquit Apoſtolus) conſum-
mauit in ſempiternum ſanctificatos. Et
1. Iohan. 2. Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis no-
ſtris: non pro noſtris autem tantùm: ſed
etiam pro totius mundi. Sanguis enim
Ieſu Chriſti, filij Dei, emundat nos ab o-
1. Ioan. 1 mni peccato: vt Apoſtolus teſtatur. Qua-
re non videmus, quomodo ſatisfactiones
coram Deo pro peccatis ita conſtitui poſ-
ſint: vt non derogent perfectiſsimæ ſatiſ-
factioni Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti.
Sed & Symbolum Apoſtolicum refraga-
tur eiuſmodi ſatisfactionibus. Cùm enim
credamus peccatorum remiſsionem: cer-
tè non credimus ſatisfactionem. De no-
ſtra ſatisfactione loquimur. Remiſsio e-
nim peccatorum, etſi ſatisfactione Chri-
ſti eſt impetrata: tamen reſpectu no-
ſtri, non eſt ex ſatisfactione noſtra.
Alioqui non eſſet remiſsio. Quia remiſ-
ſio & ſatisfactio ſunt pugnantia. Et pu-
gnat doctrina ſatisfactionis cum doctrina
Pauli

Ἐπεβάλλετο δ᾽ αὐτοῖς ἐπιτίμια: ἵνα με-
τὰ ταῦτα εὐλαβέστεροι εἶεν, καὶ ἀνὰ πάντα
τὸν βίον μᾶλλον ἑαυτοῖς πεφυλαγμένως
χρήσαιντο. Καὶ ἅμα τοιούτῳ παραδείγμα-
τι ἄλλοις παραίνεσις ἐγίνετο, μὴ ὅμοια ἐκεί-
νοις πονηρεύεσθαι. Καὶ ἵνα τῇ ἐκκλησίᾳ, ὑπ᾽
ἐκείνων σκανδαλισθείσῃ, τὸ ἱκανὸν ἀμωσ-
γέπως γένοιτο: ἐξ οὗ ἴσως ἡ ἱκανοποιΐα φωνὴ
ἀρχὴν ἔλαβεν. Ἔτι δὲ, καὶ τὸ γενόμενον
πρόσκομμα, ἐθεραπεύετό πως ταύτῃ
πρὸς τοὺς ἔξω τῆς ἐκκλησίας: εἴτουν τὰ ἔθνη:
ὅπως μὴ νομίσωσι τοὺς χριστιανοὺς ἐφιέναι
ἑαυτοῖς ἀζήμιόν τινα τοῦ πονηρὰ ἐργάζεσθαι
ἄδειαν. Κατ᾽ ἐκείνους γὰρ τοὺς χρόνους, οἱ
πλείους τῶν ἐν ἐξουσίᾳ, ἔτι τὰ τῶν ἐθνῶν ἐ-
φρόνουν: οὐδὲ τῶν χριστιανῶν ἐπιμέλειαν
ἐποιοῦντο. Ἦν οὖν οὐ μόνον ἀνεκτὴ τότε, ἡ τοι-
αύτη παιδεία: ἀλλὰ καὶ κομιδῇ ἀναγκαία.
Εἰ δέ τις τοιάνδε τινὰ ἱκανοποιΐαν εἰσαγάγῃ,
οἵαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἐξιλε-
ώσασθαι: οὐχ ὁρῶμεν, πῶς ἂν τοῦτο ταῖς
θείαις γραφαῖς συνδράμοι: εἴπερ αὐταὶ
τελειοτάτην ὑπὲρ τῶν παντὸς τοῦ κόσμου ἁ-
μαρτημάτων ἱκανοποιΐαν τῷ χριστῷ ἐπι-
γράφουσιν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, (ὥσπερ οὖν
ἀληθὲς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀληθέστατον) αἱ παρ᾽
ἡμῶν ἱκανοποιΐαι οὐκ ἐπιζητοῦνται: ἀρκού-
σης γε τῆς ἐκ χριστοῦ ἱκανοποιΐας. Μιᾷ γὰρ
προσφορᾷ (φησὶν ὁ ἀπόστολος) τετελεί- Ἑβ. ι.
ωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. Καὶ α. Ἰωάν. β.
Ἰωάννης: Αὐτὸς, ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁ-
μαρτιῶν ἡμῶν. Οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ
μόνον: ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Καὶ α. Ἰωάν. α.
τὸ αἷμα Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ θεοῦ, καθαρίζει
ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Οὐ τοίνυν
ὁρῶμεν, πῶς τὰς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν
πρὸς θεὸν ἱκανοποιΐας συνίστασθαι ἔνι: ὥστε
μὴ κατάλυσιν εἶναι τῆς ὁλοκλήρου ἱκανο-
ποιΐας, ἣν ὁ λυτρωτὴς ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς
ἐποιήσατο. Πρὸς τούτοις δὲ, καὶ τὸ Ἀποστολικὸν
σύμβολον ταῖς τοιαύταις ἱκανοποιΐαις ἐναν-
τιοῦται. Πιστεύοντες γὰρ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν:
πῶς ἄν τινα ἱκανοποιΐαν πιστεύοιμεν; Περὶ
τῶν ἐξ ἡμῶν ἱκανοποιιῶν φαμέν. Εἰ γὰρ
καὶ διὰ τῆς παρὰ χριστοῦ ἱκανοποιΐας, ἡ τῶν
ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἐπετελέσθη: ὅμως πρὸς
ἡμᾶς θεωρουμένη αὕτη, οὐκ ἐκ τῆς παρ᾽ ἡ-
μῶν ἱκανοποιΐας (ὡς ἂν τῳ δόξειε) γίνεται:
ἐπεί γε οὐκ ἂν εἴη ἄφεσις. Μάχονται γὰρ
ἀλλήλαις, ἡ ἄφεσις, καὶ ἡ ἱκανοποιΐα. Καὶ
τῇ Παύλου δὲ διδασκαλίᾳ, τῇ περὶ τοῦ δω-
ρεὰν

ρεὰν δίδοσθαι τὴν δικαιοσύνην, ἡ τῆς ἱκανοποιΐας διδαχὴ προσκρούει. Εἰ γὰρ ΔΩΡΕᾺΝ δικαιούμεθα: χώραν οὐκ ἔχει ἡ διὰ ἔργων ἱκανοποιΐα: καθὼς ἄνω, ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς δικαιώσεως ἄρθρου, εἴρηται. Καὶ γὰρ Χριστὸς ἐν τῇ παραβολῇ, τῇ περὶ τοῦ μύρια τάλαντα ὀφείλοντος, διαφανῶς διδάσκει: (Matth. ιη.) οὕτω γίνεσθαι τὴν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν τὴν ἄφεσιν, ὥστε οὐδ᾽ ὅλως τι ἡμᾶς ἀποδοῦναι. Φησὶ γάρ: Σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Οὐ τοίνυν τῶν ἡμετέρων ἱκανοποιϊῶν, πρὸς τὸ τὰς ἁμαρτίας ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἀπολύεσθαι, δύναμίς τις ὑπάρχει. ∮ Οὐδὲ δ᾽ αὖ ἐπὶ τούτῳ ἀνελέσθαι χρὴ ἱκανοποιΐας: ὅπως ἐκφευξώμεθα κολάσεις μετὰ τόνδε τὸν βίον: ἃς νομίζουσί τινες, καὶ τοῖς ποτὲ σωθησομένοις ἐπηρτῆσθαι. Οὐδὲν γὰρ τούτου πέρι αἱ θεῖαι διαβεβαιοῦνται γραφαί: ἀλλὰ δύω μόνον λήξεις, μετὰ τὰ τῇδε τοῖς ἀνθρώποις ἐκεῖ ἀποκληροῦσι: μίαν μὲν, τοῖς μακαρίοις: ἑτέραν δὲ τοῖς κατακρίτοις. (Μαρκ. ις.) Ὁ πιστεύσας (φησὶ Χριστὸς) καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται: ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται. Καὶ ἀλλαχόθι: (Ιωάν. γ.) ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον: ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωήν: ἀλλ᾽ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ᾽ αὐτόν. Καὶ ὁ ἐπὶ σταυροῦ λῃστὴς, ἐπιστραμμένος, ἄνευ ἱκανοποιΐας ἀκούει, ἑαυτὸν μετὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐθήμερόν γε, ἔσεσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ. Εἰ γὰρ καὶ δίκαιος, ὁ θεός ἐστιν: ὅμως τοσοῦτον, καὶ ἐλέῳ πλεονάζει: ὥστε ἀρκούμενος τῇ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ ἱκανοποιΐᾳ, οὐ προσαιτεῖ, οὐδεμίαν ἡμετέραν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ἀντισήκωσιν. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ ἄφεσιν ἁμαρτίας, οὐδὲν ἧττόν ἐστιν, ὅτε προστείνει, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, πληγὰς, (οἵας ὁ Δαβὶδ πολλὰς καὶ μεγάλας ὑπέσχε) τοῦτο οὐκ ἐπὶ ἱκανοποιΐᾳ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν γίνεται: ἀλλ᾽ ἵνα τοῦ ἁμαρτάνειν ἐσύστερον, τοσούτῳ ἐπιμελέστερον ἡμεῖς τε ἀπεχώμεθα, καὶ ἄλλοι ἀποκωλυθῶσι.

Pauli de gratuita iuſtificatione. Si enim gratis iuſtificamur: non locum habebit ſatisfactio, vt ſuprà dictum eſt in Articulo iuſtificationis. Etenim Chriſtus in parabola illa de eo, qui debebat decem millia talentorum, perſpicuè docet: (Matth. 18.) ſic fieri remiſsionem peccatorum noſtrorum, vt nos nihil omnino perſoluamus. Ait enim: Miſertus Dominus ſerui illius, dimiſit eum: & debitum dimiſit ei. Quare noſtræ ſatisfactiones pro peccatis coram Deo locum non habent.

Neq; verò ſatisfactiones ſuſcipiendæ ſunt in eum finem: vt effugiamus pœnas poſt hanc vitam: quas exiſtimant quidam ijs etiam impendere, qui tamen aliquando ſint ſaluandi. Sacræ enim literæ nihil ea de re aſſerunt: ſed deſignant duos tantùm ſtatus hominum poſt hanc vitam: alterum beatorum, alterum damnatorum. Qui crediderit (inquit Chriſtus) & baptizatus fuerit, ſaluus erit: (Marc. 16.) qui verò non crediderit, condemnabitur. Et alibi: Qui credit in Filium, habet vitam æternam: (Ioan. 3) qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum. Et Latro in cruce conuerſus, absq; ſatisfactione audit: ſe cum Chriſto (eo ipſo die) fore in Paradiſo. Tametſi enim Dominus iuſtus eſt: tamen tanta eſt etiam eius miſericordia: vt contentus ſatisfactione vnigeniti Filij ſui, non exigat noſtram delictorum compenſationem. Quòd enim poſt condonatum peccatum, nihilominus interdum pœnas aliquas in hoc ſeculo infligit, (quales Dauid multas & magnas ſuſtinuit) id non fit, vt pro peccatis ſatisfiat: ſed vt à peccato in poſterum ſtudioſius caueamus, & alij à peccato deterreantur.

Προσευχαὶ καὶ ἐλεημοσύναι ὑπὲρ τῶν κατοιχομένων.

Ταύτη τοι, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων προσευχὰς καὶ ἐλεημοσύνας ποιητέας ἀξιοῦμεν. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθῶς εἰς τὸν Χριστὸν ἐπίστευσαν: οὐ διστάζομεν, μὴ οὐ ζῆν αὐτοὺς μετὰ Χριστοῦ τῆς ἐν οὐρανῷ χαρᾶς ἀπολαύοντας: κατὰ δὴ λόγον ψυχῶν, ἔτι τῶν σωμάτων ἀποζευχθεισῶν. Φησὶ γὰρ Χριστός:

Ἀμὴν

Orationes & Eleemoſynæ pro defunctis.

Eadem ratione exiſtimamus, etiam orationes & Eleemoſynas pro defunctis non eſſe ſuſcipiendas. Si enim vera fide in Chriſtum præditi fuêre: non dubitamus, quin viuant cum Chriſto, in cœleſti gaudio: pro ratione animarum: quæ à corporibus adhuc ſunt ſeparatæ. Dicit enim

Q Chriſtus

Ioan.5 Chriſtus: Amen, Amen, dico vobis: quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me miſit: habet vitam æternam: & in iudicium non venit: ſed tranſiuit à morte in vitam. Sin verò ſine vera & viua fide hinc diſceſſerunt: nullæ illis vel preces, vel eleemoſynæ, prodeſſe poterunt. Et Paulus,
1.Theſ.4. cùm ad Theſſalonicenſes de ſtatu eorum, qui in Chriſto obdormiuerunt, ſcribit: nullam planè facit mentionem vllarum pœnarum, quæ poſt hanc vitam (credentibus in Chriſtum) ſint ſuſtinendæ. Neq; vno ſaltem verbo innuit: an, & quibus rationibus, eiuſmodi animabus ſuccurri poſsit. Quod certè facturus erat tantus Apoſtolus: ſi animæ piorum etiam poſt hanc vitam affligerentur: quippe qui tanta charitate ardebat, vt etiam pro infi-
Rom.9. delibus Iudæis Anathema fieri cuperet: ſi ſua damnatione gentis Iudaicæ damnationem auertere potuiſſet. Quæ autem fuiſſet inhumanitas, ne dicamus crudelitas: ſi Apoſtoli nouiſſent animarum cruciatus, & rationem medelæ: nec tamen de re tanta in tot Epiſtolis vllam feciſſent mentionem? Quis enim meliùs ea de re, & certiùs potuiſſet ſcribere, & monere,
2.Cor.12 quàm Paulus: qui ea, quæ in altero ſeculo geruntur, (etiam dum inter mortales verſaretur) vidit? & Ioannes, qui Chriſto (præ cæteris Apoſtolis) charus fuit? cuius Epiſtola tota plena eſt charitatis. Sed, etiamſi hoc concederetur: animas piorum, qui nondum in hac vita ſatisfeciſſent, in altero ſeculo torqueri: tamen ipſe Chryſoſtomus negat, poſt hanc vitam cuiquam periclitanti ſuccurri poſſe. Ait
Chryſoſt. hom. 2. de Lazaro. enim: Si quid cui rapuiſti, redde: & dicito iuxta Zacchæum: do quadruplum, ſi quid rapui. Si cui factus es inimicus: reconciliare, priuſquam veneris ad iudicium. Omnia hîc diſſolue, vt citra moleſtiam illud videas tribunal.

Donec

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὅτι ὁ τὸν λόγον *ἰωάν. ε.*
μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται· ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. Εἰ δὲ ἄνευ ἀληθοῦς καὶ ζώσης πίστεως ἐνθένδε ἀπῆλθον· οὐδεμιαῖς, οὔτε προσευχαῖς, οὔτε ἐλεημοσύναις, βοηθεῖσθαι δυνήσονται. Καὶ Παῦλος τοῖς Θεσσαλονικεῦσι, *α. Θεσσαλ. δ.*
περὶ τῆς τῶν ἐν χριστῷ κεκοιμημένων διαγωγῆς, γράφων· οὐδεμίαν ἡντινοῦν οὐδεμιῶν κολάσεων, ἃς ἂν οἱ πεπιστευκότες εἰς χριστὸν, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, πάθοιεν, μνείαν πεποίηται· οὐδὲ κἂν ἑνὶ ῥήματι ὑπενέφηνεν, ἆρα τινὰ ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς, καὶ τίσι τρόποις, βοήθειαν γίγνεσθαι δυνατόν. Καίτοι οὐκ ἂν παρέλιπε τοῦτο ὁ τηλικοῦτος ἀπόστολος· εἰ τῶν εὐσεβησάντων αἱ ψυχαὶ, καὶ μετὰ ταῦτα βασανισθεῖεν· ὅσγε οὕτω διακαῶς ἀγάπης εἶχεν· ὥστε καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπίστων τοῦ ἰουδαϊκοῦ *Ῥωμ. θ.*
λαοῦ ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ χριστοῦ εἶναι ηὔχετο· εἰ τῇ ἑαυτοῦ κατακρίσει, τὴν ἐκείνων κατάκρισιν ἐξαγοράσαι ἐδυνήθη. Ποία δ᾽ ἂν ἐγένετο ἀπανθρωπία· μᾶλλον ἢ ὠμότης· εἰ τὰς μελλούσας τῶν ψυχῶν βασάνους, καὶ τὴν τούτων θεραπείαν καὶ ἴασιν, προειδότες οἱ Ἀπόστολοι· ὅμως περὶ τοῦ τηλικούτου πράγματος, ἐν τοσαύταις ἐπιστολαῖς, οὐδὲν, οὔτε μέγα, οὔτε μικρὸν, ἐμνήσθησαν; τίς δ᾽ ἂν βέλτιον, τίς ἀληθέστερον περὶ αὐτοῦ γράψαι, καὶ ὑπομνῆσαι ἐδυνήθη Παύλου· ὅσ- *β. Κορ. ιβ.*
γε καὶ ἐν τοῖς θνητοῖς ἔτι ἀναστρεφόμενος, τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ αἰῶνι γινόμενα εἶδε; Τίς βέλτιον καὶ βεβαιότερον Ἰωάννου· ὃς τῷ χριστῷ, παρὰ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους ἠγαπήθη· οὗ ἡ ἐπιστολὴ, ἀγάπης μεστὴ ὅλη; Ἀλλὰ μὴν, εἰ καὶ συγχωρεῖν τις βουληθείη· τὰς τῶν εὐσεβῶς βεβιωκότων ψυχὰς, διὰ τὸ ἔτι ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀνικανοποίητον, ἐν τῷ ἑτέρῳ αἰῶνι βασανίζεσθαι· ὅμως αὐτὸς ὁ χρυσόστομος ἐξαρνός ἐστι, μὴ οἷόν τε εἶναι, μετὰ τὸ τῆδε ὁντινοῦν τῶν κινδυνευόντων βοήθειαν λαμβάνειν. Φησὶ γὰρ οὕτω πως· Εἴ τι τινὶ *Χρυσόστομος*
ἥρπασας, ἀπόδος· καὶ λέγε κατὰ τὸν Ζακ- *Ὁμιλ. β. περὶ*
χαῖον· Εἰ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδί- *Λαζάρου.*
δωμι τετραπλοῦν. Εἴ τινι ἐχθρὸς ἐγένου· καταλλάγηθι, πρὶν ἂν εἰς κρίσιν ἔλθῃς. Πάντα ἐνταυθοῖ διάλυσαι· ἵνα ἀλύπως ἐκεῖνο βλέψῃς τὸ βῆμα.

Ἕως

Ἕως μὲν τῇδε ἐσμὲν: καλὰς ἐλπίδας ἔχομεν. Ἐπὰν δὲ τάχιστα ἀπέλθωμεν ἐκεῖσε: οὐκ ἔτι ἐφ' ἡμῖν, μετανοεῖν, οὐδὲ τὰ πεπλημμελημένα ἀπολούσασθαι.

Νηστεῖαι. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὸ νηστεύειν (ὡς τῶν ἱκανοποιιῶν οὐχὶ ὕστατον ὂν) μάλα ἐπισπέρχεται. Οὐκ ἀγνοοῦμεν οὖν, ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, πρόσταξιν μὲν νηστειῶν κατὰ ῥητοὺς καιροὺς ὑπάρξαι, μάλιστα πρὸ ἑορτῆς ἐξιλάσεως. Ἡ δὲ παιδαγωγία αὕτη, τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἰδία ἦν. Καὶ οἱ ἀπόστολοι, τὸ τοῦ νηστεύειν ἔθος ἐτήρουν μὲν ἐνίοτε: οὐ μέντοι ὡς ἀναγκαῖόν τι: ἵνα δὲ μὴ τοῖς Ἰουδαίοις σκάνδαλον παράσχοιεν: καὶ διότι οὕτω προσειθισμένοι ἦσαν: καὶ ἵνα τὸν μωσῆν, αὐτόν τε, καὶ τὰς αὐτοῦ τελετὰς, εὐσχημόνως ἀκυροῦντες θάψειαν. Τέως γε μὴν περὶ τοῦ ἡμέρας μὲν νηστειῶν ἐπιτηρεῖν ἢ περὶ βρωμάτων διαφορᾶς, ὅλως οὐδεμίαν ἐντολὴν παρέδωκαν: τὸ δὲ νήφειν, καὶ σωφροσύνην φυλάττειν, εὖ μάλα προσέταξαν. Ἀλλ' ὅμως, καὶ περὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐ κωλύομεν ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸ ἴδιον θέλημα νηστεύειν: ὅταν αἴσθηται ἑαυτοῦ, τῆς νηστείας ὡσεί τινος χαλινοῦ τῆς σαρκὸς, χρήζοντος: μόνον ἵνα μὴ καθολικός τις κανὼν διατυπωθῇ, πάντας τοὺς χριστωνύμους εἰς τοῦτο συναναγκάζων. Πολλὴ γὰρ προσώπων τε, καὶ κράσεων, καὶ ἀσχολιῶν, καὶ πόνων, οἷς οἱ εὐσεβεῖς ἐνοχλοῦνται, ἑτερότης. Ὅθεν οὐδὲ ὁ θεῖος χρυσόστομος πικρῶς ἀπαιτεῖ τὰς νηστείας. Οὕτω γάρ πως γράφει: Εἰ νηστεύειν οὐ δύνασαι: δύνασαι ὅμως ἀπέχεσθαι πλημμελειῶν. τοῦτο δ' οὐκ ἐλάχιστόν ἐστιν, οὐδὲ τῆς νηστείας πολὺ ἀπέχον: ἀλλὰ καὶ αὐτὸ, τὴν λύσσαν τοῦ διαβόλου καταβάλλειν, ἐπιτήδειον.

Ἀριθ. κθ'.

Εἰς γενέσ. κεφ. ϛ'. Ὁμιλ. ια'.

Διά τοι ταῦτα, συνεχῶς τοῖς ἡμετέροις ἀκουσταῖς παραινοῦμεν, νηφάλιον βίον ἄγειν: οὐ μὴν εἰς τακτὸν τοῦ νηστεύειν καιρὸν, ἢ εἰς ὡρισμένων βρωμάτων ἀποχὴν, αὐτοὺς καταδέομεν. Προτρέπομεν δὲ, τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ἑπόμενοι, τῇ χριστιανικῇ ἐλευθερίᾳ μὴ πρὸς τὸ ἐπιθυμίαν σαρκὸς τελεῖν ἀποχρῆσθαι.

Γαλ. ε.

Ἐλεημοσύνας ποιητέον. Ἔπειτα δὲ, τὸ ἐλεημοσύνας ποιεῖν, παρὰ θεοῦ ἐπιταχθεῖσαν, καὶ ἀνθρώπου χριστιανοῦ (εἰς ἔνδειξιν ἀγάπης) ἄξιον εἶναι, ἀναντίῤῥητον: καὶ παρακελευόμεθα τοῖς παρ' ἡμῖν, ποιεῖν αὐτὰς, μὴ πεφεισμένως καὶ

Donec hîc fuerimus: ſpes habemus præclaras. Simul atq; verò diſceſſerimus illuc: non eſt poſtea in nobis ſitum, pœnitere, neq; commiſſa diluere.

Præterea etiam ieiunium (inter opera ſatisfactionis non poſtremum) multum vrgetur. Ac non ignoramus, fuiſſe in veteri teſtamento præcepta ieiunia ſtatis temporibus: præſertim ante feſtum Reconciliationis, ſeu Propitiationis. Sed ea Pædagogia pertinebat ad vetus Teſtamentum. Et Apoſtoli, ieiunandi conſuetudinem interdum obſeruabant: non vt neceſſarium quiddam, ſed ne Iudæis eſſent offendiculo: & quia ſic aſſuefacti erant: & vt Moyſen cum ſuis cerei̇monijs honeſtè ſepelirent. Interim tamen de ieiunij diebus obſeruandis, aut ciborum diſcrimine, nullum planè præceptum reliquerunt. Sobrietatem autem, & temperantiam, ſeriò nobis iniunxerunt. Neq; tamen repugnamus: quo minus quiſq;, pro ſuo arbitrio ieiunet: quando ſenſerit ſe ieiunio, tanquam freno quodam carnis, opus habere: dum modò non generalis Regula omnibus Chriſtianis ea in re præſcribatur. Magna enim eſt perſonarum, temperamentorum ac laborum (quibus pij fatigantur) diuerſitas. Itaq; etiam Diuus Chryſoſtomus non aſperè exigit Ieiunia. Hæc enim ſunt ipſius verba: Si ieiunare non potes: potes tamen abſtinere à delictis. Hoc autem non minimum eſt, nec à Ieiunio multum diſtans: ſed ipſum quoque Diaboli furorem proſternere, idoneum.

Ieiunia.

Num. 29.

Chryſoſt. in Geneſ. cap. 2. Hom. 11.

Quare apud noſtros admonitionibus inſtamus, vt ſobriam vitam ducant: nec tamen eos ad certum ieiunandi tempus, aut vt à certis cibis abſtineant, adſtringimus. Hortamur autem eos (cum Apoſtolo Paulo) vt libertate Chriſtiana non ad licentiam carnis abutantur.

Gal. 5

Eleemoſynas à Deo præceptas, & homine Chriſtiano (ad declarandam charitatem) dignas eſſe, extra controuerſiam eſt poſitum. Et hortamur noſtros, vt ſint in Eleemoſynis dandis non ſordidi &

Eleemoſynæ.

& parci: ſed, pro facultatum proportione, liberales. Qui enim (vt Apoſtolus inquit) parcè ſeminat, parcè metet. Et habent Eleemoſynæ promiſsiones diuinas: quòd in hac vita diuinitus compenſentur: iuxta dicta Pſalmi: Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. In die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. Vniuerſum ſtratum eius verſâſti in infirmitate eius. His verbis promittuntur huius vitæ præmia, ijs: qui ex vera charitate proximum eleemoſyna iuuant. Sed & in futura vita accepturos nos præmia beneficentiæ erga proximum promittit nobis ſaluator: cùm affirmat, quicquid vni ex minimis in ſui gratiam fecerimus: id eo loco habiturum, ac ſi in ipſum tale beneficium contuliſſemus. Sed interim tamen Eleemoſynas non ita immodicis laudibus euehendas exiſtimamus: vt eiuſmodi operibus charitatis eam facultatem nos iuuandi tribuamus: quæ ſoli merito Chriſti eſt reſeruanda. Quòd enim Chriſtus dicebat iuueni: Si vis perfectus eſſe: vade, & vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis: & veni, ſequere me: id non ſic accipiamus, quaſi Chriſtus voluerit perfectionem in eo collocare: vt quis bona ſua vendat, & diſtribuat omnia pauperibus. Huic enim interpretationi non conſonant ſcripta Apoſtolica. Non enim dubium eſt, quin Apoſtoli hoc ſuis ſcriptis voluerint obtinere: vt homines quàm maximè ad veram perfectionem contendant. Et tamen nuſquam præcipiunt, vt Chriſtiani omnia ſua vendant, eaq; pauperibus largiantur. Et certè Paulus, cùm Corinthios hortatur, vt paupertati & ſummæ inopiæ fratrum in Iudæa ſuccurrant Eleemoſyna: non iubet, vt ſua omnia paupe-

2. Cor. 9. — Pſal. 40. — Matt. 25. — Matth. 19. — 1. Cor. 8.

καὶ σμικρολόγως: ἀλλὰ μετ' ἐλευθεριότητος, τοῖς ὑπάρχουσιν ἀναλόγως. Ὁ γὰρ σπείρων φειδομένως (φησὶ) φειδομένως καὶ θερίσει. Καὶ ἐπαγγελίας ἔχουσιν αἱ ἐλεημοσύναι θείας: αὐταῖς ἐν τῷ παρόντι βίῳ θεόθεν ἀντιστάθμησιν γίνεσθαι κατὰ τὰ τῷ ψαλμῳδῷ εἰρημένα: μακάριος, ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα: ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος. Κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν, καὶ ζήσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ: καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσῃ αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ. Ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ. Ταῦτα μὲν διὰ βιωτικοῦ μισθοῦ ἀμοιβὴν ἐπαγγέλλεται τοῖς: οἱ ἀληθινῇ ἀγάπῃ παρορμηθέντες, τὸν πλησίον ἐλεημοσύναις εὖ ποιοῦσιν. Ἀλλὰ μὴν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ μισθαποδοσίαν, ὧν ἂν τοὺς δεομένους εὖ δεδρακότες ὦμεν, ἡμῖν ἔσεσθαι, ὁ σωτὴρ ἐπηγγείλατο: ἐν οἷς διαβεβαιοῦται, ὅ, τι ἂν πεποιηκότες ὦμεν ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τῶν ἐλαχίστων, τοῦ κυρίου χάριν: αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν αὐτὸ πεποιῆσθαι λογίζεσθαι. Εἶεν. Τέως γε μὴν, οὐχ οὕτως εἰς ὑπερβολὴν τὰς ἐλεημοσύνας ἐγκωμιάζειν ἀξιοῦμεν: ὥστε τοῖς τοιούτοις ἀγάπης ἔργοις, τὴν τοῦ βοηθεῖν ἡμῖν δύναμιν ἀπονέμειν, ἣν μόνῳ τῷ τοῦ χριστοῦ κατορθώματι θησαυρίζειν δέον. Τὸ γὰρ ὑπὸ χριστοῦ τῷ πλουσίῳ νεανίσκῳ λεχθέν. Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι: ὕπαγε, πώλησόν σου πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς: καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ: καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι: τοῦτο οὐχ οὕτω χρὴ νοεῖν: ὡς βουληθέντος τοῦ κυρίου τελειότητα θέσθαι ἐν τῷ, ἄνθρωπον πωλῆσαι τὰ ἑαυτοῦ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς ἅπαντα. Οὐ γὰρ συνῳδὰ τῇδε τῇ ἑρμηνείᾳ, τὰ πρὸς τῶν ἀποστόλων γεγραμμένα. Τίς γὰρ ἂν ἀμφιβάνοι, μὴ οὐχὶ τοὺς ἀποστόλους ταῖς ἰδίαις γραφαῖς παρασκευάζειν ἂν ἐθελῆσαι τοῦτο: τὸ, τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ὅτι μάλιστα ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἀληθινὴν τελειότητα κατατείνειν; Ἀλλ' ὅμως οὐδαμοῦ προστάττουσι τοῖς χριστιανοῖς, πάντα πωλεῖν τὰ ἑαυτῶν, καὶ ἐλεημοσύνην ταῦτα διδόναι. Παῦλος γοῦν τοὺς Κορινθίους παρακαλῶν, τῇ πτωχείᾳ, καὶ ἄκρᾳ ἐνδείᾳ, τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ ἀδελφῶν, δι' ἐλεημοσύνης συνεπικουρεῖν: οὐ κελεύει, τὰ ἑαυτῶν πάντα τοῖς

β'. Κορ. θ'. — Ψαλμ. — Ματθ. κε'. — Ματθ. ιθ'. — α'. Κορ. η'.

τοῖς δεομένοις διανέμειν· ἀλλὰ ποιεῖν τὸ αὐτῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα κατὰ λόγον τῶν αὐτοῖς ὑπαρχόντων. Εἰ γὰρ (φησὶν) ἡ προθυμία πρόκειται: καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. Οὐ γὰρ, ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις: ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. Καὶ ἐν

α. Κορ. ις'. τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ, περὶ τῶν ἐλεημοσυνῶν οὕτω γράφει: περὶ δὲ τῆς λογίας, τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν, παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων, ὅ, τι ἂν εὐοδῶται: ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. Ἐντεῦθεν δῆλον, τοῦτο ἐνταλθῆναι ὑπὸ Παύλου: καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα, ἕνα ἕκαστον, τῶν ἑαυτοῦ ὄντων, τὶ, ὅ, τι ἂν αὐτῷ εὐδοκοίη, ἀποτίθεσθαι εἰς χρείαν τῶν πενήτων. Οὐδὲν δ' ἂν τῆς διατάξεως ταύτης ἔδει δήπου: εἰ πάντα πωλεῖν ἐχρῆν, καὶ τοῖς πενομένοις διαμερίζειν. Οὐδ' αὖ ἐκεῖνο ῥηθῆναι οἷόν τε: ταύτῃ τῇ διατάξει τὸν ἀπόστολον βουληθῆναι τοὺς Κορινθίους τῆς τελειότητος ἀπάγειν. Ἄλλο οὖν ὁ κύριος ἐσκόπει δῆτα, ὅπερ ἦν τοῦτο. Ἑώρα τὸν νεανίσκον ἐκεῖνον οὔπω ἐπιγνόντα τὴν ἐν ἑαυτῷ φιλαργυρίας νόσον. Ὤετο μὲν γὰρ οὗτος, πάντα τὰ θεοῦ ἐντάλματα ἤδη φυλάξασθαι: τέως δὲ φιλαργυρίαν ἐνόσει, καὶ τὸν πλοῦτον πέρα τοῦ δέοντος ἠγάπα. Ἵνα τοίνυν ὁ χριστὸς τὴν ψυχικὴν ἐκείνην εἰς τοὐμφανὲς ἄγοι: κελεύει αὐτῷ τὰ ὑπάρχοντα πωλῆσαι, καὶ δοῦναι πτωχοῖς: ἵνα ἔκδηλον γίνοιτο ὡς τῶν χρημάτων ἔτι περιείχετο: καὶ ὅτι οὐχ οὕτως ὑπακούειν τῷ θεῷ ἕτοιμός ἐστιν, ὡς

Γενέσ. κβ'. μικρῷ πρότερον ἐκαυχήσατο. Ὃν οὖν τρόπον ὁ θεὸς, ὅτε τῷ Ἀβραὰμ εἶπεν, ἀνενεγκεῖν ἑαυτῷ εἰς ὁλοκάρπωσιν τὸν μονογενῆ υἱὸν Ἰσαὰκ, οὐ μὲν ἀπὸ σπουδῆς ἐκέλευε, τὸν παῖδα θύεσθαι: ἐβούλετο δ' ὅμως, τὸ τοῦ Ἀβραὰμ εὐήκοον, πᾶσι γίνεσθαι γνώριμον: τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὸν νεανίσκον τοῦτον κελεύει ὁ κύριος, τὰ ὑπάρχοντα πωλῆσαι: ἵνα αὐτοῦ ἡ ἀπείθεια, ἐρασιχρηματία, καὶ ἀλαζονεία, ἔκπυστος γένοιτο: εἰ ἄρα βελτίω νοῦν λάβοι: καὶ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ἐπιγνοὺς, σωτηρίας

Δαν. δ'. τύχοι. Ὡσαύτως καὶ τὸ Δανιήλου ῥητὸν, εὖ ἐκλαβεῖν δεῖ, τῷ Βαβυλωνίῳ βασιλεῖ εἰπόντος: Διὰ τοῦτο, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι: καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι:

pauperibus diſtribuant: ſed vult, vt de eo, quod illis ſupererat, aliorum inopiæ ſubueniant: idq; iuxta rationem & proportionem ſuarum facultatum. Si enim (inquit Paulus) voluntas prompta eſt: ſecundum id, quod habet, accepta eſt, non ſecundum id, quod non habet. Non enim vt alijs ſit remiſsio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in præſenti tempore, veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat. Et in priore Epi-

1. Cor. 16. ſtola de Eleemoſynis ſic ſcribit: De collectis autem, quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in Eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam Sabbati vnuſquiſq; veſtrûm apud ſe reponat, recondens, quod ei benè placuerit: vt non, cùm venero, tunc collectæ fiant. Videmus hoc fuiſſe Pauli præceptum, vt ſingulis hebdomadis quiſq; de ſuis facultatibus (pro bona ſua voluntate) aliquid reponeret in vſum pauperum. Hac autem ordinatione nihil certè erat opus: ſi omnia fuiſſent vendenda, & pauperibus diſtribuenda. Et certè Paulus, hac ordinatione ſua non volebat Galatas & Corinthios à vera perfectione abducere. Alia igitur fuit Chriſti ſententia: hæc nimirum. Videbat iuuenem illum nondum agnoſcere morbum auariciæ, quo laborabat. Putabat enim iuuenis, ſe omnia Dei præcepta iam obſeruâſſe: interim tamen nimiùm diuitias diligebat, eratq; φιλάργυρος. Quare vt Chriſtus in lucem produceret illum animæ morbum: iubet eum omnia vendere, & pauperibus dare: vt manifeſtum fieret, quantopere adhuc diuitias amaret: & quòd non tam promptus eſſet obedire

Gen. 22. Deo, quàm paulò antè iactauerat. Sicut igitur Deus, cùm mandare Abrahamo filij vnigeniti Iſaaci mactationem, non ſeriò volebat, vt Iſaac mactaretur: requirebat tamen hoc, vt Abrahami obedientia innoteſceret: ſic hunc iuuenem iubet ſua bona vendere, vt ipſius inobedientia, auaritia, & vana iactantia, manifeſtarentur: ſi fortè ad ſaniorem mentem rediret, ſuaq; peccata agnoſceret, & ſaluaretur. Sic etiam Danielis verba rectè accipienda ſunt,

Dan. 4. cùm Regi Babylonico dicit: Quamobrem, Rex, conſilium meum placeat tibi: & peccata tua Eleemoſynis redime,

& iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Forſitan Deus ignoſcet delictis tuis. Certè non volebat Daniel, vt Rex delicta ſua Eleemoſynis coram Deo expiaret. Quid enim alioquin opus fuiſſet Meſsia, & ipſius merito? Neq; volebat Regem dubitare de remiſsione peccatorum coram Deo: cùm diceret, Forſitan Deus ignoſcet delictis tuis. Dubitatio enim (vt Apoſtolus inquit) cum fide coniungi nequit. Sed hæc fuit Danielis ſententia. Tu Rex, multa in gubernatione tua inſolenter, crudeliter, & auarè feciſti: multis vitam, facultates omnes, & regna eripuiſti. Itaq; Dominus te graui pœna in hac vita caſtigabit, vt alijs ſis exemplo. Quare pœnitentiam age, & cùm vitam & fortunas illis, quibus iam ſunt erepta, reſtituere nequeas: ſaltem veram animi pœnitentiam beneficentia erga pauperes teſtare: ſi fortaſsis Deus ea re ita flectatur, vt imminentem pœnam tollat tibiq; parcat: ne in eas miſerias, quę ſomnio illo tibi ſunt oſtenſę, incidas. Quòd enim Propheta non loquatur de præmijs bonorum operum, (quæ ſunt certiſsima) manifeſtum eſt ex vocabulo FORSAN. De præmijs enim bonorum operum dubitari non poteſt: de auerſione autem pœnarum corporalium dubitari poteſt. Hæc Prophetæ ſententia, toti ſacræ ſcripturæ, & inprimis fidei Chriſtianę (de expiatione peccatorum noſtrorum per Chriſtum Mediatorem) eſt conſona. Itaq; Eleemoſynis libenter ſuas laudes concedimus: dum modò honor meriti Chriſti maneat illibatus.

Rom. 4.

Dicemus etiam aliquid de Sanctorum inuocatione.

Inuocatio Sanctorum.

Non dubium eſt, quin de ſanctis ſit reuerenter ſentiendum & loquendum. Et hortamur, cùm datur occaſio, auditores noſtros: vt ipſorum fidem, conſtantiam, patientiam, & pietatem, atq; virtutes, quibus claruerunt, imitentur.

Non tamen ſentimus, eos eſſe inuocandos, vt

λύτρωσαι. Καὶ τὰς ἀδικίας σου, ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. Ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου ὁ θεός. Ἐνταῦθα οὐχὶ τοῦτο ἤθελε Δανιήλ: τὸν βασιλέα ἐλεημοσύναις ἀφοσιοῦσθαι παρὰ θεῷ τὰς ἰδίας ἁμαρτίας: (τίς γὰρ ἂν ἐγένετο τοῦ Μεσσίου, καὶ τοῦ αὐτοῦ εὐεργετήματος τοῦ πάνυ, χρεία) Οὐδέ γε διστάζειν τὸν βασιλέα, εἴτε ἀφεῖνται αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα, εἴτε μή, ἐναντίον τοῦ θεοῦ, ἐν οἷς λέγει: ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου ὁ θεός: (τὸ γὰρ τῇ ἀπιστίᾳ διακριθέν, καὶ διστάζον, κατὰ τὸ Ρωμ. δʹ. γεγραμμένον, συστῆναι μετὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐγχωρεῖ) ἀλλὰ τοῦτο λέγειν ἠθέλησεν ὁ Δανιήλ. Πολλὰ σὺ ὦ βασιλεῦ, ἐν τῇ σου διοικήσει ὑπερηφανῶς, φιλαργύρως, ὠμῶς, τετόλμηκας: πολλοὺς τὰ ὄντα, τὴν ζωήν, τὰς βασιλείας, ἀφείλου. Τοιγαροῦν κολάσει σε βαρεῖαν ὁ κύριος ἐν τῷ παρόντι βίῳ κόλασιν, ἵνα παράδειγμα τοῖς ἀνθρώποις ᾖς. Ἄγε δή, μετανόησον: καὶ ἐπειδὴ τὸν βίον, καὶ τὰ ὄντα, ἐκείνοις, οὓς ἤδη ἐστέρησας αὐτῶν, ἀποδοῦναι ἀδυνατεῖς: εὐποιΐαις γοῦν, καὶ ἐλεημοσυνῶν τοῖς πτωχεύουσι διαδόσεσιν, ἀληθινὴν μετάνοιαν ἔνδειξαι: εἰ ἄρα οὕτω τὸν θεὸν δυσωπήσειας: ὥστε τὴν ἐπικρεμαμένην κόλασιν αἴροντα, φείσασθαί σου: τοῦ μὴ περιπετῆ σε ταῖς ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνυπνίῳ προμηνυθείσαις ταλαιπωρίαις γενέσθαι. Τὸ γάρ, τὸν προφήτην μὴ λέγειν περὶ τοῦ τῶν καλῶν ἔργων μισθοῦ, (ὅσπερ ἀναντιρρήτως αὐτοῖς ἕπεται) ἐκ τῆς λέξεως, ΙΣΩΣ, προφανές ἐστι. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ τοῖς καλοῖς ἔργοις μισθῶν, δισταγμὸς οὐκ ἔστιν: ἡ δὲ τῶν σωματικῶν ποινῶν καὶ κολάσεων ἀποτροπὴ αὕτη διστακτή. Οὗτος, ὁ τοῦ προφήτου νοῦς, ὅλῃ μὲν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, μάλιστα δὲ τῇ χριστιανικῇ πίστει (τῇ περὶ τοῦ, διὰ μεσιτείας χριστοῦ ἐξιλασμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν) συνᾴδει. Ἀσμένως οὖν τοῖς τὰς ἐλεημοσύνας ἐξαίρουσι πιθέμεθα λόγοις: μόνον ἐὰν τὸ τίμιον τοῦ χριστοῦ κατόρθωμα, ἀκέραιον μένῃ.

Ἐροῦμεν ἤδη τι καὶ περὶ τῆς ἐπικλήσεως τῶν ἁγίων.

Οὐ μὲν ἀπορίαν ἔχει, τὸ δεῖν περὶ τῶν ἁγίων καλῶς καὶ ἐντίμως φρονεῖν τε καὶ λαλεῖν. Προτρεπόμεθα γοῦν τοὺς ἡμῶν, καιροῦ παρατυχόντος, μιμεῖσθαι ἐκείνων τὴν πίστιν, τὴν καρτερίαν, τὴν ὑπομονήν, τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, αἷς διέπρεψαν.

Ἐπίκλησις τῶν ἁγίων.

Τοῦτο μέν, καλόν. Ὅτι μέντοι χρὴ ἐπικαλεῖσθαι

λεῖσθαι αὐτούς: ἵνα ἡμῶν μεσῖται ὦσι, καὶ
ὑπερεντύχωσι πρὸς θεὸν, ἢ ὑπὲρ ἡμῶν,
ἢ ὑπὲρ τῶν ἤδη νεκρῶν ὄντων: τοῦτο οὐκ ἀ-
ξιοῦμεν. Ἀλλ' οὐδὲ προσκυνεῖν, ἢ τοῖς ἁγίοις,
ἢ τὰς αὐτῶν εἰκόσιν, οὐδὲ μὴν ναοῖς καὶ ἀναθή-
μασι τιμᾶν: ἵνα μὴ τὴν μόνῳ τῷ θεῷ ὀ-
φειλομένην τιμὴν, ἐπὶ κτίσματα μετα-
φέρωμεν: δι' ἣν αἰτίαν, οὐδὲ τοῖς ἁγίοις ἀγ-
γέλοις προσκυνοῦμεν. Διὰ τί; Εἰ γὰρ καὶ σο-
φῆς ζητεῖται διάκρισις ἀναμέσον λα-
τρείας, ἣ ἂν τῷ θεῷ ὀφείληται: καὶ ἀνα-
μέσον σχέσεως καὶ δουλείας, ἣ ἂν τοῖς ἁγίοις
νέμηται: ὅμως ἔργῳ τὸ αὐτὸ τοῖς ἁγίοις ἀ-
πονεμόμενον ὁρῶμεν, ὃ μόνῳ τῷ θεῷ ἁρ-
μόζει. Ὅτε γὰρ ἐπίκλησις τῶν ἁγίων γίνεται:
νέμεται αὐτοῖς τὸ, ὅτι τῶν ἀνθρώπων τὰς ἐν-
νοίας, τὰς λύπας, τοὺς στεναγμοὺς, νοοῦσι καὶ
ἀκούουσιν: ὅπερ ὅμως τοῦ θεοῦ μόνου ἐστὶν ἴδιον.
Καίτοι, τοὺς ἁγίους οὐκ εἰδέναι εἰδικῶς τὰ
ἐνταῦθα ἐπὶ γῆς πραττόμενα, δείκνυσιν ὁ
προφήτης Ἡσαΐας, ἐν οἷς λέγει: Σὺ γὰρ εἶ
Ἡσαΐ. ξγ'. πατὴρ ἡμῶν: ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς:
καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς. Καὶ ἡλίου, εἰς
οὐρανὸν, ἀνελευσόμενος, εἶπε πρὸς Ἐλισ-
δ' βασιλ. β'. σαιέ: Αἴτησαι, τί ποιήσω σοι, πρὶν ἢ ἀνα-
ληφθῆναί με ἀπὸ σοῦ: σημαίνων, ἑαυτὸν ἐν
τῷ ἑτέρῳ αἰῶνι οὐ δύνασθαι εἰδέναι, τί ὁ
Ἐλισσαιὲ αἰτεῖσθαι ἔμελλεν. Εἰ δὲ οἱ οὕτω
θεοφιλεῖς Πατριάρχαι καὶ προφῆται ἠγνόουν,
ὅπως εἶχε τότε τὰ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς: Οὐκ ἄ-
ρα οὐδὲ σήμερον οἴδασι, πῶς ἔχει τὰ ἡμῶν:
οὐδὲ, τί προσευχόμεθα εἰσακούουσι. Διὰ ταῦ-
τα, εἰ καὶ γενικῶς εὖ διάκεινται πρὸς τὴν
ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ: καὶ παρ' αὐτῷ (κατὰ λό-
γον τοῦ αἰῶνος ἐκείνου) ὑπερεντυγχάνουσιν:
ὅπως φροντίσῃ τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας ὁ
κύριος: ὅμως ἐντεῦθεν οὐ συνάγεται, ὑφ' ἡ-
μῶν αὐτοῖς προσκυνητέα, ἢ προσευκτέα
εἶναι: ἵνα ὑπὲρ ἑκάστου ἡμῶν φροντίσω-
σιν. ἢ τῷ κυρίῳ προσεύξωνται. Οὐδὲ με-
σίτας οὖν αὐτοὺς καλεῖν, δικαιοῦμεν. Εἷς γὰρ
μεσίτης (φησὶ Παῦλος) θεοῦ καὶ ἀνθρώπων
α'. Τιμ. β'. ἄνθρωπος χριστὸς Ἰησοῦς. Τουτωὶ τῷ μεσίτῃ
ἀρκούμεθα. Οὐδαμοῦ γὰρ διακελεύονται
ἡμῖν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ, ἐπικαλεῖσθαι ἁγίους,
ἢ ἀγγέλους: ἢ αὐτοὺς, αὐτῶν τε τὰ ἰνδάλ-
ματα, προσκυνεῖν. Καὶ ἄγγελοι γὰρ ἑαυ-
τοὺς προσκυνεῖσθαι οὐχ ὑπέμειναν: λέγον-
Ἀποκαλ. ιθ'. τες, σύνδουλοι ἡμῶν εἶναι: καὶ Πέτρος
Πράξ. ι'. ὑπὸ Κορνηλίου προσκυνεῖσθαι ἀνήνατο.
Ὁμοίως καὶ ἅγιος Ἐπιφάνιος, τὸ προσκυνεῖν
τοῖς ἁγίοις ἀθετεῖ, γράφων κατὰ λέξιν οὕτως:
Ἀλλ'

dos, vt ſint noſtri Mediatores: atq; inter-
cedant apud Deum pro nobis, aut pro iis,
qui iam mortui ſunt. Neq; vel ſanctos,
vel etiam ipſorum imagines adorandas,
aut templis & donariis honorandas, cen-
ſemus: ne honorem, qui ſoli Deo debe-
tur, ad Creaturas transferamus. Ideò
ne Angelos quidem adoramus. Etſi enim
ſubtile diſcrimen quæritur inter λατρείαν,
quæ Deo debeatur: & inter δουλείαν, quæ
Sanctis exhibeatur: tamen re ipſa idem
videmus tribui Sanctis, quod ipſi Deo ſo-
li conuenit. Cùm enim Sancti inuocan-
tur: tribuitur illis, quòd hominum cogi-
tationes, ſuſpiria, & gemitus intelligant
et norint: quod tamen ſolius Dei eſt pro-
prium. Et certè ſanctos non nouiſſe (in
ſpecie) quid hîc in terris geratur: oſten-
dit Propheta Iſaias, cùm ait: Tu enim,
pater noſter: & Abraham neſciuit nos, Iſa. 63.
& Iſrael ignorauit nos. Et Helias abitu-
rus in cœlum, Heliſæo dicebat: Poſtula, 4. Reg. 2
quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar
à te: ſignificans, ſe in altero ſeculo non
poſſe ſcire, quid Heliſæus petiturus eſſet.
Si autem tam dilecti Deo Patriarchæ &
Prophetæ neſciebant, quo loco tunc eſ-
ſent res viuentium: neq; certè hodie ſci-
unt, quo loco ſint res noſtræ: neq; quid
precemur, audiunt. Quare etiamſi (in
genere) benè cupiant Eccleſiæ Dei: &
apud Deum (pro ratione alterius ſeculi)
intercedant, vt Dominus Eccleſiæ ſuæ
curam gerat: tamen non conſequitur,
quòd ſint à nobis inuocandi & adorandi:
vt pro ſingulis noſtrûm curam gerant, aut
precentur Dominum. Itaq; neq; eos Me-
diatores vocandos cenſemus. Vnus eſt
enim (inquit Paulus) Mediator Dei & 1. Tim. 2
hominum, homo Chriſtus Ieſus. Hoc
Mediatore ſumus contenti. Sacræ enim
literæ nuſquam iubent nos inuocare San-
ctos, aut Angelos, aut eos ipſorum'ue ima-
gines adorare. Quin & Angeli ſe ado- Apoc. 19.
rari noluerunt: dicentes, ſe conſeruos Act. 10.
noſtros eſſe: & Petrus à Cornelio ado-
rari noluit. Sic etiam Epiphanius San-
ctorum adorationem reiicit, dicens:

 Sed

Sed neq; Helias adorandus eſt, etiamſi in viuis ſit: neq; Ioannes adorandus, quanquam per preces ſuas proprias dormitionem ſuam admirandam effecerit: imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neq; Thecla, neq; quiſquam ſanctus, adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error: vt relinquamus viuentem, & adoremus ea, quæ ab ipſo facta ſunt. Coluerunt enim & adorauerunt creaturam præter creatorem, & ſtulti facti ſunt. Si enim Angelos adorari non vult: quantò magis eam Mariam, quæ genita eſt ab Anna, quæ ex Ioachim donata eſt Annæ? Et poſt aliqua: ſit in honore Maria. Pater verò & Filius, & Spiritus ſanctus, adoretur. Mariam nemo adoret. non dico mulierem, imò neq; virum. Deo debetur hoc myſterium. Neq; Angeli capiunt talem glorificationem. Deleantur, quæ malè ſcripta ſunt in corde deceptorum. Tollatur ex oculis cupiditas ligni: (notat Epiphanius imagines, quæ adorantur.) Conuertatur rurſus figmentum ad Dominum: Reuertatur Eua cum Adam: vt colat Deum ſolum, nec ducatur ſerpentis voce: ſed permaneat in Dei præcepto. Et ſuperius: Equidem ſanctum erat corpus Mariæ, ſed non Deus. Equidem virgo erat illa virgo, & honorata: ſed non ad adorandum nobis data. Ipſa verò adorabat illum: qui ex ea carnem induerat: & cœlitus ex ſinu paterno venerat. Ideo Euangelium nos certos facit: cùm ibi Dominus dicit: Quid mihi tecum mulier? nondum venit hora mea. Vt ex verbis, Mulier, quid mihi tecum, ne aliqui putent, S. virginem eſſe quid excellentius: eam, mulierem vocat. Hæc Epiphanius. S. verò Baſilius: neq; igitur fratrem quære, qui te redimat: ſed illum, qui tuam naturam exſuperat: neq; hominem nudum, ſed hominem Deum, Ieſum Chriſtum: qui ſolus dare poteſt ſatisfactionem pro nobis omnibus: quia propoſuit eum Dominus propitiatorium per fidem, in ipſius ſanguine. Frater erat Iſraelis Moſes: & tamen redimere ipſum non

Epiph. lib. 3. Tom. 2. contra Collyridianos, Hæreſ. 79.

Ibidem.

In 48. Pſalm.

Ἀλλ' οὔτε Ἠλίας, προσκυνητὸς, καίπερ ἐν ζῶσιν ὤν: οὔτε Ἰωάννης, προσκυνητὸς, καίτοι γε δι' ἰδίας εὐχῆς τὴν κοίμησιν αὐτοῦ ἔκπληκτον ἀπεργασάμενος, μᾶλλον δὲ ἐκ θεοῦ λαβὼν τὴν χάριν: ἀλλ' οὔτε ἡ Θέκλα, οὔτέ τις τῶν ἁγίων, προσκυνεῖται. Οὐ γὰρ κυριεύσει ἡμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη: καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, καὶ προσκυνεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. Ἐλάτρευσαν γὰρ, καὶ ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Εἰ γὰρ ἀγγέλους προσκυνεῖσθαι οὐ θέλει: πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀπὸ Ἄννης γεγεννημένην, τὴν ἐκ τοῦ Ἰωακεὶμ τῇ Ἄννῃ δεδωρημένην; Καὶ ὑποκαταβὰς, ἐν τιμῇ, φησιν, ἔστω Μαρία: ὁ δὲ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω: τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω. Οὐ λέγω γυναικὶ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρί: θεῷ προστέτακται τὸ μυστήριον. Οὔτε ἄγγελοι χωροῦσι δοξολογίαν τοιαύτην. Ἐξαλειφθέσθω τὰ κακῶς γραφέντα ἐν καρδίᾳ τῶν ἠπατημένων. ἀμαυρούσθω ἐξ ὀφθαλμῶν τὸ ἐγκίσσημα τοῦ ξύλου. (τὰς προσκυνουμένας τῶν εἰκόνων ὁ Ἐπιφάνιος ἐπισημαίνεται.) ἐπιστρέψῃ πάλιν τὸ πλάσμα πρὸς τὸν δεσπότην: ἐντρεπέσθω Εὔα μετὰ τοῦ Ἀδὰμ, θεὸν τιμᾶν μόνον: μὴ ἀγέσθω τῇ τοῦ ὄφεως φωνῇ: ἀλλ' ἐμμενέτω τῇ τοῦ θεοῦ προστάξει. Καὶ ἄνω: Ναὶ μὴν ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας, οὐ μὴν θεός. Ναὶ δὴ παρθένος ἦν ἡ παρθένος, καὶ τετιμημένη: ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα: ἀλλὰ προσκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σάρκα γεγεννημένον: ἀπὸ οὐρανῶν δὲ ἐκ κόλπων πατρῴων, παραγενόμενον. Καὶ διὰ τοῦτο, τὸ εὐαγγέλιον ἐπασφαλίζεται ἡμᾶς, λέγων, αὐτοῦ τοῦ κυρίου φήσαντος: ὅτι, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. ἵνα ἀπὸ τοῦ, γύναι τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, μή τινες νομίσωσι, περισσοτέραν εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον, γυναῖκα ταύτην κέκληκε. Ταῦτα μὲν, Ἐπιφάνιος. Ὁ δὲ ἅγιος Βασίλειος: μήτε οὖν τὸν ἀδελφὸν ζήτει εἰς ἀπολύτρωσιν: ἀλλὰ τὸν ὑπερβαίνοντά σου φύσιν: μήτε ἄνθρωπον ψιλὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον θεὸν, Ἰησοῦν χριστὸν: ὃς καὶ μόνος δύναται δοῦναι ἐξίλασμα τῷ θεῷ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν: ὅτι αὐτὸν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Ἀδελφὸς ἦν τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Μωϋσῆς: καὶ ὅμως λυτρώσασθαι αὐτὸν οὐκ ἐδυνήθη.

Ἐπιφαν. βιβ. γ. Τομ. β. κατὰ Κολλυριδιανῶν, αἱρέσ. οθ.

Εἰς τὸν μη. ψαλ.

ἐδυνήθη. Πῶς ὁ τυχὼν λυτρώσεται ἄνθρωπος; Καὶ ὁ θεῖος χρυσόστομος, κατὰ διάνοιαν οὕτω γράφων: Ὅρα φρόνησιν γυναικός. Οὐ δεῖται Ἰακώβου, οὐ λιπαρεῖ Ἰωάννην, οὐδὲ μεταβαίνει πρὸς Πέτρον, οὐδὲ ἐνατενίζει τῷ τῶν ἀποστόλων χορῷ: οὐκ ἐζήτησε μεσίτην: ἀλλ' ἀντὶ πάντων τούτων μετάνοιαν παρέλαβεν ὀπαδὸν, ἣ παρακλήτου τάξιν ἐπλήρωσε: καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν ἀνωτάτω πηγὴν μετέβη. Διὰ τοῦτο, φησι, κατέβη: διὰ τοῦτο ἐσαρκώθη, καὶ ἐνηνθρώπησε: ἵνα κἀγὼ θαῤῥήσω λαλεῖν αὐτῷ. Ἄνω μὲν ἐν οὐρανοῖς τὰ χερουβεὶμ αὐτὸν τρέμει, τὰ σεραφεὶμ δέδιε, καὶ ἑξῆς. Ὢ τοῦ θαύματος: ἄνω μὲν τρόμος: κάτω δὲ, θάρσος. Ἐλέησόν με, (οὐ χρείαν ἔχω μεσίτου) ἐλέησόν με. Ταῦτα μὲν, οὗτοι.

Ὁμιλ. περὶ τῆς χαναναίας.

Οὐδὲ ἐν ταῖς γραφαῖς οὐδεμία οὐδαμοῦ ἐπαγγελία εὑρίσκεται: τοιαύτην ἐπίκλησιν, ἢ προσκύνησιν, ἡμῖν συνοίσειν: οὐδὲ ὑπόδειγμα οὐδενὸς εὐσεβοῦς ἀνθρώπου ὑπάρχει ἐν ταῖς γραφαῖς: ὅς ἂν ἅγιόν τινα ἐπικαλεσάμενος ᾖ. Οὐδὲ δι' αὖ χρείαν οὐδενὸς μεσίτου ἔχομεν, τὸν χριστὸν ἡμῖν εὐμενῆ ἂν προξενήσοντος: εἰ δὴ αὐτοῦ τούτου ἕνεκεν ὁ θεοῦ υἱὸς ἐνηνθρώπησεν: ἵνα ἡμᾶς, ὡς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τῷ πατρὶ καταλλάξειεν. Αὐτός τε οὕτω φιλοφρόνως πρὸς ἡμᾶς ἔχει, ὥστε εἰπεῖν. (Ματθ. ιά.) Δεῦτε, πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι: κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Καὶ ἄλλοθι. (Ἰωάν. ς.) Τὸν ἐρχόμενον πρός με, οὐ μὴ ἐκβάλλω ἔξω. Καὶ ὁ χριστὸς, μεσίτης ἡμῶν ἐστιν οὐ μόνον ἀπολυτρώσεως λόγῳ, ὥς τινες ἀξιοῦσιν: ἀλλὰ καὶ ὑπερεντεύξεως λόγῳ, κατὰ τὸ Παύλου: (Ρωμ. ή.) Ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ: ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ προσευχομένους ἡμᾶς, ἁπλῶς καὶ ἀπεριπλανήτως τῷ θεῷ προσέρχεσθαι ὁ χριστὸς κελεύει, λέγων: (Ματθ. ς.) Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς: Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς: καὶ εἰσακουσθήσεσθαι ἡμᾶς ὑπισχνεῖται. (Ἰωάν. ιϛ.) Λέγει γάρ: Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν: ὅτι, ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. Οὐδὲ γὰρ οὐδένα οἴεσθαι χρὴ, οὔτε τῶν ἁγίων, οὔτε τῶν ἀγγέλων τηλικαύτην εὔνοιαν καὶ ἀγάπην ἡμῖν ἔχειν, ἡλίκην ὁ θεὸς ἡμῖν ἔχει. (Ἰωάν. γ.) Οὕτω γὰρ ἠγάπησε ὁ θεὸς τὸν κόσμον: ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, ἔδωκεν: ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται: ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

Καὶ

non potuit. Quomodo ergo aliquis redimeret homo? Et D. Chryſoſtomus, in hanc ſententiam ſcribens, (*Homil de Cananaa.*) Ecce prudentiam mulieris, inquit. Non orat Iacobum, non obſecrat Ioannem, nec tranſit ad Petrum, nec ad Apoſtolorum reſpicit cætum: non quæſiuit Mediatorem: ſed pro his omnibus pœnitentiam ſibi aſſciuit comitem, quæ loco aduocati fuit: & ſic ad ſupremum fontem tranſijt. Idcirco nimirum deſcendit: hanc ob cauſam carnem induit: & homo factus eſt: vt & ego (inquit) audeam cum ipſo loqui. Suprà quidem in cœlis Cherubim ante ipſum tremunt, Seraphim pertimeſcunt, &c. ô rem miram: ſuprà quidem, tremor: infrà verò, fiducia. Miſerere mei, (non opus eſt mihi interceſſore) miſerere mei: Hæc, illi Patres.

Neq; vero vſpiam in ſacra ſcriptura extat promiſsio, quòd talis inuocatio aut adoratio, nobis ſit profutura. Neq; extat vllum exemplum hominis pij in ſcriptura, qui inuocauerit aliquem ſanctum. Neq; opus habemus aliquo Mediatore, qui nobis Chriſtum conciliet: cùm Filius Dei hanc ipſam ob cauſam aſſumpſerit humanam naturam: vt nos, fratres ſuos, patri reconciliaret. Et ille tam benignè erga nos affectus eſt, vt dixerit: (*Matth. 11.*) Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Et alibi inquit: (*Ioan. 6.*) Eum, qui venit ad me, non eijciam foràs. Et Chriſtus eſt Mediator noſter non tantùm ratione redemptionis, vt quidam volunt: ſed etiam interceſsionis, iuxta illud Pauli: (*Rom. 8.*) Qui eſt ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et Chriſtus iubet nos oraturos, ſimpliciter ad Deum accedere, dicens: Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis, &c. (*Matt. 6.*) & promittit, nos exauditum iri. Amen, Amen, dico vobis, (inquit) ſi quid petieritis Patrem in nomine meo: (*Ioan. 16.*) dabit vobis. Neq; enim ſentiendum eſt: vllum eſſe Sanctorum aut Angelorum, qui tanto nos amore complectatur, quanto nos Deus proſequitur. Sic enim Deus dilexit mundum: (*Ioan. 3.*) vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Et

Rom. 8. Et Paulus inquit: Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis quis contra nos? Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis omnia bona donabit? Quid ergo nobis pluribus Mediatoribus opus eſt: cùm nos Pater ipſe vſq; adeo diligat? Eum igitur inuocamus, qui nos multò ardentius diligit, quàm omnes ſancti: *Matth. 6.* & qui non modò nos diligit, ſed qui & nouit, quibus opus *Ephe. 3.* habeamus, priuſquam oremus: & qui vult à nobis inuocari, & vult exaudire: & qui (vt Paulus loquitur) potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quàm petimus & intelligimus. Quanquam enim quoſdam ex inuocatione ſanctorum, haud contemnenda auxilia ſenſiſſe, Hiſtorię tradunt: tamen iſtiuſmodi miracula (ſi modò ſunt miracula dicenda) meritò nobis ſuſpecta eſſe debent. Scriptura enim ſacra, non ſimpliciter omnia miracula probat. Et Moyſes Deut. 13. & Paulus 2. Theſſ. 2. Et Chriſtus ipſe Matth. 24. fideliſsimè monent, ne falſis miraculis decipiamur. Si enim miracula quæuis ſufficerent ad confirmandam aliquam Religionem: profectò in profanis Hiſtorijs, fide dignis, reperiuntur multa, quæ Ethnicam ſuperſtitionem confirment. Itaq; ea ſolummodo miracula ſunt approbanda & magnificienda: quæ ſanæ doctrinæ verbi Dei non *De Sacerdotio Serm. 4. Cap. 1.* repugnant. S. verò Chryſoſtomus, illius Apoſtolicæ, miracula edendi, facultatis, ne veſtigium quidem reliquum eſſe ait. Ergo Deum ſolum inuocamus & adoramus, atq; celebramus. Quæ cùm facimus: certò ſcimus, nos præſtare cultum Deo verè gratum, iuxta illud 50. Pſalmi, Inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me. Et Apoſtolus inquit Heb. 13. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo: id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.

Sed quia occaſione tractationis de ſatisfactione, atq; vera pœnitentia, in has diſputationes digreſſi ſumus: nunc ad alterum noſtrum Sacramentum (cœnam Domini)

Hæc cùm ſeſe ſic habeant: vehementer miratur mediocritas noſtra: vos homines ingenioſos, in altero veſtro ſcripto, ad verbum ſic ponere. Quòd ſi quis putat, ex ſolo quidem Patre eſſe S. Spiritum: per Filium verò, non autem ex Filio, procedere: is ſe impoſsibile quiddam opinari ſciat. Hæc enim inter ſe pugnant, & ſe inuicem euertunt. Non enim certè hæc, quæ nos confitemur, eſſe non poſſunt: nec inter ſe pugnantia ſunt, nec alterum ab altero euertitur, ſicut dicitis. Veritati enim nunquam repugnat veritas. Hæc, de his hactenus particulatim. Cùm autem ego rem conſidero: duas præcipuè cauſas reperio, cur uos à nobis in hac parte diſſentiatis. Vna eſt, quòd vobis videtur miſsio & proceſsio idem eſſe. Ideo dicitis: ſed non rectè: Si

Si igitur Spiritus à filio mittitur: ex ipſo vtiq; progreditur. Altera, quòd ſubſtantiam, ſeu eſſentiam, & operationem, idem eſſe in Deo ſtatuitis, cùm ſecus ſit. Nam quòd eſſentia, & operatio Dei, non idem, ſed diuerſa ſint: hæc argumenta audite, obſecro. Si corporea membra, alia alijs in partibus poſita, in Deo non ſunt: ſequitur, illa, quæ in ipſo, tanquam membra, à S. literis perhibentur, ſignificationem actionum, ſeu operationum habere: quæ ad nos deſcendant, eſſentia interim illius intra ſeſe manente: ſicut Theologi confirmant, hæc dextrè, & Deo conuenienter exponenda eſſe. Si ex ſubſtantia operationem, & progredi, & ſcaturire perenni fluxu, dicitur: id verò de nulla creatura quiſquam dicere audeat: non eſt operatio creatura: nec tamen idem, quod ſubſtantia. Si, quæcunque Deus eſt, eadem habere dicitur, (& vita enim ipſe eſt, & vitam habet: & ſapientia eſt, & ſapientiam habet: & ſic de alijs) quatenus ea Deus eſt, nullo modo ab eo ſeparatur, (Subſtantiam enim & naturam Dei conſtituunt) quatenus verò ea habet, ſeparationis efficientia ſunt, & ad nos deſcendunt: eædemq; illæ actiones ſunt, quæ & multiplicantur vnicè, & citra ſeparationem ab vna illa eſſentia ſeparantur. Si illa Dei, quæ cerni oculis non poſſunt, à creatione mundi, ex rebus conditis intellectu conſpiciuntur: tum æterna ipſius potentia, tum diuinitas: & ex conditis rebus, non eſſentiam, ſed operationem Dei, deprehendimus: aliud quiddam certè ſubſtantia Dei eſt: & aliud, quæ ex creaturis conſpicitur & intelligitur, potentia & diuinitas eius: quæ tamen & ipſa æterna eſt. Si de multis, ſubſtantia Dei non dicitur, (vna enim eſt, eſſentia eius) de multis autem & diuerſis, operatio prædicatur, (multæ enim operationes eius ſunt) ſubſtantiæ & operationis illius ratio diuerſa ſit, neceſſe eſt. Si omnis potentia, ad aliud dicitur: (nam ad poſſibile quoq; refertur: ſicut Thomæ Aquinati quoq; videtur) aliud, ſubſtantia Dei eſt: aliud, ipſius actio. Niſi ſubſtantiam etiam aliquis in numero Relatorum ponat.

Acceda-

εἰ οὖν τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ πέμπεται, ἄρα ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐκπορεύεται. Ἕτερον δὲ, τὸ ὑμᾶς ἐκλαμβάνειν, ταυτὸν εἶναι οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ θεοῦ. ὅπερ οὐκ ἔστι. Ὅτι δὲ θεοῦ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὐ ταυτὸν, ἀλλὰ διαφέρουσιν, ἀκούσατε περὶ θεοῦ. Εἰ σωματικῶν μελῶν διάθεσις ἐν τῷ θεῷ οὐκ ἔστιν, ἄρα ταῦτα τὰ περὶ αὐτοῦ ὡς μέλη παρὰ τῇ γραφῇ ὑμνούμενα, τῶν ἐνεργειῶν εἰσὶ δηλωτικὰ, αἳ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσι, τῆς οὐσίας ἀπροσίτου μενούσης, ὡς οἱ θεολόγοι βεβαιοῦσιν, ὡς δηλονότι θεοπρεπῶς ταῦτα ἐκληπτέον. Ἀπροσίτου. Εἰ ἐκ τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν προϊέναι τε καὶ πηγάζειν ἀεννάως εἴρηται, τόδε ἐπ' οὐδενὸς ἂν οὐδεὶς τολμήσειε τῶν κτισμάτων εἰπεῖν, οὐκ ἄρα ἡ ἐνέργεια κτίσμα, καὶ μὴν οὐδ' αὐτὴ ἡ οὐσία. Εἰ ἅπερ ἐστὶν ὁ θεὸς, ταῦτα καὶ ἔχειν λέγεται, ζωή τε γάρ ἐστι, καὶ ζωὴν ἔχει. καὶ σοφία ἐστὶ, καὶ σοφίαν ἔχει, καὶ τὰ λοιπά. Ἣ μὲν αὐτά ἐστιν ὁ θεὸς, οὐδαμῶς αὐτοῦ διακρίνονται, οὐσιώδη γάρ εἰσι καὶ φυσικὰ τοῦ θεοῦ. Ἣ δὲ αὐτὰ ἔχει, διακριτικὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσι, καὶ αὐταί εἰσιν αἱ ἐνέργειαι. πληθυνόμεναί τε ἑνικῶς, καὶ ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι τῆς μιᾶς οὐσίας. Εἰ τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ,τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, ἐκ δὲ τῶν ποιημάτων, οὐ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας ἐν περιουσίᾳ γινόμεθα, ἕτερον ἄρα ἡ τοῦ θεοῦ οὐσία, καὶ ἕτερον ἡ καθορωμένη καὶ νοουμένη διὰ τῶν ποιημάτων δύναμις αὐτοῦ καὶ θειότης. Ἀΐδιος μέν τοι καὶ αὐτὴ τυγχάνουσα. Εἰ κατὰ πολλῶν μὲν ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ οὐ λέγεται, μία γὰρ αὐτοῦ οὐσία, κατὰ πολλῶν δὲ καὶ διαφόρων ἡ ἐνέργεια λέγεται, πολλαὶ γὰρ αἱ αὐτοῦ ἐνέργειαι, ἕτερον ἄρα ἡ αὐτοῦ οὐσία, καὶ ἕτερον ἡ ἐνέργεια. Εἰ πᾶσα δύναμις πρὸς ἕτερον λέγεται, πρὸς γὰρ τὸ δυνατὸν ἀποδίδοται, ὡς καὶ Θωμᾷ δεακίνῳ δοκεῖ, ἕτερον ἄρα οὐσία θεοῦ, καὶ ἕτερον ἐνέργεια. Εἰ μὴ καὶ τὴν οὐσίαν φαίη τις, εἶναι τῶν πρός τι.

Ἀκούσωμεν

ἀκούσωμεν καί τινα ἃ εἶπον λατῖνοί ποτε. ἀνετράπησαν δὲ παρὰ τῶν τότε διδασκάλων ἡμῶν.

Accedamus nunc ad quædam veterum Latinorum argumenta: quæ à Doctoribus noſtris, qui tunc vixerunt, refutata ſunt.

α. Ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ταυτά, αὐτὸς γὰρ ἔφη ὁ κύριος, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, ἕν ἐσμεν. πάντα οὖν ὅσα εἰσὶ ταυτά, τῶν αὐτῶν εἰσιν αἴτια. ὥστε ἐπεὶ ὁ πατὴρ αἴτιος τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα. πότερον, ἐπὶ ταυτοῦ τὸ ταυτὸν ἐν ἀμφοτέραις λαμβάνεις, ἢ δηλονότι παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν παραλογίζῃ; ἐπ' ἄλλου μὲν ἐν τῇ μείζονι τοῦτ' ἐκλαμβάνων, ἐπ' ἄλλου δ' ἐν τῇ ἐλάττονι. τοῦτο γὰρ ἦν ἀναγκαῖον, εἴπερ ἀληθεῖς αἱ προτάσεις. Ὁ γὰρ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς τῷ εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ ταυτά. τὸ δὲ τὰ αὐτὰ τῶν αὐτῶν εἶναι αἴτια, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τῷ ἀριθμῷ καὶ τῷ λόγῳ, ἀληθές. ἢ οὖν ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου τὸ ταυτὸν ἐκλαμβάνεις, καὶ τὸ σχῆμ' ἀσυλλόγιστον, μὴ ἔχον μέσον ὅρον, δι' οὗ συνάψει τὰ ἄκρα, καὶ τὸ συμπέρασμα ἀναγκαῖον ποιήσει, ἢ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἑτέρα τῶν προτάσεων, ψευδὴς ἐξ ἀνάγκης. Εἰ γὰρ τὸ ταυτὸν τῷ ἀριθμῷ ἐν ἀμφοτέραις λαμβάνεις, ἡ ἐλάττων οὐκ ἀληθής. Οὐ ταυτὰ γὰρ τῷ ἀριθμῷ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, ὅπερ Σαβελιανῶν. Εἰ δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τῷ εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ ταυτὸν ἐν ἀμφοτέραις ἀκούεις, ἡ μείζων ψευδής. Οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, ὅσα τῷ εἴδει ταυτά, τῶν αὐτῶν ἀριθμῷ εἶναι αἴτια.

Pater & Filius, idem ſunt. Ipſe enim Dominus ait: Ego & Pater, vnum ſumus. *Primum.* Omnia igitur, quæ idem ſunt, eorundem cauſæ ſunt. Quare, cùm Pater, autor S. Spiritus ſit: etiam Filium, autorem eſſe ſequitur. Quæro, vtrum de eodem, vocabulum, IDEM, in vtraq; præmiſſarum accipias: an potius æquiuocatione dolum ſtruas: dũ aliter id in maiore, aliter in minore, ſumis? Id enim neceſſe erat: ſi modo ambæ propoſitiones, veræ ſint. Pater n. & Filius, ſpecie, & eſſentia idẽ ſunt. Propoſitio verò, quæ dicit: illa, quæ idẽ ſunt, eorundem eſſe cauſas: de ijs, quæ numero & ratione idem ſunt, vera eſt. Aut igitur de diuerſis dictionem, IDEM, accipis: & tunc figura, ſyllogiſticam connexionem non habet: dum medio termino, quo extrema coniungantur, & concluſio neceſſaria efficiatur, caret: aut de eodem: & tunc alterutram præmiſſarum falſam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi IDEM numero, in vtraq; accipis: minor non eſt vera: (Non enim idem numero ſunt Pater & Filius: quia hoc, Sabellianorum eſt) Si verò non illo modo, ſed ſpecie & eſſentia IDEM, in vtraq; intelligis: maior falſa eſt. Non enim, quæcunq; ſpecie idem ſunt, eorũ, quæ numero eadem ſunt, cauſas eſſe neceſſe eſt.

β. Πᾶν τὸ ὑπάρχον τοῦ πατρὸς, ὑπάρχον ἐστὶ καὶ τοῦ υἱοῦ, τὰ γὰρ ἐμὰ πάντα σά, καὶ τὰ σὰ ἐμά, φησιν ὁ κύριος. Τὸ εἶναι ἄρα προβολέα τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὑπάρχον ἐστὶ καὶ τοῦ υἱοῦ. ἄτοπον καὶ τοῦτο. Τὸ γὰρ ὑπάρχον τοῦ πατρὸς οὐχ ἁπλῶς λέγεται. ἢ γὰρ ὡς ἴδιον καὶ παραστατικὸν τῆς ἐκείνου ὑποστάσεως ὑπάρχον αὐτοῦ λέγεται, ὡς τὸ ἐναντίον καὶ ἀγέννητον, ἢ ὡς κοινὸν κατὰ πάσης τῆς θεότητος λεγόμενον, ὡς τὸ ἄναρχον καὶ ἀΐδιον. εἰ μὲν οὖν τὸ ὡς ἴδιον ὑπάρχον μέσον ὅρον λαμβάνεις, ἡ μὲν ἐλάττων ἀληθὴς, ἡ δὲ μείζων ψευδής. Οὐ γὰρ ταυτὰ τῷ ἀριθμῷ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. ἐπεὶ συμβήσεται τὸ ἀγέννητον γεννητὸν εἶναι καὶ τὸ γεννητὸν ἀγέννητον. Τὸ γὰρ τὰ ἐμὰ σά,

καὶ τὰ

Quicquid Patris eſt, etiam Filij eſt. Mea enim (inquit Dominus) omnia ſunt *Secundum.* tua: & tua mea. Ergo productorem eſſe S. Spiritus, Filij quoq; eſt. Non minùs & hoc abſurdum eſt. Eſſe enim aliquid Patris, non ſimpliciter dicitur. Nam vel, vt proprium, & quod vim repræſentandi habeat illius ſubſiſtentiam, ipſius eſſe dicitur: vt eſt, contrarium, & non genitum eſſe: vel, vt communiter de tota Diuinitate dictũ: quale eſt, principio carere, & æternum eſſe. Iam ſi illud, quod eius proprium eſt, pro medio termino ponis: minor vera eſt: maior verò, falſa. Non enim eadem numero, Pater & Filius ſunt. Sequeretur enim, quod genitum non eſt, genitum eſſe: & quod genitum eſt, genitum non eſſe. Illud enim, mea, tua ſunt:

S &

& tua,mea : non de proprietatibus, quæ perſonas S.Trinitatis conſtituunt,dictum eſt: ſed de his,quæ de tota diuinitate prædicantur.Si.enim de ambobus diceretur : nihil abſurdi dixiſſet Sabellius: qui Trinitatem ad vnam Hypoſtaſin redegit.

Tertium. Si non etiam ex Filio proficiſceretur Spiritus:non eum inflando diſcipulis dediſſet. O loquacitatē,vt veritati vmbram obijciatis. At ex D. Chryſoſtomi, & aliorum Theologorum, ſententia, donum peccata remittendi eis dedit: non ipſum Spiritum.Verùm detur hoc,(quod tamen abſurdum eſt) ipſam S. Spiritus hypoſtaſin diſcipulis à Domino datam eſſe. Quæro, num ideo inde neceſſariò efficiatur,etiam ex ipſo Spiritum progredi? Nequaquam. Procedere enim,& dari,non ſunt idem : cùm illud ſemper ſit, hoc non ſemper. Sed ſint idem. Quoniam igitur, quod in Filio eſt,gigni : hoc in Spiritu eſt, procedere : datur autem & Filius è Patre,vt ſæpe in S. literis inuenitur: erit idem,dari, quod gigni. Iam ſi gigni & procedere, idem ſunt, quod dari : ea autem,quæ cum vno tertio eadem ſunt,inter ſe quoq; eadem ſunt: fiet, vt gigni & procedere, idem ſint: quod, vt abſurdum, nemo dicet. Accedit,quòd, cùm Spiritus S. non ſolùm à Filio detur, ſed & ipſe det: id quod ex verbis Domini patet: Cùm venerit paracletus:&,veniet: &,ſuperueniente vobis S. Spiritu : idem erit,qui producet, & ex ſe ipſo eſſentiam habebit.An verò non fateris,hunc ipſum etiam dare ſeipſum? Non ergo eadem potentia erit Filij,& Spiritus. Si enim Filius poteſt,tum ſe,tum S.Spiritum, dare: Spiritus verò S.neq; ſe,neq;Filium,dare: eorum potentia dirempta vtiq; eſt. Atqui,eadem S. Trinitatis potentia eſt: ſicvt ab omnibus pijs firmiter creditur.

Quartum. Ex meo accipiet: & alia huiuſmodi, quibusEuangelia plena ſunt:vt eſt,mittā, &id genus alia.Nō eſt neceſſe,ſi quid aliquid mittit:eum ideo autorem huius, vt ſit,eſſe vllo modo. Neq; ſolùm Filius,vt dictum, in Scriptura Spiritum mittit: ſed Spiritus etiam, Filium. Quod verò dicitur,

καὶ τὰ σὰ ἐμά, οὐ περὶ τῶν ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ πάσης τῆς θεότητος λεγομένων. Εἰ γὰρ περὶ ἀμφοτέρων ἐλέγετο, οὐδὲν ἄτοπον ὁ Σαβέλλιος ἔλεγεν, εἰς μίαν ὑπόστασιν, τὴν τριάδα περιορίσας.

Εἰ μὴ τὸ πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἦν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἂν δι' ἐμφυσήματος τοῖς μαθηταῖς ἔδωκεν. Ὢ πολλὰ λέγοντες, ἵνα τὴν ἀλήθειαν συσκιάσητε. Κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον καὶ ἄλλους τῶν θεολόγων, χάρισμα τοῦ ἀφιέναι ἁμαρτίας ἔδωκεν αὐτοῖς, οὐ μὴν αὐτὸ τὸ πνεῦμα. Ἀλλὰ δεδόσθω αὐτοῖς καὶ τοῦτο, ὅτι αὐτὴν τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς. ὅπερ ἄτοπον. τί οὖν παρὰ τοῦτο ἀπαραιτήτως ἔχει, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι; οὐδαμῶς. Τὸ γὰρ ἐκπορεύεσθαι καὶ δίδοσθαι οὐ ταυτόν. εἴπερ τὸ μὲν ἀεὶ ὑπάρχει, τὸ δ' οὐκ ἀεί. ἔστω γὰρ ταυτόν. Ἐπεὶ οὖν, ὅπερ ἐστὶ τῷ υἱῷ τὸ γεννᾶσθαι, τοῦτο τῷ πνεύματι ἐκπορεύεσθαι, δίδοται δὲ καὶ ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς πολλαχοῦ φέρεται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ἔσται ἄρα τὸ δίδοσθαι τῷ γεννᾶσθαι ταυτόν. Εἰ οὖν γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι ταυτὸν τῷ δίδοσθαι, ἔστι δὲ τὰ τῷ αὐτῷ ταυτὰ καὶ ἀλλήλοις ταυτά, τὸ γεννᾶσθαι καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι ταυτόν. ὅπερ ἄτοπον. Ἄλλως τε, εἰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μόνον παρὰ τοῦ υἱοῦ δίδοται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ δίδωσι, καὶ τοῦτο δῆλον οἷς ὁ κύριος λέγει : ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος. καὶ τὸ, ἥξει. καὶ τὸ, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, ἔσται ἄρα τὸ αὐτὸ προβάλλον καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον. ἢ οὐχ ὁμολογεῖς, ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο αὐτὸ δίδωσιν; οὐχ ἡ αὐτὴ ἄρα ἐξουσία υἱοῦ καὶ πνεύματος. εἰ γὰρ ὁ υἱὸς ἐξουσίαν ἔχει, καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα διδόναι, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε ἑαυτὸ, οὔτε τὸν υἱὸν διδόναι, διῄρηται ἄρα ἡ τούτων ἐξουσία. Ἀλλὰ μὴν ἡ αὐτὴ τῆς τριάδος ἐξουσία, ὡς διαβεβαιοῦνται τοῖς πιστοῖς. γ'.

Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα πλήρη τὰ εὐαγγέλια. τὸ πέμψω, καὶ ἄλλα ὅμοια. οὐκ ἀναγκαῖον, ὃ πέμπει τις, αἴτιον εἶναι τῆς ἐκείνου ὑπάρξεως ὁπωσοῦν, οὔτε μόνον ὁ υἱὸς, ὡς εἴρηται παρὰ τῇ γραφῇ, πέμπει τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα τὸν υἱόν. τὸ δὲ, δ'.

ἐκ τοῦ

ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, δηλονότι ἐκ τοῦ ἐμοῦ πατρός. Εἶτα εἴ τις ἐκείνοις συγχωρήσειεν, εἰρηκέναι τὸν κύριον, ἐξ ἐμοῦ, οὐδ᾽ οὕτως ἀναγκαῖον ἔσται αὐτοῖς, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦτο ἐκπορεύεσθαι. Ἄλλο γάρ ἐστι τὸ λαμβάνειν, καὶ ἄλλο τὸ ἐξ οὗ λαμβάνει. Καὶ ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα τὸ λαμβανόμενον. Λαμβάνον μὲν οὖν ἐστι τὸ πνεῦμα. ἐξ οὗ δὲ λαμβάνει, ὡς αὐτοὶ ἀξιοῦσιν, ὁ υἱός. Τὸ δὲ λαμβανόμενον, ἕτερόν τι παρ᾽ ἀμφότερα. ἐπάγει γὰρ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν: ἤγουν, ὃ λήψεται ἐξ ἐμοῦ, τοῦτ᾽ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ὥστε τὸ μὲν λαμβανόμενον, ἀναγκαῖον ἴσως ἐξ ἐκείνου ἐκπορεύεσθαι. οὐ μὴν καὶ τὸ λαμβάνον. ἢ τὸ αὐτό ἐστι τό τε λαμβάνον καὶ τὸ λαμβανόμενον. καὶ ἔσται αὐτὸ ἑαυτὸ λαμβάνον. διαιρετὸν ἄρα τὸ ἀδιαίρετον: καὶ τὸ ἁπλοῦν, σύνθετον. ἔσται γὰρ τὸ μέντοι αὐτοῦ λαμβάνον, τὸ δὲ λαμβανόμενον. ἄλλως τε, εἰ τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν ἔμελλε λήψεσθαι, πῶς ἦν, μή πω τὸ εἶναι λαβόν. ὃ δὲ μάλιστα πάντων τῶν σοφισμάτων αὐτῶν δύσλυτον δοκεῖ, καὶ πολλὴν ἀπορίαν περιέχει τοῖς λύουσι, τοῦτό ἐστι.

dicitur, Ex meo accipiet: intelligendum eſt, Ex meo patre. Quanquam, ſi etiam concedatur, Domini ſententiam eſſe, Ex me: nihilomagis euincetur, etiam ex ipſo progredi Spiritum. Aliud enim eſt, Quod accipit: aliud, Ex quo accipit: aliud ab vtroque differens, Quod accipitur. Quod accipit, Spiritus eſt: Ex quo accipit, Filius (vt ipſis quidem videtur) eſt: Quod verò accipitur, diuerſum quiddam ab vtroq; eſt. Infert enim, Et annunciabit vobis: nempe, quod accipiet ex me, hoc annunciabit vobis. Quapropter, illud quidem, quod accipitur, fortè neceſſe ſit, ex illo procedere: non autem id etiam, quod accipit. Alioqui idem erit, & quod accipit, & quod accipitur: & idem ſeipſum accipiet. Diuiſioni ergo ſubiectum erit, quod diuiſionem fugit: &, quod ſimplex, compoſitum: cùm eius quiddam ſit, quod accipiat: & quiddam, quod accipiatur. Huc adde. Si ſuam propriam eſſentiam erat accepturus Spiritus: quomodo erat, cùm nondum ipſam eſſentiam accepiſſet? Quod verò omnium Sophiſmatum difficilimè ſolui poſſe videtur, & multum torquet ſoluentes, eſt hoc.

i. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογουμένως λέγεται καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τούτου πλήρης ἡ θεία γραφή. Εἴ τις γάρ, φησι, πνεῦμα χριστοῦ οὐκ ἔχει: καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ ἡμεῖς πολλάκις πρὸς τὸν υἱὸν προσευχόμενοι, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ πέμψαι ἡμῖν δεόμεθα. ἢ οὖν ἕτερόν ἐστι τὸ λεγόμενον τοῦ υἱοῦ, καὶ ἕτερον τοῦ πατρὸς, ἢ τὸ αὐτό. ἀλλὰ μὴν οὐχ ἕτερον. ἔσται γὰρ ἡ τριὰς τετράς. Εἰ δὲ τὸ αὐτὸ, πῶς ἀμφοῖν λέγεται; πότερον ὡς σχέσιν ἔχον πρὸς ἀμφότερα, ἢ ὡς μὴ ἔχον σχέσιν; ἀλλὰ μὴν πῶς ἐκείνων ῥηθήσεται, εἰ μὴ ἔχει πρὸς ἐκεῖνα σχέσιν; εἰ δ᾽ ὡς ἔχον σχέσιν πρὸς ἐκεῖνα, εἰ μὲν τὸ πνεῦμα λέγεσθαι, ὄνομα ὑπάρχει δηλωτικὸν τῆς πρὸς ἐκεῖνα σχέσεως. ὥσπερ τὸ πατὴρ ὄνομα καὶ τὸ υἱὸς ὄνομα σχέσεως δηλωτικὰ ὑπάρχει, πάντως τὴν αὐτὴν σχέσιν πρὸς ἀμφότερα ἕξει. ὥσπερ γὰρ τὰ λοιπὰ τῶν πρός τι καὶ σχέσεως δηλωτικὰ, ὡς πρὸς μυρία ἀποδίδοται, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν σχέσιν πρὸς ἅπαντα ἔχει. Τὸ γὰρ μεῖζον, εἰ καὶ πολλῶν λέγοιτο, ὅμως ὡς ἐλαττόνων λέγεται πάντων. Καὶ τὸ ἴσον πολλοῖς ἀποδιδόμενον, ὡς ἴσοις ἅπασι ἀποδίδοται. Ὁμοίως

In Confeſſo eſt, Spiritum S. perhiberi & Patris & Filij: cuius rei plenæ ſunt S. literæ. Inquiunt enim: Si quis Spiritum Chriſti non habet: &, Emiſit Deus Spiritum Filij ſui. Sæpe item nos, cùm Filium inuocamus, ab eo, vt Spiritum ſuum nobis mittat, petimus. Aut ergo alius eſt, qui dicitur Filij: & alius, qui Patris: aut eſt idem Spiritus. At non eſt alius. Fieret enim ex Trinitate, Quaternitas. Sin autem idem: quomodo amborum dicitur? Vtrum, tanquam reſpectum, ſeu relationem habens ad vtrunq;: an tanquã non habens reſpectum? At quomodo illorũ dicitur: ſi nõ illa reſpiciat? Sin, vt reſpiciens illa: tunc, ſi Spiritum dici, verbũ eſt, quod ipſius ad illa reſpectũ ſignificet, (ſicut Patris et Filij vocabula, cum reſpectu dicũtur) omnino eundem reſpectũ ad vtrunq; habebit. Sicut.n. cætera, quæ relationẽ et reſpectũ ad aliud ſignificant: vt ad innumera referuntur: ita, vnum eundemq; reſpectũ ad vniuerſa habent velut quod maius eſt, licet multorũ eſſe dicatur: tamen eorum omnium, tanquam minorũ, dicitur. Et, quod æquale eſt, licet ad multa referatur: tamen ad ea vniuerſa tanquã æqualia refertur. Quintum.

Eadem ratio cæterorum eſt, eodem modo ſe res in hiſce habet. Si Spiritus nomine appellari, reſpectum habere ad illa ſignificat: eandem rationem ad vtrunq; habebit. Quòd autem ad illa reſpectum ſignificet: patet. Idem enim multis nominibus appellatur: velut, paracletus, omnipotens, omnia intuens, & regens: & alia multa. Sed neq;, quatenus omnipotens vocatur, dicitur Patris & Filij, neq; quatenus omnia intuens & regens, neq; quatenus paracletus, aut aliud tale nomen habet: ſed tantùm ſub appellatione Spiritus, amborum eſſe dicitur: tanquam id modò verbum, eius ad illa reſpectum exprimat. Qua de cauſa, illa viciſsim ad ipſum conuertantur, neceſſe eſt. Hæc enim, vniuerſorum relatiuorum natura eſt. Quomodo igitur conſiſtet conuerſio? Vt enim Patrem & Filium, Spiritus Patrem & Filium dicamus: locum non habet. Fiet enim hoc modo, vt idem ſit Pater & Filius: Patris quidem, Filius: Filij verò, Pater. Atqui, ſub qua ſignificatione Pater ad ipſum conuertatur, ſcimus. Autorem enim, & productorem, principium & fontem, Spiritus dici, notum eſt. Ergo & Filius ſub iiſdem appellationibus ad illum referetur: ita vt Spiritum producat, & eius ſit principium, autor & fons: quandoquidem eodem modo ad ipſum affectus eſt. Quemadmodum enim, ſi quid dicitur maius Petro & Paulo: ſi non dicitur Petrus, illius Petrus, ſed minor Petro: etiam Paulus, minor dicetur: ita & hoc loco res ſe habet. Quia enim Spiritus dicitur tum Patris, tum Filij: nec dicitur Pater, Spiritus Pater, ſed autor & productor: Filius quoq; autor & productor eius dicatur, neceſſe eſt. Quòd ſi quis obijciat: Spiritum dici quatenus ſit Spiritus Patris, filij verò non quatenus Spiritus ſed eidem ſit conſubſtantialis, eſt enim eiuſdem cum ipſo ſubſtantiæ: abſurdum eſt. Non enim prohibet & Patrem & Filium Spiritus dicere, quoniam ambo eiuſdem ſunt ſubſtantiæ. Præterea vnum ad alterum non refertur vt conſubſtantiale, niſi eadem actu ſit ſubſtantia. Petrus enim Paulo conſubſtantialis dicitur. Petri vero eadem eſſe cum Paulo ſubſtantia non dicitur, niſi actu eadē adſit ſubſtantia. Ex Patre igitur & Filio Spiritus ſanctus procedit. Quod verò fallax ſit hæc ratiocinatio, perſpicuum eſt. Non equidem verum eſt, quòd Spiritum dici ſignificet eum, quem habet ad Patrem, reſpectum. Idq; inde conſtat, quod Pater cauſa, productor, fons & principium Spiritus propriè vocatur.

ὁμοίως καὶ τὰ λοιπά, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτοις. Εἰ τὸ πνεῦμα λέγεσθαι δηλωτικόν ἐστι τῆς σχέσεως τῆς πρὸς ἐκεῖνα, πρὸς ἀμφότερα τὴν αὐτὴν σχέσιν ἕξει. ὅτι δὲ τῆς πρὸς ἐκεῖνα σχέσεως δηλωτικὸν, δῆλον. Λέγεται γὰρ τὸ αὐτὸ πολλοῖς ὀνόμασιν. οἷον παράκλητος, παντοκρατορικὸν, παντεπίσκοπον. Καὶ ἄλλοις πολλοῖς. ἀλλ᾽ οὔτε παντοκρατορικὸν λέγεται τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, οὔτε παντεπίσκοπον, οὔτε παράκλητος, οὔτε τι τῶν ἄλλων ὀνομάτων. ἀλλὰ μόνον πνεῦμα καὶ ἀμφοτέρων λέγεται. ὡς τούτου τοῦ ὀνόματος δηλωτικοῦ ὄντος τῆς πρὸς ἐκεῖνα σχέσεως. Δεῖ οὖν κἀκεῖνα πρὸς αὐτὸ ἀντιστρέφειν, τοιαῦτα γὰρ τὰ πρός τι ἅπαντα. πῶς οὖν σωθήσεται ἡ ἀντιστροφή. ἄτοπον γὰρ τὸ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος λέγειν. ἔσται γὰρ οὕτω τὸ αὐτὸ πατὴρ καὶ υἱός. Τοῦ μὲν πατρὸς υἱός. Τοῦ δὲ υἱοῦ πατήρ. ἀλλὰ μὴν, τί λεγόμενον ὁ πατὴρ, πρὸς αὐτὸ ἀντιστρέφει, οἴδαμεν. αἴτιος γὰρ καὶ προβολεὺς, καὶ ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ πνεύματος λέγεται. οὐκοῦν καὶ ὁ υἱὸς ταῦτα πρὸς ἐκεῖνο ῥηθήσεται. Καὶ ἔσται τοῦ πνεύματος προβολεὺς καὶ ἀρχὴ, καὶ αἴτιος, καὶ πηγή. ἐπεὶ καὶ πρὸς αὐτὸν τὴν αὐτὴν σχέσιν ἔχει. ὥσπερ γὰρ εἰ λέγεταί τι μεῖζον πέτρου καὶ παύλου, εἰ οὐ λέγεται ὁ πέτρος πέτρος ἐκείνου, ἀλλ᾽ ἐλάττων, καὶ ὁ παῦλος ἐλάττων ῥηθήσεται, οὕτω κἀνταῦθα. ἐπεὶ λέγεται τὸ πνεῦμα καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐ λέγεται ὁ πατὴρ, πατὴρ τοῦ πνεύματος, ἀλλ᾽ αἴτιος καὶ προβολεὺς, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα αἴτιος, καὶ προβολεὺς αὐτοῦ ῥηθήσεται. εἰ δέ τις λέγει, ὅτι πνεῦμα μὲν λέγεται, ἢ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, τοῦ δὲ υἱοῦ οὐχ ἢ πνεῦμα, ἀλλ᾽ ὡς ὁμοούσιον, ὁμοούσιον γάρ ἐστιν αὐτῷ, ἄτοπον. οὐ γὰρ κωλύει καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα τοῦ πνεύματος λέγειν, ἐπεὶ ὁμοούσια ἐκείνων ὑπάρχετον. ἄλλως τε οὐδὲν ἕτερον πρὸς ἕτερον ἀποδίδοται ὡς ὁμοούσιον, εἰ μὴ πρόσκειται ἐνεργείᾳ τὸ ὁμοούσιον. Πέτρος γὰρ παύλου ὁμοούσιον λέγεται. Πέτρου δὲ παῦλος ὁμοούσιον οὐ λέγεται, εἰ μὴ πρόσκειται αὐτῷ ἐνεργείᾳ. ἐκ τοῦ πατρὸς ἄρα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται: ὅτι δὲ οὗτος παραλογισμὸς, ῥᾴδιον συνιδεῖν. Λύσις. οὐ γὰρ ἀληθὲς, ὅτι τὸ πνεῦμα λέγεσθαι τῆς σχέσεώς ἐστι δηλωτικὸν ἧς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ τοῦτο δῆλον, τὸν πατέρα αἴτιον καὶ προβολέα καὶ ἀρχὴν καὶ πηγὴν οἰκείως τοῦ πνεύματος λέγεσθαι.

Καὶ

Καὶ μήτε τὸ πνεῦμα ἁπλῶς προβολέως λέγεσθαι πνεῦμα, ἢ αἰτίου, ἢ πηγῆς, ἢ ἀρχῆς, μήτ᾽ ἐκείνων αὖθις πνεύματος. Οὐ γὰρ εἴτι προβολεὺς, πνεύματος λέγεται προβολεὺς, ἢ εἴτι αἴτιον, τοῦτο πνεύματος λέγεται. ὁμοίως δὲ καὶ ἀρχὴ καὶ πηγή. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν προβολεὺς, πρὸς προβλητὸν ἀποδίδοται. Τὸ δὲ αἴτιον πρὸς αἰτιατόν. Ἡ δὲ πηγὴ πρὸς πηγαζόμενον. Ἡ δὲ ἀρχὴ, πρὸς τὸ μετ᾽ αὐτήν. Οὐκοῦν ἂν εἴπῃς αὐτὸ προβλητὸν, ἢ αἰτιατὸν, ἢ πηγαζόμενον, ἢ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν, τὰ δηλοῦντα ὀνόματα εἶπες τὴν σχέσιν, καθ᾽ ἣν οἰκείως ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, ὡς προβολέα καὶ αἴτιον καὶ ἀρχὴν καὶ πηγήν. Οὐ μὴν ἂν εἴπῃς αὐτὸ πνεῦμα, τὴν σχέσιν δηλοῖς, ἣν ἔχει πρὸς τὸν πατέρα. Πνεῦμα γὰρ λέγεται, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ἀερίου πνεύματος, ὡς λεπτὸν καὶ ἄϋλον καὶ διὰ πάντων διῆκον. Τίς ἄρα ἡ ἀνάγκη, ἵνα ᾖ ὁ υἱὸς προβολεὺς καὶ αἴτιος καὶ ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐπεὶ αὐτοῦ λέγεται. Εἰ γὰρ ἐλέγετο καὶ τοῦ υἱοῦ προβλητὸν καὶ αἰτιατὸν, ὡς λέγεται καὶ τοῦ πατρὸς, ἀναγκαῖον ἂν ἦν καὶ αὐτὸν προβολέα καὶ αἴτιον αὐτοῦ εἶναι. Ἀλλὰ μὴν οὔτε προβλητὸν, οὔτε αἰτιατὸν καὶ αὐτοῦ λέγεται, ἀλλὰ μόνον πνεῦμα. Οὐκ ἀναγκαῖον ἄρα τούτου, καὶ αὐτὸν προβολέα καὶ αἴτιον εἶναι. Ὁ παραλογισμὸς οὖν παρὰ τὸ συμβεβηκός. Ἐπεὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ πνεῦμα, καὶ προβλητὸν, καὶ αἰτιατὸν λέγεται, ἔχει δὲ πρὸς τὸν πατέρα ὡς προβολέα καὶ αἴτιον σχέσιν, καθὸ προβλητὸν καὶ αἰτιατὸν, κακούργως τὸ προβλητὸν καὶ αἰτιατὸν σιωπήσαντες, καθὸ λέγεται πνεῦμα σχέσιν ἔχειν, ἔλαβον πρὸς τὸν πατέρα, ὡς πρὸς προβολέα καὶ αἴτιον. Καὶ οὕτως ἔδοξαν συλλογίσασθαι. Ὅτι ἐπεὶ τὸ πνεῦμα λέγεται καὶ τοῦ υἱοῦ, ἔστι δὲ τοῦτο δηλωτικὸν τῆς πρὸς προβολέα καὶ αἴτιον σχέσεως, καὶ υἱὸς ἄρα προβολεὺς καὶ αἴτιος ὑπάρχει τοῦ πνεύματος. Εἰ δὲ λέγεται καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, ᾗ πνεῦμα, οὐ δεῖ ταράσσεσθαι. Οὐ γὰρ πάντα ὅσα ἑτέρων εἶναι λέγεται, τῶν πρός τι ἐστί. Καὶ δεῖ πείθεσθαι τοῖς ταῦτα τεχνολογοῦσιν. Ἀλλὰ τοῦ μὲν πατρὸς λέγεται ὡς οἰκεῖον αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον. Καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν λοιπῶν πνευμάτων. Τοῦ δὲ υἱοῦ ὡς σὺν αὐτῷ ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς προϊὸν, ὡς φησι Κύριλλος, ἐν τῷ περὶ τοῦ πνεύματος λόγῳ. Κύριλ.

Καὶ

neq; Spiritus ſimpliciter productoris ſpiritus nuncupatur aut cauſæ, ſeu fontis, ſeu principij, neq; illorum rurſus ſpiritus. Non enim, ſi quid productoris nomen habet, ſpiritus productor eſſe dicitur, aut ſi quid cauſa eſt, id ipſum Spiritus cauſa appellatur. Simili ratione verò & principium & fons. Sed productor quidem ad productum refertur: cauſa verò ad effectum: fons autem ad id quod inde manat, & principium ad id quod poſterius eſt. Igitur ſi dicas idem productum aut effectum aut emanans aut quod eſt ſub principio, nomina ſignificantia reſpectum dixiſti, quem propriè habet ad patrem tanquam productorem, & cauſam & principium & fontem. Non tamen, ſi dicas ipſum Spiritum, reſpectum denotas, quem habet ad patrem. Spiritus enim dicitur, metaphora ſumpta à Spiritu aëreo, quòd ſit ſubtilis, materiæ expers, & omnia penetret. Quæ tandem neceſsitas eſt, vt ſit Filius productor & cauſſa & principium & fons Spiritus ſancti, quia ipſius eſſe dicitur? Si enim appellaretur etiam Filij productum & effectum, ſicut etiam Patris nuncupatur, neceſſarium ſanè foret, & ipſum Filium eius productorem & autorem haberi. Sed neq; productum neq; etiam effectum illius ſed ſolummodo Spiritus vocatur. Non neceſſe igitur eſt huius ipſum etiam productorem & authorem eſſe. Fallacia igitur eſt accidentis. Quia enim idem etiam Spiritus & productum & effectum dicitur, habet autem ad patrem tanquam productorem & autorem reſpectum, quatenus productum & effectum eſt: malicioſè pro ductum & effectum reticentes: illud ſecundum quod Spiritus dicitur habere reſpectum, tranſtulerunt ad patrem, vtpote ad productorem & autorem. Et ſic videntur voluiſſe argumentari. Quia Spiritus dicitur etiam Filij, illud verò ſignificat relationem ad productorem & autorem, etiam Filius productor & autor eſt Spiritus. Si verò dicitur tum Patris, tum Filij Spiritus, quatenus ſpiritus eſt, nemo perturbetur. Non enim omnia, quæ aliorum eſſe dicuntur, relatiua ſunt. Et oportet aſſentiri illis, qui de hac re diſputāt ex profeſſo. Sed Patris quidem Spiritus dicitur, quia ipſi proprius eſt, & ex ipſo eſſentiam habet. Et quoniam etiam cæteris Spiritibus opponitur. Filij autem, quod cum ipſo ex vno

fonte

fonte progreditur, vt inquit Cyrillus in ſermone de Spiritu. Spiritus enim ſanctus, ſicut ratione eſſentiæ eſt Dei & Patris Spiritus: ita etiam filij Spiritus eſt ratione eſſentiæ, quia cum Filio, eſſentialiter genito, ex Patre ineffabili modo procedit. Nos verò ſacram ſcripturam & veritatem ſequentes duernionem ſub vnitatem reducimus: vnitatem duernionis principium & cauſam ſtatuentes. Latini autem duernionem principium & cauſam vnitatis conſtituunt. Si enim quoq; tres perſonæ eſſentiæ & identitatis ratione vnum ſunt, quatenus vnitas eſt, ſed quælibet ex tribus ratione hypoſtaſeos eſt vnitas: etiam duæ, duernio, quoniam & tres, trinitas. Igitur Spiritum è Patre & Filio ſtatuentes, duernionē principium vnitatis faciunt, quod eſt abſurdum. Præterea traditum nobis eſt à ſanctis Patribus: tres Perſonas eiuſdem ſubſtantiæ & dignitatis eſſe, ſe inuicem permeantes, absq; vlla permixtione & confuſione. Et Patrem eſſe totum in toto Filio, & S. Spiritu: Filium totum, in toto Patre, & S. Spiritu: Spiritum S. totum, in toto Patre & Filio. Eſſe item incircumſcriptos. His ita præmiſſis, abſurditas ſententiæ illorum demonſtrabitur. Si enim interuentu Filij, è Patre Spiritus S. eſſentiam habet, non autem immediatè: diremptus & ſeparatus eſt à Patre. Nam quæ inſeparata ſunt: inter ea nihil intercedit. Inter quæ verò medium eſt: ea inter ſe dirempta ſint, neceſſe eſt. Quod enim ea inter ſe coniungit, vnumq; facit: id alterum ab altero diſpeſcit. Non igitur diuiſionis expers eſt Trinitas: quod noſtrum propoſitum non fuit. Deinde, cùm tres perſonas, quarum eadē ſubſtantia, eadem dignitas inter ſe eſt, ſine circumſcriptione per ſe inuicem commeent: nullo modo fieri poteſt, vt illarum vna, media reliquarum duarum ſit: vt eā, ceu vinculo, inter ſeſe colligentur. Quicquid enim ex aliquo per aliquid procedit: aut loco, aut natura, diſterminatum eſt. Immediatè igitur S. Spiritus è Patre exit. Ad hæc, quomodo Pater & Filius ſunt in toto S. Spiritu? Vtrum immediatè ambo: an proximè quidem Filius, per eum autem Pater? Coniunctior ergo, & familiarior, ipſi Filio, quàm Patri, Spiritus S.

Quod

Καὶ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς μετὰ τοῦ υἱοῦ οὐσιωδῶς γεννηθέντος, ἐκ τοῦ πατρὸς ἀφράστως ἐκπορευόμενον. Ἡμεῖς δὲ, τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἑπόμενοι, τὴν δυάδα ὑπὸ τὴν μονάδα ἀνάγομεν: τὴν μονάδα τῆς δυάδος ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τιθέμενοι. Οἱ δὲ Λατῖνοι, τὴν δυάδα ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῆς μονάδος τίθενται. Εἰ γὰρ καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, τῷ τῆς οὐσίας καὶ ταυτότητος λόγῳ ἕν εἰσιν ἡ μονὰς, ἀλλ' ἑκάστη τῶν τριῶν, τῷ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, ὑπάρχει μονάς. Καὶ αἱ δύο, δυάς. ἐπεὶ καὶ αἱ τρεῖς, τριάς. οὐκοῦν οἱ τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τιθέμενοι, τὴν δυάδα ἀρχὴν τῆς μονάδος λέγουσιν, ὅπερ ἄτοπον. Ἔτι παρεδόθη ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, ὅτι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἀξίας ὑπάρχουσι, δι' ἀλλήλων χωροῦσαι, χωρὶς τινὸς φυρμοῦ καὶ συγχύσεως. Καὶ ὡς ὁ πατὴρ ὅλως ἐν ὅλῳ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ ὁ υἱὸς ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὅλον, ἐν ὅλῳ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ. ἔτι δὲ καὶ ὡς ἀπερίγραπτοι. Τούτων τοίνυν ὑποκειμένων, φανερὸν ὡς ἄτοπος ἡ ἐκείνων θέσις δειχθήσεται. Εἰ γὰρ διὰ μέσου τοῦ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ὕπαρξιν κέκτηται, καὶ οὐκ ἀμέσως, διῃρημένον ἂν εἴη τοῦ πατρός. ἃ γάρ ἐστιν ἀδιαίρετα, τούτων οὐδὲν μεταξύ. Ὧν δέ ἐστι τι μεταξὺ, ταῦτα πάντως ἀλλήλων διῃρημένα. δι' οὗ γὰρ ἀλλήλοις ἑνοῦνται, ἐκεῖνο ἀμφοτέρων διαίρεσις. ὥστε οὐκ ἀδιαίρετος ἡ τριὰς, ὅπερ ἡμῖν οὐχ ὑπέκειτο. ἔτι ἐπεὶ τὰ τρία πρόσωπα, ὁμοούσιά τε καὶ ἰσότιμα ἀλλήλοις ὑπάρχοντα, ἀπερίγραπτα τυγχάνει δι' ἀλλήλων χωροῦντα, κατ' οὐδένα τρόπον ἐνδέχεται, ἓν ἐξ αὐτῶν μέσον τῶν λοιπῶν δύο εἶναι, ὥστε δι' ἐκείνου ἀλλήλοις ἡνῶσθαι. Πᾶν γὰρ τὸ ἔκ τινος διά του προϊὸν, ἢ τόπῳ ἢ φύσει ἐκείνου διώρισται. Ἀμέσως ἄρα τὸ ἅγιον πνεῦμα πρόεισιν ἐκ τοῦ πατρός. Ἔτι πῶς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ὑπάρχουσιν ἐν ὅλῳ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, πότερον ἀμέσως ἀμφότεροι, ἢ ἀμέσως μὲν ὁ υἱὸς, δι' αὐτοῦ δὲ ὁ πατήρ. οἰκειότερον ἄρα τῷ υἱῷ ἢ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ὁ γὰρ

ὃ γὰρ ἀμέσως ἐνυπάρχει, τοῦτο ἐγγύτερον. τὸ δ' ἐγγύτερον, ἅπαν οἰκειότερον. εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, καὶ ἀμέσως ἐν ὅλῳ τῷ πνεύματι ὁ πατὴρ ὑπάρχει, δῆλον ὅτι ἀντιστρέφει. ὥστε τὸ πνεῦμα ὅλον ἐν ὅλῳ τῷ πατρὶ ἀμέσως ὑπάρχειν. Οὐκ ἂν ἄρ' ἐμμέσως ἐξ ἐκείνου σχοίη τὴν ὕπαρξιν: μάλιστα δ' ἄν τις τοῦτο ἐλέγξειεν ὡς ἀνακόλουθον ἐκ τῶν ὧν προφέρουσι λόγων τινες, συνιστᾶν βουλόμενοι τὰς ἑαυτῶν ὑπολήψεις. ὡς γὰρ λέγουσι, δι' οὐδὲν ἄλλο τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προβάλλουσιν, ἢ ἵνα δείξωσι, κατὰ πάντα τοῦτον ἴσον τῷ πατρί. ἄνισον αὐτὸν ὑπολαμβάνοντες τῷ πατρὶ, εἰ μὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ παράκλητος πρόεισιν. Οὐκοῦν ἔδει τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξ ἀμφοτέρων προέρχεσθαι, ἢ ἀμέσως, ἢ ἐμμέσως. καὶ μὴ ἐκ τοῦδε μὲν ἐμμέσως, ἐκ τοῦ λοιποῦ δὲ ἀμέσως. εἴπερ κατὰ τοῦτο ἐξισοῦν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ἐβούλοντο. νῦν δὲ καὶ τὸ οὐκ ὀρθὸν δόγμα ἔσχε παρείσδυσιν, καὶ ἡ ἀνισότης ἔμεινεν ὡς πρῶτον. Ἔτι εἰ δεῖ καὶ τὸν υἱὸν αἴτιον εἶναι, εἴπερ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, δεῖ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦθ' ὑπάρχειν, εἴπερ ἀμφοῖν ὁμοούσιον. Καὶ οὐκ ἄλλως καὶ ἄλλως, ἀλλ' ὡσαύτως καὶ τῶν αὐτῶν, καὶ τὰ τρία αἴτια εἶναι. ὥστ' ἐπεὶ ὁ πατὴρ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ μὲν γεννητῶς, τοῦ δ' ἐκπορευτῶς, δεῖ ἄρα τῶν αὐτῶν ὡσαύτως καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα εἶναι αἴτια. τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ποῦ γὰρ μὲν ὁ θεολόγος Γρηγόριος δίρρυτον χάριν καὶ δίδυμον ἀκτῖνα, ἐκ μόνης πηγῆς τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα φάσκων, ποῦ δὲ εἰς ἓν αἴτιον τὸν πατέρα ἄμφω τὰ αἰτιατὰ λέγων ἀναφέρεσθαι. πρῶτον μὲν ὅτι πάντων μία πρώτη ἀρχὴ, ἐξ ἧς ἅπαντα. εἶθ' ὅτι καθ' ὅσα λέγεται ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, ταῦτα ἀπαραλλάκτως καὶ ἐπίσης ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ ἔχει. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ ἀμφοῖν ὁμοούσιον. Καὶ ὅτι, ὅπερ οὐκ ἔχει μία τις τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἑτέρα δέ τις τοῦτ' ἔχει, τοῦτο χαρακτηριστικόν ἐστιν ὑποστάσεως. Εἰ οὖν ἀμέσως ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεται, ἢ πάντως

Quod enim immediatè ineſt, propius eſt: quod autem propius, eſt coniunctius & familiarius omne. Sin hoc rationi alienum eſt: & proximè in toto Spiritu Pater eſt: manifeſtum eſt, conuerti: ita vt Spiritus totus in toto Patre immediatè inſit. Quare non per medium ex eo ortum ducit. Maximè autem hoc coargui abſurditatis poteſt rationibus ijs: quas quidam ad ſtabiliendas ſuas opiniones afferunt. Dicunt enim, ſe nulla alia de cauſa, è Filio quoq; producere Spiritum: niſi vt hunc per omnia æqualem Patri demonſtrent: opinantes, Patri inæqualem fore paracletum, niſi ex ipſo quoq; progrediatur. Igitur oportebat eodē modo ex vtroq; procedere, ſeu immediatè ſeu mediatè: non autem, ex vno mediatè, ex altero immediatè: ſi hoc modò exæquare Patri Filium vellent. Nunc verò, præterquā quòd inæqualitatem non ſuſtulerunt, dogma inſuper non rectum introduxerunt. Deinde, ſi Filium quoq; cauſam eſſe oportet, quod eiuſdem eſſentiæ ſit cum Patre: idem ius Spiritui S. eſſe conuenit, cùm vtriq; conſubſtantialis ſit. Neq; alio atq; alio, ſed eodem modo, & eorundem, omnes quoq; tres illos cauſas eſſe. Quocirca, cùm Pater ſit autor, ſeu cauſa, Filij & Spiritus ſancti: illius, modo generationis: huius modo proceſsionis: eorundem profectò, ſimili modo, & Filium, & Spiritū, eſſe cauſas oportet: quod tamen fieri nulla ratione poteſt. Gregorius enim ille Theologus, alicubi duplicis riui gratiam, & geminum radium, ex ſolo fonte Patris, Filium & Spiritum, perhibet: alicubi ad vnam cauſam & originem, nempe Patrem, ambo illius cauſæ effecta refert. Primùm, quia omnium eſt quoddam primum principium, ex quo omnia fluunt. Deinde, quòd, quibuscunq; rebus Filius dicitur Patri conſubſtantialis: eas immutabili & pari ratione cum Patre Filius habet: ſicut & Spiritus S. cum eius eadem ſit cum ambobus eſſentia. Et quòd, quicquid vna aliqua trium perſonarum non habet, alia autem habet: illud propria nota eſt illius perſonæ, à cæteris eam diſtinguens. Si igitur immediatè ex vtroq; procedit: omnino hoc

aut tanquam ex vno ad numerum fonte, aut tanquam è duobus, facit. Si tanquam ex vno ad numerum è Patre & Filio progreditur: vnũ numero erit id, quod Spiritum profert. Erit itaq; Pater & Filius, vnus numero productor, & autor S. Spiritus. Quare vna erit Patris & Filij perſona, ſeu hypoſtaſis: ſublata Trinitate, iam ad duernionem redacta. Nam productorem cauſamq; eſſe, ſignum determinatioq; perſonæ eſt: ſiquidem non conuenit etiam ſpiritui. Sin autem, tanquam ex duobus numero fontibus, ex ambobus primùm procedit: duo prima principia erunt, non reducto altero ſub alterum. Quatenus enim principium eſt: non quadrat, Filium ſub Patrem ſubijci, (quod accidit illis, qui per ipſum è Patre Spiritum educunt) ſed ſi omnino: tum ea ratione, qua eſt Filius. Quapropter non erit vnum primum principium omnium.

Videtis, quantum abſurditatis ſequatur vndiquaq;: ſi ſtatuatur Spiritus ex Patre Filioq; prodire? Nolite per Dominum immortalem malè ſapere. Si enim Latini (Eccleſia Romana, & alij) probatos, vt ipſi putant, producunt teſtes: Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, alios nonnullos: poſſumus etiam nos veritatis tuendæ cauſa producere multò plures, eoſq; fide digniores. Quos nam illos? Spiritu Dei afflatos Patres: quorum ſplendor in ſacris Synodis enituit: qui terram virtute cœlum reddiderunt: & ſupra Solem, miraculis operibusq; bonis vndiq; claruerunt. Hi ex Patre ſolo ſpiritum S. procedere pronunciarunt: & diuerſum ſentire, grauiſsimis Anathematis pœnis vetuerunt: Paulum nimirũ ſecuti, qui ait: Si quis aliud vobis Euangelium, quàm id, quod accepiſtis, annunciauerit: anathema eſto.

Nam ſi Filius produceret Spiritum, & eius eſſet autor: quî fieri potuiſſet, vt ab œcumenicis Synodis, hoc ita neceſſarium dogma ſilentio præteriretur? perſpicitur ergo hinc: iſtos, ſuis cupiditatibus gratificatos, poſt ſacras demum Synodos iſtam particulam addidiſſe. Niſi enim ſic eſſet: non certè, cæteris vnum idemq; ſentientibus, ipſi quoq; ſanctiſsimi Romæ Antiſtites illis VII. ſanctis Synodis interfuiſſent.

Quod

ἢ πάντως ὡς ἐκ μιᾶς πηγῆς τῷ ἀριθμῷ, ἢ ὡς δύο. Εἰ μὲν οὖν ὡς ἐκ μιᾶς τῷ ἀριθμῷ πηγῆς ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα προέρχεται, ἓν ἔσται τῷ ἀριθμῷ τὸ προβάλλον. Ὥστε ἔσται ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς εἷς τῷ ἀριθμῷ προβολεὺς, καὶ αἴτιος τοῦ ἁγίου πνεύματος. Μία ἄρα πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπόστασις, καὶ ἀπώχετο ἡ τριὰς, εἰς δυάδα περιορισθεῖσα. Τὸ γὰρ εἶναι προβολέα καὶ αἴτιον, ἐμφαντικόν ἐστιν ὑποστάσεως, ὅπερ οὐκ ἔστι καὶ τοῦ πνεύματος. Εἰ δὲ ὡς ἐκ δύο τῷ ἀριθμῷ πηγῶν, ἐξ ἀμφοῖν πρώτως πρόεισιν, δύο πρῶται ἀρχαὶ ἔσονται, μὴ ἀναγομένης τῆς ἑτέρας ὑπὸ τὴν ἑτέραν. Καθὸ γὰρ ἀρχὴ, οὐ συμβαίνει τὸν υἱὸν ὑπὸ τὸν πατέρα ἀνάγεσθαι. Ὅπερ συνέβαινε τοῖς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα προβάλλουσιν, ἀλλ' εἴπερ καθὸ υἱός. Ὥστε οὐ μία πρώτη πάντων ἀρχή.

Ὁρᾶτε πόσα ἄτοπα ἕπεται πανταχόθεν, τοῖς λέγουσι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι; μὴ διὰ τὸν κύριον κακῶς φρονεῖν θέλετε. Εἰ γὰρ καὶ λατῖνοι, ἡ τῆς ῥώμης ἐκκλησία, καὶ ἄλλοι, εὐπαραδέκτους δῆθεν παράγουσι μάρτυρας, Αὐγουστῖνον, ἀμβρόσιον, ἱερώνυμον, καὶ ἄλλους τινὰς, ἀλλ' ἔχομεν καὶ ἡμεῖς ἀντιπαραγαγεῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πολλῷ πλείονας καὶ ἀξιοπιστοτέρους. Ποίους τούτους; τοὺς ἐν ταῖς ἁγίαις συνόδοις διαπρέψαντας θεοφόρους πατέρας. Τοὺς τὴν γῆν οὐρανώσαντας, καὶ ὑπὲρ ἥλιον τοῖς θαύμασι καὶ καλοῖς ἔργοις διαλάμψαντας, ἐκ πατρὸς μόνου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἀποφηναμένους. Καὶ μὴ ἕτερον φρονεῖν προστάττοντας, ἐν ἐπιτιμίοις βαρυτάτοις τοῦ ἀναθέματος, παύλῳ ἑπόμενοι ἀποφηναμένῳ. εἴτις εὐαγγελίζεται ὑμῖν, ἄλλό τι παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἰ γὰρ ἦν προβολεὺς ὁ υἱὸς καὶ τοῦ πνεύματος αἴτιος, πῶς αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι τὸ τοιοῦτον ἀναγκαιότατον δόγμα παρεσιώπησαν; εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τοῖς αὐτῶν θελήμασι χαριζόμενοι, μετὰ τὰς ἁγίας συνόδους, τὴν προσθήκην ταύτην προσέθεντο. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁμονοούντων ἁπάντων, καὶ αὐτοὶ συμπαρῆσαν ταῖς ἁγίαις ἑπτὰ συνόδοις, οἱ τῆς Ῥώμης ἱερώτατοι πρόεδροι.

Εἰ οὖν

Εἰ οὖν καί τινα σοφιζόμενοι οἱ πρὸ ἡμῶν εἶπον, σοφίσματα ἀνατρέποντες, ὡς εἴπομεν, πάτταλον παττάλοις ἐκκρούοντες, ἀλλ' ἡμεῖς οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης τὰ ἡμέτερα οἰκονομοῦμεν, ἀλλὰ γραφῆς ἀποδείξεσι τὴν σύστασιν κεκτῆσθαι ἐθέλομεν. Παῦλος γὰρ λέγει, μηδεὶς ἔστω ὁ συλαγωγῶν ὑμᾶς, διὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ κενῆς ἀπάτης. Ἐξ οὗ δὴ θείου ῥητοῦ διδασκόμεθα, τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν, οὐδόλως μάχεσθαι τῇ θεολογίᾳ. Ἀλήθεια γὰρ τῇ ἀληθείᾳ οὐ μάχεται. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἑπομένου, καὶ κενῆς ἀπάτης. Ὥστε ἡ μὴ διάκενος σοφία, ὑπηρετεῖ τῇ θεολογίᾳ μᾶλλον, ἢ ἀντιφέρεται. Καὶ ὑμεῖς οὖν, ὦ τέκνα μου ἐν χριστῷ ἀγαπητά, ἅτε σὺν θεῷ μὴ διάκενον ἔχοντες σοφίαν, συνηγορεῖν ὀφείλετε τῇ θεολογίᾳ. Ἧς πάντως ἀρχηγὸς οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος. εἶτα καὶ οἱ συμφωνοῦντες αὐτῷ θεῖοι τῆς ἐκκλησίας ποιμένες καὶ διδάσκαλοι. Ἐξ ὧν μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ οἱ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ζ. συνόδου πατέρες καὶ τοῦτο ἐθέσπισαν. ἡμεῖς τοὺς προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας, ἀναθεματίζομεν. Ἔτι οὐδὲ τοῦτο παροπτέον ἀγαπητοί, ὅτι ἀπὸ τῆς ἑβδόμης πέντε καὶ ἑβδομήκοντα παρελθόντων ἐνιαυτῶν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ μακεδόνος, ἐν Κωνσταντίνου πόλει σύνοδος τοπικὴ συνηθροίσθη. Ταύτης δὲ τῆς τηνικαῦτα συναθροισθείσης ἁγίας συνόδου τὸ αἴτιον ἦν, δι' ἣν τὸ πᾶν εἴργασται, τῇ τοῦ πάπα βουλῇ, καὶ τῇ βασιλέως προτροπῇ, ἵνα Φώτιον τὸν ἁγιώτατον τῷ θρόνῳ τῆς βασιλίδος ἐγκαθιδρύσῃ, καὶ τοὺς μετά τινος ἐπικρύψεως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τολμῶντας λέγειν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἐκκηρύκτους ποιήσῃ. Ταύτῃ γοῦν τῇ συνόδῳ ὁ ἁγιώτατος πάπας Ἰωάννης, διὰ Πέτρου ἐπισκόπου καὶ Καρδηναλίου, Παύλου τε καὶ Εὐγενίου, ἐπισκόπων τε καὶ τοποτηρητῶν αὐτοῦ συνομολογεῖ. Καὶ τὸν εἰς τὸ ἑξῆς προσθεῖναι ἢ ἀφελέσθαι τι τολμήσοντα καθυποβάλλει τῷ ἀναθέματι. ἀλλὰ δὴ καὶ οὗτος ὁ πάπας Ἰωάννης, τούτῳ τῷ Φωτίῳ τότε ἐπιστέλλων φησί. Πάλιν παραδηλοῦμαι τῇ σῇ αἰδεσιμότητι, περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου, δι' ὃ συνέβη τὰ σκάνδαλα μέσον τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ χριστοῦ, ἔχε πρὸς ἡμᾶς πληροφορίαν, ὅτι οὐ μόνον λέγομεν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρώτως θαρρήσαντας τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ τοῦτο ποιῆσαι, παραβάτας κρίνομεν τῶν

Quòd ſi etiam,qui ante nos vixerunt,aliqua Sophiſticè dixerunt: quibus Sophiſmata, vt diximus,euerterent, clauum clauo expellentes:nos tamen nō probabilitate&perſuaſione humanæ ſapientiæ,noſtram ſententiam tuemur: ſed demonſtrationibus ſcripturæ ſtabilitam eſſe volumus. Inquit enim Paulus: Nemo vos, ceu prædam captiuos ducat, per Philoſophiam, & inanem deceptionem. Quo dicto docemur: veram Philoſophiam nequaquam pugnare cum Theologia. Veritas enim cum veritate non pugnat. Patet ex eo,quod ſequitur, & inanem deceptionem. Ergo, quæ non per omnia inanis eſt ſapientia,inſeruit Theologiæ potiùs,quam aduerſatur. Et vos igitur, filij mei in Chriſto dilecti, vt qui beneficio Dei non inanē prorſus ſapientiam habetis, adſtipulari debetis Theologiæ: cuius planè Princeps ac Dux eſt,non Angelus,non homo,ſed ipſe Dominus. Deinde, qui cum eo conſonant, diuini Eccleſiæ Paſtores & Doctores. E quibus,inter alia etiam ſanctæ VII. œcumenicæ Synodi Patres hoc ſanxerunt: Nos,eos,qui aliquid addunt,aut demunt,anathemate ferimus. Præterea nec hoc prætereundum eſt, dilecti: elapſis ab illa Septima LXXV. annis,imperante Baſilio Macedone,Conſtantinopoli S.Synodum prouincialem coactam fuiſſe. Eius rei cauſa hæc fuit (vbi totum negotium conſilio Papæ,& Imperatoris hortatu, geſtum eſt)vt Photium, virum ſanctiſsimum,in ſolio Patriarchico Regiæ vrbis collocarent: & illos,qui ſub quadam occultatione audebant dicere, Spiritum S. è Filio quoq; procedere, publica voce eijcerent. Huic tali Synodo, ſanctiſsimus Papa Ioannes, ore Petri EpiſcopiCardinaliſq;,& Pauli, atq; Eugenij Epiſcoporum Vicariorumq; ſuorum,conſenſit:eumq; qui poſtea quid addere aut demere auſurus eſſet, anathemati ſubiecit. Idem etiam Ioannes,in Epiſtola, tunc ad illumPhotium miſſa,ſic inquit:Rurſus venerabilitati tuæ ſignifico de illo Articulo: propter quem offenſiones extiterunt in Eccleſijs Chriſti. De eo certum habeto: à nobis non ſolùm dici hoc: ſed illos etiam, qui initiò auſi ſunt vecordia ſua ſic facere, violatores iudicari Diuino-

diuinorum oraculorum, & immutatores Theologiæ Domini Chriſti,& ſanctorum patrum,& ſocietati Iudæ adiudicari. Huic rei etiam hoc fidem facit: quod ab eo tempore,ad Chriſtophorum vſq; , anni præterierunt CXXX, per quod totum ſpacium, omnes ſanctiſsimi Romani præſides nobiſcum ſenſerunt.

Verùm quid hæc dici opus eſt, quanquam miram vim ad veritatis deprehenſionem habentia? manifeſtiſsimè hæc de Spiritu quæſtio, tum ſententijs ſanctarum VII. œcumenicarum Synodorum,(in quibus bis mille diuini Patres ſtrenuè dimicârunt: qui ſatis ſuperq; ſunt) tum ipſis Domini verbis,declarata eſt. Quorum ſanctorum decretis & legibus acquieſcere, ea admirari, & in eis perſiſtere, par eſt: quippe qui non minus vitæ ſanctimonia, quàm præſtantia eruditionis orationisq; , inſtar ſtellarum,effulſerunt: nec vnam tantùm gentem,ſed omnino tot,quot hic Sol aſpicit,ad pietatis amorem inflammârunt.

Synod. 1. Inquiunt igitur primæ Nicænæ ſynodi lumina, Patres ſancti, ad dubitantem Philoſophum, inter alia ſic. Accipe vnam diuinitatem Patris, qui Filium genuit modo inexplicabili: & Filij, ex ipſo generati: & S. Spiritus, qui ex ipſo Patre proficiſcitur, ſed Filij proprius eſt,iuxta illud Apoſtoli: Si quis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius. Notatu dignum eſt (non enim certè fruſtra à diuino illo cętu dictum) & hoc, quod de Spiritu S. dictum eſt: qui ex ipſo Patre proficiſcitur.Aliâs enim non ſic loqui ſolemus. Sed illi, poſtquam proximè Filij perſonam ſubiecerunt,dicentes: Accipe in Filio eandem diuinitatem, qui ex ipſo natus: addiderunt: & S.Spiritus, qui proficiſcitur ex ipſo. Quo in loco cùm metuerent: ne illud, QVI ex ipſo,de Filio dictum aliquis putaret: adiecerunt beati Patres particulæ, ex ipſo,vocem,Patre: ne vllum locum habere poſſet talis prætextus. Si verò ex Filio ſenſiſſent proficiſci S.Spiritum: fruſtra id verbum additum fuiſſet. Idem etiā ex forma orationis,& diuiſione, qua vſi ſunt,patet. Productionē enim Spiritus,Patri aſsignant: de Filio verò dicunt, id eſſe proprium eius, quod naturalem coniunctionē ſpiritus cum filio ſignificat. Et

τῶν θείων λογίων, καὶ μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ μετὰ τοῦ Ἰούδα αὐτοὺς τάττομεν. Καὶ τόδε εἰς πίστωσιν ἔτι, ὅτι ἐκ τότε μέχρι τοῦ Χριστοφόρου ἔτη παρῆλθον ρλ΄. ἐν οἷς πάντες οἱ τῆς Ῥώμης ἱερώτατοι πρόεδροι ἡμῖν συνεφώνουν.

Ἀλλὰ τί ταῦτα εἴποι τις ἄν, εἰ καὶ θαυμάσια εἰς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν, ἐμφανέστερον γινόμενον τὸ περὶ τοῦ πνεύματος ζητούμενον, ἀπό τε τῶν ἀποφάσεων τῶν ἁγίων ζ΄. οἰκουμενικῶν συνόδων, δισχιλίων ὄντων τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν ταύταις ἀγωνισαμένων θείων πατέρων, καὶ ὑπεραρκούντων, καὶ ἀπὸ τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων αὐτῶν. Ὧν δὴ ἁγίων τὰ δόγματα καὶ τοὺς νόμους στέργειν δίκαιον καὶ θαυμάζειν, καὶ τούτοις ἐμμένειν. Οὐχ ἧττον γὰρ βίου λαμπρότητι, ἢ λόγου δυνάμει, ὡς ἀστέρες ἐξέλαμπον. Οὐχ ἓν ἔθνος τῇ εὐσεβείᾳ πυρσεύσαντες, ἀλλ᾽ ὅσαπερ ἀτεχνῶς ὁ ὁρώμενος ἥλιος ἐφορᾷ.

Φασὶ τοίνυν οἱ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν πρώτῃ συνόδῳ συνελθόντες φωστῆρες ἅγιοι πατέρες, πρὸς τὸν διαπορῶντα φιλόσοφον, τοιάδε μετὰ τῶν ἄλλων. Δέχου μίαν θεότητα πατρός, τοῦ γεννήσαντος τὸν υἱὸν ἀνεκφράστως. Καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ γεγεννημένου ἐξ αὐτοῦ. καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρός. ἰδίου δὲ ὄντος τοῦ υἱοῦ, καθά φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. προσέχειν δὲ ἄξιον, οὐ γὰρ μάτην εἴρηται τῷ θείῳ ἐκείνῳ χορῷ, τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένον, τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρός. οὐ γὰρ οὕτως εἰώθαμεν τὰ νοήματα ἀπαγγέλλειν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ προσεχῶς τοῦ υἱοῦ ἐμνημόνευσαν, εἰπόντες, δέχου καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τὴν αὐτὴν θεότητα, γεγεννημένου ἐξ αὐτοῦ. εἶτα ἐπήγαγον καὶ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ. δείσαντες οἱ μακάριοι πατέρες, μήποτε τὸ ἐξ αὐτοῦ, περὶ τοῦ υἱοῦ εἰρῆσθαι δόξῃ τισί, συνῆψαν τῷ ἐξ αὐτοῦ, τό, ἐκ τοῦ πατρός. ὅπως μηδεμία χώρα περιλειφθῇ προφάσεως τοιαύτης. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον ᾔδεσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, περίεργον ἡ προσθήκη. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν λόγον οὕτω παραγαγεῖν καὶ διαιρέσει χρήσασθαι. καὶ τὴν μὲν προβολὴν ἀποδοῦναι τῷ πατρί, περὶ δὲ υἱοῦ εἰπεῖν, ὡς ἴδιον αὐτοῦ ἐστιν, ὅπερ ἴδιον, οἰκειότητα φυσικὴν ἐμφαίνει τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν. Σύνοδος α. Καὶ

καὶ αὐτοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα δείκνυσιν. οὐ μέντοιγε ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον. ὡς ὁ Παῦλος λέγει. εἴ τις πνεῦμα χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Καὶ ὁ Βασίλειος: ἀλλὰ καὶ πνεῦμα χριστοῦ λέγεται, ὡς ᾠκειωμένον κατὰ φύσιν αὐτῷ. Καὶ χρυσόστομος. πνεῦμα θεοῦ καὶ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ: ἄλλό ἐστι λέγειν τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλο ἐκ τοῦ θεοῦ. πᾶσα οὖν ἀνάγκη, καὶ ἄλλο υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα λέγειν, καὶ ἄλλο ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι. Καὶ πάλιν ὁ μακάριος χορὸς οὗτος. μία μὲν ἡ φύσις, τρία δὲ τὰ πρόσωπα λεκτέα. πηγὴ, ποταμὸς, ὕδωρ. ἀλλ᾽ οὐδεὶς καλεῖ τὸν ποταμὸν πηγὴν, ἢ τὴν πηγὴν ποταμόν. πηγὴ οὖν θεότητος ὁ πατὴρ, γεννῶν τὸν υἱὸν, προβάλλων δὲ τὸ πνεῦμα. Ἀποφάσκεται δὲ ἡ πηγὴ, ἐκ τοῦ υἱοῦ. Ὡς καὶ χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὸν ϟγ´ ψαλμὸν σαφηνίζει, λέγων. πόθεν τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; ζητήσωμεν αὐτοῦ τὴν πηγήν. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ πατὴρ, ποταμὸς ἐκ ταύτης προερχόμενος ὁ υἱὸς, ὕδωρ τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς πηγῆς προερχόμενον τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

Σύνοδ. β. Οἱ δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ οἰκουμενικῇ συνῳδὰ τούτοις φάσκοντες, θεολογοῦσι. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Ἡ γὰρ συνέλευσις τῆς δευτέρας συνόδου ταύτης, ὡς οἴδατε, ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου συναθροισθεῖσα, κατὰ τοῦ πνευματομάχου μακεδονίου ἐγένετο. Ὅθεν καὶ, ὡς ἡ πρώτη τὸ ὁμοούσιον ἐκήρυξεν, κτίσμα τοῦ θεομανοῦς ἀρείου τὸν υἱὸν βλασφημήσαντος, οὕτω καὶ αὕτη ἡ δευτέρα σκοπὸν ἔχει κύριον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅθεν καὶ περὶ αὐτοῦ διετράνωσε τὴν ἐκπόρευσιν.

Σύνοδ. γ´. καὶ δ´. Ἀλλὰ καὶ ἡ τρίτη σύνοδος ἡ οἰκουμενικὴ συμφρονοῦσα, λέγει αὐταῖς, καὶ ἡ τετάρτη ὁμοίως. Ἡ μὲν ἀποφηναμένη, μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν παρὰ τὴν ἐν νικαίᾳ. Ἡ δὲ, κατ᾽ οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν. Ἡ δὲ πίστις, ὡς φαίνεται, πρώτης καὶ δευτέρας ἡ περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἴδιον δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ. Ὁρᾶτε, πῶς ἀλλήλων ἔχονται, καὶ μία τὴν ἑτέραν κυροῖ;

Δῆλον

& ipſius eſſe Spiritum monſtrat, non autem ex ipſo progredi. Sicut Paulus ait: Si quis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius. Et Baſilius: Sed & Spiritus Chriſti dicitur, tanquam natura coniunctus ei, & familiaris. Chryſoſtomus etiam, Spiritus Dei, inquit, & Spiritus, qui eſt ex Deo. Aliud eſt, dicere, Dei, aliud, ex Deo. Omnibus modis igitur neceſſe eſt: inter ſe differre hæc duo, Filij Spiritum eſſe, & ex Filio eſſe. Rurſus, à beato illo choro dicitur: vna dicenda eſt natura, tres verò perſonæ. Tria ſunt, Fons, fluuius, aqua. Sed à nemine fluuius appellatur nomine fontis, aut fons nomine fluuij. Fons ergo diuinitatis, Pater eſt: qui generat Filium, producit Spiritum. Negatur Filius eſſe Fons: quod ex Chryſoſtomi etiam in XCIII. Pſalmum enarratione clarum eſt. Vnde, inquit, aqua illa viua eſt? Quæramus eius fontem. Fons aquæ viuentis, eſt Pater: Fluuius ex eo promanans, Filius: Aqua huius Spiritus ſanctus eſt, è fonte Dei Patris profluens.

Secundæ quoq; œcumenicæ Synodi Patres, his conſona ex Theologia ſtatuunt. Credimus, inquiunt, & in Spiritum S. qui Dominus eſt, qui viuificus eſt, qui è Patre procedit: qui vnà cum Patre & Filio adoratur, & vnà glorificatur. Scitis enim, hanc Synodum, imperante Theodoſio magno, aduerſus oppugnatorem Spiritus Macedonium congregatam fuiſſe. Qua de cauſa, ſicut prima Synodus, cùm inſanus in Deum Arius, Filium contumelioſè in gregem creaturarũ abieciſſet, conſubſtantialitatem prædicauit: ita hæc ſecunda, proprium ſibi ſcopum propoſitum habet, Deitatem Spiritus ſancti. Ideo quoq; de ipſius progreſsione diſertè tradidit. Synod. 2.

His & tertia vniuerſalis Synodus adſtipulatur, & quarta. Illa enim proũnciat, nemini licere, vllam aliam, præter Nicænam, proferre fidem. Hæc verò, nullo modo, inquit, patimur, à quoquã concuti fidem ſemel definitam. Primæ autem & ſecundæ Synodi, vt liquet, fides, quæ de Spiritu agit, ſtatuit: Spiritum è Patre prodire: & proprium etiam Filij eſſe. Videtis, quomodo inter ſe connexæ Synodi ſint, & alia aliam ratam habeat. Synod. 3. & 4.

Synod.5. Conſtat verò quinti etiam vniuerſalis Concilij Patres, tum de hac, tum de alijs quæſtionibus Theologicis, locutos eſſe. Vnde eſt hic locus ad verbum. Cùm enim in multis nõ piè dixerint Origenis ſectatores, (propter quem, & contra quem, hæc Synodus inſtituta eſt) propter omnia conuenit, barathroq; & exitio adiudicauit. Idem & à Synodo contra Maſſalianos conflata, factum apparet. Dicitur enim ibi, in ijſdem actis, ad verbum. Cùm enim in multis eos blaſphemia vſos deprehendiſſet: propter omnia, vt par erat, ab Eccleſiæ conſortio excluſit. Solent enim vniuerſales Synodi, non de ijs tantùm, quæ propoſita ſunt, verba facere: ſed de omnibus etiam alijs, quæ emerſerunt, ita derterminare, vt oportet, quemadmodum diximus: id nõ ex prima & ſecunda tantùm: ſed ex omnibus etiam reliquis Synodis, perſpicitur. Nec dogmatum tantummodo aſſertione ſtudium ſuum terminàrunt: verum etiam reliqui Eccleſiaſtici ordinis curam geſſerunt, regulis rectè viuendi editis. Nam quia ſe Dei miniſtros eſſe volebant: non ſatis eſſe exiſtimàrunt: dogmata quidem habere ſana, opera verò, morbida: cùm mortua ſit talis fides, minimèq; Deo viuenti conueniens.

Δῆλον δὲ ὅτι καὶ οἱ τῆς πέμπτης οἰκουμενικῆς καὶ περὶ τούτου ἐλάλησαν, καὶ περὶ ἄλλων ζητημάτων θεολογικῶν, ἐξ ὧν λέγει ῥητῶς. Πολλῶν γὰρ ὄντων ἐν οἷς οὐ πρὸς εὐσέβειαν ἔλεγον οἱ περὶ Ὠριγένην, (δι᾽ ὃν, καὶ καθ᾽ οὗ ὁ σκοπὸς τῇ συνόδῳ ταύτῃ) πάντων ἕνεκεν συνῆλθε, καὶ τῷ βαράθρῳ παρέδωκεν. Τοῦτο καὶ ἡ κατὰ μασσαλιανῶν σύνοδος ποιήσασα φαίνεται. λέγει γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς πρακτικοῖς ῥητῶς. Ἐπὶ πολλοῖς γὰρ αὐτοὺς φωράσασα βλασφημοῦντας, ἐπὶ πᾶσιν, ὡς εἰκὸς, ἀπεκήρυξεν. Οὐκ ἔθος γὰρ ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, ἵνα περὶ ὧν ἡ πρόθεσις μόνον, περὶ τούτων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν ἀναφυέντων τὸ δέον ὁρίζουσιν ὡς εἴπομεν, ὡς ἔντε τῇ πρώτῃ φανερὸν, δευτέρᾳ, τρίτῃ, τετάρτῃ, πέμπτῃ, καὶ ταῖς λοιπαῖς. Καὶ οὐδὲ μέχρι δογμάτων τὴν προθυμίαν ἔστησαν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἐφρόντισαν ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, κανόνας ἐκδόντες, τῆς ὀρθῆς πολιτείας ἕνεκα. Θεῷ γὰρ ζῶντι λατρεύοντες, οὐχ ἱκανὸν ἡγοῦντο, ἐν δόγμασι μὲν ὑγιαίνειν, ἐν ἔργοις δὲ νοσεῖν: νεκρὰ γὰρ ἡ τοιαύτη πίστις, καὶ ἥκιστα θεῷ ζῶντι πρέπουσα.

Synod.6. Inſuper ſextæ quoq; præcedentibus conſentientis, & ſancti Spiritus afflatu motæ, canon primus inquit. Statuimus, nihil nouandum & immutandum eſſe in Fide: ſed ita conſeruandam, vt tradita nobis eſt à ſanctis Apoſtolis, & CCCXVIII. ſancti Nicæni, cæteriſq; reliquorum conciliorum Patribus: omnibus deniq;, quorum pietas Eccleſiæ Dei decora fuit, viris laudatis: qui velut lumina clara, in mundo fulſerunt, verbum vitæ tenentes, & cætera.

Ἔτι καὶ ἡ ἕκτη ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι ταύταις, ὁμονοοῦσα, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κινουμένη, λέγει. Ὁρίζομεν ἀκαινοτόμητόν τε καὶ ἀπαράτρωτον φυλάττειν τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν τιή. ἁγίων πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων συνόδων. καὶ πάντων τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ θεοῦ διαπρεψάντων ἀνδρῶν. οἳ γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, καὶ τὰ λοιπά. Σύνοδ. ϛ.

Synod.7. Septima deniq; Synodus, auream hanc coronam complicans, & contrahens, vno eodemq S. Spiritu, ſuo canone ſic pronuntiat. Nos vetera inſtituta & ſanctiones Catholicæ Eccleſiæ ſequimur: nos decreta Patrum cuſtodimus: nos, quicunq; aliquid addunt, aut detrahunt

Προσέτι καὶ ἡ ἑβδόμη, τὴν χρυσαυγῆ ἅλυσιν ταύτην πλέκουσα καὶ συνέλκουσα ἁγίῳ πνεύματι ἑνὶ, ἐν τῷ ὅρῳ αὐτῆς ἀποφαίνεται. Ἡμεῖς τῇ ἀρχαίᾳ θεσμοθεσίᾳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπακολουθοῦμεν: ἡμεῖς τοὺς θεσμοὺς τῶν πατέρων φυλάττομεν. ἡμεῖς τοὺς προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας Συνόδ. ζ.

ρεῦντας ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀναθεματίζομεν.

Καὶ ταῦτα μὲν ἡ κοινὴ ψῆφος τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων ὡς ἐν συντόμῳ ἀπεφήνατο.

Σκοπῶμεν δὴ, εἰ δοκεῖ, καὶ τὰ ἐν ἰδίοις συγγράμμασι τῶν ἐν ταύταις ἐξάρχων καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, τί ἕκαστος εἶπε περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναφορὰν ποιούμενος, καὶ περὶ ἐκπορεύσεως δογματίζων. Καὶ πρῶτον σκοπήσωμεν τὸν τῆς παλαιᾶς ῥώμης ἅγιον Σύλβεστρον. *Σύλβεστρος.* τί ἐν τῇ κατὰ τοῦ γόητος ἐκείνου εὐχῇ εἶπεν. οὗτος γὰρ ἔξαρχος ἦν τῆς πρώτης συνόδου. εἷς ὑπάρχει θεὸς ἀληθινὸς ὁ πατὴρ, ἀληθινὸν υἱὸν ἔχων ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα. ἀληθινὸν πνεῦμα ἅγιον ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κήρυξ, ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, *Ἀθανάσιος.* πολλὰ ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι λέγει, ἀλλὰ κἂν τῇ πρὸς Σεραπίωνα. οὐκοῦν καλῶς φρονοῦντες περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐδὲ περὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονοῦσιν. Εἰ γὰρ ἐφρόνουν ὀρθῶς περὶ τοῦ λόγου, ἐφρόνουν ἂν ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος: ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τοῦ υἱοῦ ἴδιον ὂν, παρ' αὐτοῦ μεταδίδοται τοῖς μαθηταῖς, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Ὡς καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτοῦ λόγῳ λέγει, καὶ τῷ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἀρχομένῳ, πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν. Καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις αὐτοῦ πολλοῖς, ἐφαπλοῖ τὴν ἐκπόρευσιν ἐκ τοῦ πατρός. Καὶ ὁ πολὺς τὴν σοφίαν Κύριλλος, *Κύριλλος.* ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος λόγῳ αὐτοῦ. αἱ προσκυνηταὶ δυνάμεις, γινώσκονται καὶ πιστεύονται, ἐν πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναιτίῳ, ἀγεννήτῳ. Ἐν υἱῷ μονογενεῖ, γεννηθέντι ἀῤῥήτως ἐκ τοῦ πατρός. καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ τῷ ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ πατρός: οὐ γεννητῶς, καθάπερ ὁ υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὶ ἐν τῇ τριάδι, ἀλλ' ἐκπορευομένως ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ὡς ἀπὸ στόματος: πεφηνὸς δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. Διατρανοῖ δὲ τὴν ἐκπόρευσιν τὸ κατὰ Λουκᾶν ἐξηγούμενος. Καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ τῷ ἀγωνιστικῷ, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις ἀπείροις.

Δάμασος

detrahunt, Eccleſiæ communione diris deuotos eijcimus.

Hæc, communi ſuffragio ſeptem ſanctarum generalium ſynodorum, vt breuiter relata ſunt, ſancita & promulgata fuerunt.

Conſideremus nunc, ſi placet: quid etiam illarum duces & autores, œcumeniciq; Doctores, in ſcriptis ſuis, ſinguli de S. Spiritu memoriæ prodiderint, & de proceſsione eius ſanxerint. Ac primùm, quid ſanctus veteris Romæ Syluester, in *Sylueſt.* ſua contra præſtigiatorem illum precatione dixerit. Anteſignanus enim hic pontifex, primæ ſynodi fuit. Vnus, inquit, eſt Deus verus, Pater: Filium verum habens ex ipſo natum: verum Spiritum S. ex ipſo egredientem. Et magnus veritatis præco, beatus Athanaſius, cùm multa in ſuis *Athanaſ.* libris de hac re, tum in Epiſtola ad Serapionem, dicit. Cùm igitur non rectè ſentiant de Spiritu Sancto, ne de Filio quidem rectè ſentiunt. Si enim rectè ſentirent de verbo: ſanam etiam de Spiritu S. ſententiam haberent: qui à Patre progreditur: &, cùm Filij proprius ſit, ab eo impertitur diſcipulis omnibusq; in ipſum credentibus. Eodem modo in ſuo de Spiritu S. ſermone loquitur: & in ſermone de S. Trinitate: & in ſermone, qui incipit, Credimus in vnum Deum: & in alijs multis, à ſe ſcriptis ſermonibus: in quibus omnibus, progreſsionem è Patre *Cyrill.* explicat. Nec non ille ſapientia præſtans Cyrillus in oratione, quam de S. Trinitate ſcripſit. Adorandæ illæ, inquit, potentiæ, cognoſcuntur & creduntur in tribus, in Patre, principium, cauſam, generationem non habente: in Filio vnigenito, inenarrabili quadã ratione genito è Patre: & in Spiritu Sancto, qui procedit è Patre: non quidem naſcendi modo, ſicut Filius, (ne duo ſint Filij Triadis) ſed progrediendi è ſolo Patre, velut ex ore: qui Spiritus per Filium apparuit in omnibus Sanctis. Enodat autem illam proceſsionem commentario in Euangelium Lucæ: & in oratione de Spiritu S. aduerſariis oppoſita: & alijs locis ſexcentis.

 Dama-

Dam. Damaſus item, Papa Romanus, ſecundæ Synodi præſes (ſicut Cyrillus, tertiæ) ad Paulinum ſcribens, ait, Si quis negauerit, Spiritum S. eſſe ex Patre verè & propriè: vt & Filium, è diuina eſſentia Dei, Deum verbum: anathema eſto. Et Papa Agatho, *Agath.* in epiſtola ad Imperatores Rom. Et in Spiritum S. inquit, Dominum & viuificum, è Patre progredientem: qui vnà cum Patre & Filio adoratur & glorificatur. Incipit autem ſic: Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia: vt terminos Catholicæ Eccleſiæ conſeruemus. Credentes in vnum Deum, & quæ ſequuntur.

Cum his Pontificibus Romanis, faciunt tres hi Orientis luciferi. Primùm Baſilius, in oratione contra Anomœos: cuius principium eſt, pugnat Iudaiſmus cum gentium ſuperſtitione: propriè, inquit, Filius à Patre exiuit, & Spiritus è Patre progreditur. Filius tamen, è Patre, ratione generationis: Spiritus verò, ineffabiliter ex Deo. Sed & in epiſtola ad fratrem Gregorium, & in alijs prædicat. Deinde Gre- *Gregor.* gorius, in ſecundo ſermone de pace inquit. Propterea, nos intra noſtros limites conſiſtentes, illud non genitum, & illud genitum, introducimus, & illud è Patre procedens: ſicut alibi ipſe Deus Sermo ait. Et in ſermone, quem de S. Spiritu ſcripſit, Theologicè de proceſsione ex Patre diſſerit: itemq; in alijs locis Scriptorum ſuorum. Tum D. Chryſoſtomus, in ſermone *Chryſoſt.* de Spiritu S. dicit. Quando audis: Mittam vobis S. Spiritum: ne diuinitatem intellige: quia diuinitas non mittitur: ſed hæc ſunt eiuſmodi nomina, quæ operationem ſignificant. Quando ergo dicit: Mittam vobis Spiritum S. donationem dicit Spiritus Sancti. Interpretatur hoc Dominus ipſe, cùm dicit: manete Hieroſolymæ, donec induamini facultate ex alto. Sed & *Nyſſ.* Nyſſenus Gregorius, in oratione de appellatione Dei, vna, inquit, eademq; perſona Patris eſt: è qua Filius generatur, & S. Spiritus egreditur, & cætera. Dionyſius quoque, diuinus ille Areopa-

Δάμασος δὲ ὁ πάπας ῥώμης, ὁ τῆς δευτέρας ἔξαρχος, (ὡς ὁ Κύριλλος τῆς τρίτης ἦν) πρὸς Παυλῖνον γράφων, φησίν. εἴ τις μὴ εἴποι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς θείας οὐσίας τοῦ θεοῦ, θεὸν λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. *Δάμασος.* Καὶ ὁ πάπας Ἀγάθων, ἐπιστέλλων βασιλεῦσι ῥωμαίων λέγει. *Ἀγάθων.* Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Ἄρχεται δὲ οὕτως. αὕτη ἐστὶν ἡ τελεία ἡμῶν εἴδησις, ἵνα τοὺς ὅρους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας παραφυλάξωμεν. πιστεύοντες εἰς ἕνα θεὸν, καὶ τὰ λοιπά.

Τοῖς ἀρχιερεῦσι δὲ τούτοις ῥωμαίων συνᾴδουσι, καὶ οἱ τρεῖς ἀνατολικοὶ φωστῆρες. ὁ μὲν Βασίλειος, ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ *Βασίλειος.* ἀνομοίων, οὗ ἡ ἀρχὴ, μάχεται Ἰουδαϊσμὸς ἑλληνισμῷ, λέγει. Κυρίως ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ θεοῦ. καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε. καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητῶς. τὸ δὲ πνεῦμα, ἀῤῥήτως ἐκ τοῦ θεοῦ. καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ κηρύττει, καὶ ἐν ἄλλοις. ὁ δὲ Γρη- *Γρηγόριος.* γόριος ἐν τῷ δευτέρῳ εἰρηνικῷ φησι. Διὰ τοῦτο, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὅρων ἱστάμενοι, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ὥσπερ μέν που φησὶν αὐτὸς ὁ θεὸς Λόγος. καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ θεολογεῖ τὴν ἐκπόρευσιν ἐκ τοῦ πατρός. καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ. καὶ ὁ θεῖος Χρυ- *Χρυσόστομος.* σόστομος, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ, λέγει. ἐὰν ἀκούσῃς, ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ τὴν θεότητα ἐκλάβῃς, θεότης γὰρ οὐκ ἀποστέλλεται. ὀνόματα δέ εἰσι ταῦτα τὴν ἐνέργειαν σημαίνοντα. Ὅταν οὖν λέγει, πέμψω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν δωρεὰν λέγει τοῦ πνεύματος. Λύει δὲ τοῦτο ὁ σωτὴρ, λέγων, μείνατε ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Ἀλλὰ καὶ Γρηγόριος ὁ Νύσσης, ἐν τῷ περὶ θεωνυμίας *Νύσσης.* λόγῳ. Ἓν πρόσωπον καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ πατρὸς, ἐξ οὗ ὁ υἱὸς γεννᾶται, καὶ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται πνεῦμα, καὶ τὰ λοιπά.

Καὶ

Διονύσιος.

Καὶ ὁ Διονύσιος ὁ θεσπέσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας, συνᾴδει αὐτοῖς. Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατήρ, θεολογῶν, καὶ τὰ ἑξῆς: ἔτι καὶ ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος ἐν τῇ πρὸς Μαξιμῖνον ἐπιστολῇ, Γρηγόριός τε ὁ θαυματουργὸς ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς αὐτοῦ πίστεως. ὁ ἅγιος Ἱερώνυμος ἐν τῇ πρὸς Δάμασον ἐπιστολῇ. Ὁ θεῖος Νεῖλος ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, λέγει. Ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία, τὸν μὲν πατέρα δογματίζει ἀγέννητον, τὸν υἱὸν γεννητὸν ἐκ τοῦ πατρός. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ αὐτὸ ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ πατρός. ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ μετὰ τούτους πάντας, ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, ὁ τῶν καλλίστων ἡγεμὼν καὶ διδάσκαλος, καὶ ἀκριβέστατος τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑφηγητὴς, ὁ πᾶσαν ἀμφιβολίαν μεθ' ὅσου περιαιρῶν τοῦ κρείττονος, ὁ τὸν νοῦν τῶν πρὸ αὐτοῦ ἁγίων πατέρων συμβιβάζων καὶ ἐξηγούμενος ἄριστα. Ὃς ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, τοῦ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων λυττήσαντος, τῆς εὐσεβείας προέστη, τὸν ζῆλον μιμησάμενος Ἡλίου, καὶ τοῦ ὁμωνυμοῦντος τὸν ἔλεγχον. ἐπιστολιμαίοις λόγοις ὑπὲρ τῶν σεβασμίων εἰκόνων ἐλέγξας, καὶ στηλιτεύσας τὴν τῶν εἰκονομάχων δυσσέβειαν. Μέσον ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἕκτης συνόδου καὶ ἑβδόμης, τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συμμαχήσας, ἔκδοσιν τῆς ἀληθοῦς πίστεως συγγραψάμενος, καὶ ἄλλα θεολογικὰ θαυμάσια. Καὶ τρεῖς λόγους περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. εἰσὶ δὲ τὰ μὲν θεολογικὰ αὐτοῦ ἐν τῷ τύπῳ Οὐηρώνης. Οἱ δὲ λόγοι, ἐν τῇ πόλει Βασιλείᾳ ἑλβετίων. ἃ δὴ ἀνάγνωτε ἀξιῶ, ὅπως τὸ περὶ εἰκόνων, τὸ περὶ ἐπικλήσεως τῶν ἁγίων, καὶ ἄλλων πολλῶν πληροφορηθείητε ἀσφαλῶς. Οὐ γὰρ ἴδια λέγει ὁ ἁγιώτατος Ἰωάννης, ἀλλ' ἐκ τῶν γραφῶν τὰς μαρτυρίας παράγει, ὡς εὔλογον, καὶ ὑμῖν ἀξιούμενον. Οὗτος τοίνυν ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος αὐτοῦ κεφαλαίῳ η'. θεολογῶν, καὶ ταῦτα λέγει. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸν πατέρα, οὐ λέγομεν ἔκ τινος. Λέγομεν δὲ αὐτὸν τοῦ υἱοῦ πατέρα. Τὸν δὲ υἱὸν, οὐ λέγομεν αἴτιον, οὐδὲ πατέρα. λέγομεν δὲ αὐτὸν, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ υἱὸν τοῦ πατρός. Τὸ δὲ

Αὐγουστῖνος. Γρηγόριος. Ἱερώνυμος. Νεῖλος. Δαμασκ. Ὁρᾶτε, τί ὁ ἅγιος λέγει, λύων θαυμασίως τὴν λογομαχίαν.

Dionyſius.

Areopagita, in tractatu de coniuncta & diſiuncta Theologia, cum ipſis conſentit: Solus fons, inquiens, omnem eſſentiam exuperantis diuinitatis, Pater eſt, & quæ ſequuntur. Et S. Auguſtinus, in Epiſtola ad Maximinum: ac Gregorius Mirificus, in expoſitione ſuæ fidei: & S. Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum. Diuinus Nilus, in Sermone de S. Trinitate inquit. Sancta & Catholica Eccleſia, Patrem ſtatuit, non genitum: Filium, ex Patre genitum: Spiritum ſanctum, è ſolo Patre procedentem, non etiam è Filio. Poſt hos omnes, D. Ioannes Damaſcenus, ille pulcherrimarum rerum Dux & Doctor, ſubtiliſsimusq; verorum dogmatum interpres, omnem dubitationem maxima cum laude tollit: Patrum, qui ante ipſum vixerunt, ſententias, concordi quodam nexu velut coagmentans, & enarrans optimè. Hic temporibus Leonis Iſauri, illius rabioſi ſacrarum Imaginum oppugnatoris, pro pietate propugnauit; zelum imitatus Heliæ, & illius, cum quo ipſe idem nomen habebat, in redarguendo libertatem. Orationibus ad modum Epiſtolarum, ob defendendas venerabiles imagines ſcriptis, coarguit, & infamia notauit, cum illis bellum gerentium impietatem. Tempore inter ſextam & ſeptimam Synodum medio, Catholicæ Eccleſiæ auxilium tulit: libro de vera Fide, & alijs Theologicis mirandis, editis: nec non tribus de imaginum veneratione orationibus. Ea quidem Theologica, Veronæ excuſa ſunt: orationes verò, in Heluetica vrbe Baſilea. Legite ea Scripta, quæſo: vt de cultu imaginum, de inuocatione Sanctorum, & alijs multis, certam indubitatamq; fidem capiatis. Nec enim ſua quædam commenta ſanctiſsimus ille profert: ſed è ſacris literis teſtimonia adducit: ſicut par eſt, & vos poſtulatis. Hic igitur diuinus Ioannes, inter alia, quæ VIII. capite de S. Trinitate piè diſſerit, etiam hæc dicit. Sciendum, à nobis non dici Patrem ex aliquo, ſed dici Filij Patrem. Filium verò, non dicimus cauſam, neq; Patrem: ſed dicimus eum ex Patre, & Filium Patris.

Aug. Greg. Hieron. Nili Damaſc. Videte, quid Sanctus dicat, mirè controuerſiam tollens.

 Spiri-

Spiritum autem S. tum ex Patre dicimus, tum Spiritum Patris nominamus. Verum è Filio Spiritum non dicimus: ſed Spiritum Filij nominamus. Nam, ſi quis Spiritum Chriſti non habet, inquit S. Apoſtolus. Etiam per Filium, manifeſtum eſſe, & impertiri nobis, fatemur. Inflauit enim, inquit, & ait diſcipulis ſuis: Accipite Spiritum S. Sicut è Sole ſcilicet, & radius & illuminatio nobis impertitur. Ipſe enim, radij fons eſt, & illuminationis. Per radium autem, illuminatio contingit: & inde nos illuſtramur, eiuſq; participes reddimur. Filiũ verò, neq; ipſius Spiritus dicimus, neq; è Spiritu. His diuinis è ſancto Ioannis pectore profectis verbis, quid dilucidius dici queat?

Sed nimis longum foret, omnia teſtimonia ordine colligere: quibus S. Spiritus manifeſtè prædicatur è Patre procedere: aut etiam alia ad hoc comprobandum dicere: præſertim cùm omnino abſurdum quoq; ſit, illum etiam è Filio producere. Nam quo nam modo intelligemus illud Ioannis, baptizato Ieſu, dicentis: Vidi Spiritum deſcendentem, ceu columbam, è cœlo, & manſit ſupra eum? Si enim non dicis, è Patre ſolo productum eſſe Spiritum, ſed etiam è Filio: incides, ex vno Chriſto duos faciendo, in hæreſin Neſtorij: vt è Filio Dei deſcendere dicas Spiritum ſupra Filium hominis. Vnde ſequitur, hoc eſſe verum: ſi dicatur, Spiritum, qui è Patre proficiſcitur, in Filio manere & requieſcere. Sed qui regiam & planam viã libenter ire nõ volunt, omnino ſolent in inuia excidere: cùm vnam illam certam, & erroribus alienam, ſua pertinacia reliquerint. Quomodo enim, quæſo, Spiritum S. etiam è Filio producemus? Si tanquam ex cauſa: en duæ cauſæ, duo principia, Pater & Filius: & duorum principatus magis, quàm vnius, nobis probabitur. Inde quot incommoda ſequantur, noſtræ facultatis non eſt dicere. Sin aliter, tanquam Patre poſito, tacitè ſubinferatur Filius, (propter perſonarum in ſe inuicem permeationẽ) &

Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν. Πνεῦμα δὲ υἱοῦ ὀνομάζομεν. εἴ τις γὰρ πνεῦμα χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. καὶ δι' υἱοῦ πεφανερῶσθαι, καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν ὁμολογοῦμεν. ἐνεφύσησε γάρ, φησι, καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου μὲν ἥ, τε ἀκτὶς καὶ ἡ ἔλλαμψις ἡμῖν μεταδίδοται. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ἀκτῖνος καὶ τῆς ἐλλάμψεως. διὰ δὲ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἔλλαμψις. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ φωτίζουσα ἡμᾶς, καὶ μετεχομένη ἐφ' ἡμῶν. τὸν δὲ υἱὸν οὔτε τοῦ πνεύματος λέγομεν, οὔτε μὴν ἐκ τοῦ πνεύματος. Τούτων τῶν θεσπεσίων λόγων τῆς ἁγίας Ἰωάννου ψυχῆς, τί ἄντις εἴποι σαφέστερον;

Ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη πάντων συλλέγειν ἐξῆς τὰς φωνὰς, αἳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐναργῶς κηρύττουσιν ἐκπορεύεσθαι, ἢ καὶ ἄλλα λέγειν ἐξ ὧν τοῦτο συνάγομεν, καὶ ὅτι ἄτοπον πάντως τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγειν. πῶς γὰρ ἐννοήσομεν, τὸ, βαπτιζομένου τοῦ ἰησοῦ, φάναι τὸν ἰωάννην, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν; εἰ μὴ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς φαίης μόνου τὸ πνεῦμα προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀλώσῃ τὸν ἕνα χριστὸν διαιρῶν εἰς δύο κατὰ Νεστόριον. ἵν' ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἴπῃς καταβαῖνον τὸ πνεῦμα, ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ὅθεν ἕπεται τὴν ἀλήθειαν ἔχειν, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐν τῷ υἱῷ μένειν καὶ ἀναπαύεσθαι· ἀλλ' οἱ τὴν βασιλικὴν καὶ λείαν ὁδὸν ῥαδίως βαίνειν μὴ ἀνεχόμενοι, εἰς ἀνοδίας πάντως ἐκτρέπονται, τὴν μόνην καὶ ἀπλανῆ τῆς ἀληθείας ὁδὸν, αὐθεκάστῳ γνώμῃ καταλιπόντες. πῶς φήσομεν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ; εἰ μὲν ὡς ἐξ αἰτίου, ἰδοὺ δύο αἴτια. καὶ δύο ἀρχαὶ, πατὴρ, καὶ υἱός. καὶ διαρχία μᾶλλον ἢ μοναρχία, τὸ παρ' ἡμῖν πρεσβευόμενον. Καὶ οὐχ ἡμέτερον λέγειν, ὅσα τὰ ἄτοπα ἕψεται. εἰ δ' ἑτέρως ὡς ἐκ παραλλήλου, διὰ τὴν εἰς ἄλληλα τούτων ἀντιπαραχώρησιν, καὶ ὡς

καὶ ὡς ἁπλῶς ἐξαποστελλόμενον, ἔρρωται μὲν ὁ νοῦς, ἁμαρτία δὲ καθ' ἕτερον λόγον. πρῶτον μὲν, τὴν ὑπὸ τῶν ἑπτὰ συνόδων βεβαιωθεῖσαν πίστιν τούτου ἕνεκα, τῇ προσθήκῃ παραποιοῦντες. ἔπειτα τὸ ΚΑΙ προσκείμενον, ἴσην τὴν ἐκπόρευσιν δίδωσι νοεῖν ἔκ τε τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, κἂν λατῖνοι ἄλλως νοοῦσι. χρὴ δὲ μὴ μόνον ὀρθῶς φρονεῖν, ἀλλὰ μὴ καὶ σκανδαλίζειν ἄλλους. Εἰ γὰρ ὁ ἕνα σκανδαλίζων, φρικτῆς ἄξιος ἐκρίθη κολάσεως παρὰ τοῖς εὐαγγελίοις, οἱ τὴν οἰκουμένην ἀρχῆθεν πρῶτον σκανδαλίσαντες, ποίας ἐκφεύξονται τιμωρίας;

& ſimpliciter, ſeu generatim, Spiritus emittatur: valet quidem ab hac parte ſententia, ſed in alia claudicat. Primùm, quòd Fides, quæ de hoc à ſeptem Synodis confirmata eſt, hac additione mutatur. Deinde, quòd particula ET adiuncta, æqualem dat intelligendam illam & ex Patre, & ex Filio, proceſsionem: etiamſi Latini ſecus intelligi velint. Verùm, non modò rectè ſentire de rebus debemus: ſed nec offenſionem dare alijs. Si enim, qui vni dedit offenſionem, horrenda pœna dignus iudicatur in Euangelijs: qui orbem terrarum iam inde ab initio offenderunt, quod genus pœnarum effugient?

Εἰ δέ τινες προφασίζονται, πῶς οὐχ οἱ τυχόντες πρῶτον εἶπον, ἵνα τὸ ῥηθὲν σκάνδαλον νοήσωμεν, ἀλλ' Ἀμβρόσιος τε Αὐγουστῖνος, καὶ Ἱερώνυμος, ἄνδρες ἱεροὶ καὶ πίστεως ἄξιοι εἰρήκασιν ἐν τοῖς αὐτῶν λόγοις, ἀπολογητέον αὐτοῖς προφάσεις προφασιζομένοις ἐν ἁμαρτίαις, ὡς ἢ νενοθεύκασι τὰς τούτων συγγραφὰς, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἴσως εἰρήκασιν, ἢ καὶ Ἀθανάσιος, κατὰ Ἀρειανῶν διαλεγόμενος, Βασίλειός τε, καὶ ἄλλοι τῶν ἁγίων, ἀλλ' ἀπαντῶντες, συμφερόντως καὶ ἀναγκαίως ἐχρήσαντο. ἢ καὶ τῆς ἀκριβείας, ὡς ἄνθρωποι, παρεσύρησαν. Λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν. Ὃ δὴ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν. ὡς ὁ Ἀλεξανδρείας Διονύσιος, Μεθόδιος ὁ Παταρῶν, Πιέριος, Πάμφιλος, Θεόγνωστος, Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνων, Ἱππόλυτος ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι. Τινὰς γὰρ ῥήσεις αὐτῶν οὐκ ἀποδεχόμεθα. Καίτοι τἄλλα σφόδρα θαυμάζοντες. ἔστω τοίνυν εἰπεῖν καὶ συγχωρείσθω τοῦτο, ὅτι οἱ τρεῖς αὐτοὶ εἶπον, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσι. Πλὴν τίς οἶδε κατὰ τίνων γράφοντες, καὶ τί ἐκριζοῦν ἐθέλοντες, ταῖς τοιαύταις ἀκάνθαις ἐνέπεσον, καὶ τὸν νοῦν ἐνεπάρησαν, ἐφελκόμενοι πρόσω κατὰ πνευματομάχων, ἢ υἱομάχων ἤ τινων τυχὸν, ἢ κακίστην καὶ χείρονά τινα εἰσαξάντων γνώμην.

Patrum lapſus.

Iam ſi qui obijciant: huius doctrinæ non vulgares & contemnendos autores eſſe: vt offenſio, ſeu ſcandalum, de quo diximus, deprehendi poſſet: ſed Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, viros ſanctitate præditos, & fide dignos, in ſuis orationibus dixiſſe: reſpondebimus eis, colores peccato ſuo prætexentibus: aut ipſos adulteraſſe illorum ſcripta: aut illos fortaſsis aliqua de cauſa, quaſi œconomica diſpenſatione, ſic dixiſſe: qua etiam Athanaſius, contra Arianos diſputans, ac Baſilius, & alij Sancti, Hæreticis occurrentes, vtiliter & neceſſariò vſi ſunt. Aut ſanè ad exquiſitæ veritatis conſecutionem, cùm homines fuerint, non pertigiſſe. Mentis enim & cogitationis humanæ magna imbecillitas eſt, & facilis prolapſio: ſicut multis hoc accidit excellentibus viris, vt in quibuſdam allucinarentur. Quo in numero eſt Alexandriæ Dionyſius, Methodius Patarorum, Pierius, Pamphilus, Theognoſtus, Irenæus Lugdunenſis, diſcipulus eius Hippolytus, & alij. Quædam enim ab ipſis dicta non admittimus: quamuis cætera ipſorum magnopere admiremur. Liceat igitur dicere, & concedatur: illos tres ita dixiſſe, ſicut Latini dicũt. At quis ſcit, in quos ſcripſerint, & quem errorem extirpare voluerint: vt in tales ſpinas inciderent, hiſq; animos ſuos configerent, longiùs æquo progreſsi? Vt (exempli cauſa) contra ſancti Spiritus aduerſarios, aut Filij hoſtes, aut alios peioris alicuius, peſsimæ've opinionis autores & duces.

At hoc, etiam è Filio prodire Spiritum S. illi bis mille, quorum mentionem fecimus, ſeptem Synodorũ Patres, non agnouerunt: quorum tamen determinationẽ de Fide, Antiſtites & luminaria Romanæ Eccleſiæ, ſine vlla recuſatione ſuis ſuffragijs comprobàrunt: quod idem, & illorum trium, de quibus diximus, aſſenſione, verè factum opinamur. Quin etiam commune Decretum factum eſt: nihil ad illam definitionem Fidei addendum, nihil detrahẽdum, eſſe. In ea autem formula, ſeu Symbolo, continetur: Et in Spiritũ S. qui Dominus eſt, qui vitæ largitor, qui è Patre procedit, & cætera.

Τοῦτο δὲ, τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, οἱ τῶν ἑπτὰ συνόδων δισχίλιοι, ὡς εἴπομεν, οὐκ ἐγνωμάτευσαν. ὧν δὴ τὸν ὅρον τῆς πίστεως, οἱ πρόεδροι καὶ λαμπτῆρες τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἀναντιῤῥήτως συνεψηφίσαντο, οἶμαι δὲ καὶ οἱ τρεῖς, οὓς προειρήκαμεν, ἀληθῶς συγκατέθεντο. ἀλλὰ καὶ δόγμα κοινὸν ἐτέθη, μήτ' ἀφαιρεθῆναι τοῦ ὅρου τῆς πίστεως, μήτε μὴν προστεθῆναι. ὁ δὲ ὅρος, ἤτοι τὸ σύμβολον, κηρύττει. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τὰ λοιπά.

Gregorius.

Sanctus item Gregorius, cognomento Dialogus (qui non diu poſt VI. Synodum floruit) latina lingua libris ſcriptis, è ſolo Patre produci S. Spiritum prodidit.

Γρηγόριος.

Καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος ὁ διάλογος, οὐ πολὺ μετὰ τὴν ἕκτην σύνοδον ἀκμάσας, Ῥωμαϊκῇ φωνῇ καὶ γράμμασιν ἐθεολόγησεν, ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου προβάλλεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Zacharias.

Zacharias, qui CXV. annis Gregorio poſterior fuit, operaq; eius in Græcam linguam tranſtulit, Paracletus Spiritus, inquit, è Patre procedit, & in Filio manet. Quod à Chriſti Præcurſore didicerat: qui vidit Spiritum deſcendentem, tanquam columbam, & manentem ſupra illum.

Ζαχαρίας. Gregorij Papæ opera, Græcè.

Ζαχαρίας δὲ, ριε΄. ἔτεσιν ὕστερον, τὰ συγγράμματα τούτου ἑρμηνεύων δι' ἑλληνικῆς φωνῆς, τὸ παράκλητον πνεῦμά, φησιν, ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ υἱῷ μένει. παρὰ τοῦ προδρόμου τοῦτο μαθὼν, ἰδόντος τὸ πνεῦμα, καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν.

Leo & Benedictus.

Leo autem, & Benedictus, magni inſecutis temporibus Romæ Pontifices, Græcè in S. Miſſæ celebratione recitari Symbolum Fidei, tum Romæ, tum in Eccleſijs huic ſubiectis, lege lata voluerunt: ne occaſione latinæ linguæ, anguſtis (vt fertur) limitibus incluſæ, peccatum naſceretur. Erat autem II. Oecumenicæ Synodi Symbolum; in quo expreſſum habetur à ſanctis Patribus: Et in Spiritum S. qui Dominus eſt, qui viuificus eſt, qui è Patre egreditur: qui vnà cum Patre & Filio adoratur, vnà glorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. In vnam S. Catholicam Eccleſiam. Expecto reſurrectionem Mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen. Idem Leo, Theſaurophylacio ſeu ærario Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ aperto, ſcuta duo inter theſauros ſacros repoſita, protulit: in quibus pia hæc Fidei formula, literis & verbis Græcis exarata erat: quam in conſpectu populi Romani recitandam ſanxit.

Λέων. Βενέδικτος.

Λέων δὲ, καὶ Βενέδικτος, οἱ μεγάλοι Ῥώμης ἐσύστερον ἀρχιερεῖς, ἑλληνιστὶ, κατὰ τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν, ἐκφωνεῖσθαι τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἄλλαις ὑπὸ ταύτην ἐκκλησίαις ἐνομοθέτησαν, ἵνα μὴ τὸ στενὸν τῆς διαλέκτου, ὡς λέγεται, πρόφασιν παρέχῃ ἁμαρτίας. ἦν δὲ τὸ σύμβολον τῆς δευτέρας συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς, ἐν ᾧ ἐσαφηνίσθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀμήν. Ὁ αὐτὸς δὲ Λέων καὶ τὸ θησαυροφυλάκιον τῆς Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων ἀνοίξας, ἀσπίδας δύο, τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις συναποτεθησαυρισμένας, ἐξήνεγκεν, ἑλληνικοῖς καὶ γράμμασι καὶ ῥήμασιν ἐχούσας τὴν εὐσεβῆ τῆς πίστεως ἔκδοσιν ταύτην. Καὶ ἐνώπιον ὑπαναγνωσθῆναι τοῦ ῥωμαϊκοῦ πλήθους ἐδικαίωσε.

Ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντινουπόλεως Σεργίου, οἱ Ῥώμης ἀρχιερεῖς, ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερωσύνης αὐτῶν, συστατικὴν τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ἐκπέμποντες ἐπιστολὴν, εἰς πάντας τοὺς πατριάρχας, τὸ σύμβολον τῆς πίστεως αὐτὸ, ἀπαραλλάκτως ἐνέθετον. ἀλλὰ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν. ὁ υἱὸς καὶ δεσπότης Χριστὸς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι νομοθετεῖ καὶ μυσταγωγεῖ, οὐδόλως δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ. Ἄλλον οὖν διδάσκαλον κρείττονα μὴ ἐπιζητήσῃ τις ἀξιῶ, εἰ μὴ τὸ σκάνδαλον ἐθέλει, καὶ τὴν λογομαχίαν διακενῆς. οὐδόλως γὰρ συλλογήσηται, κἂν πολλὰ σοφίσηται, προφέρων τυχόν. Τὸ, ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τὸ, ἐνεφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς, τὸ, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὸ, πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, καὶ εἴ τι ὅμοιον φέρεται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις. Μακρὰν γὰρ ἀπέχουσι τοῦ τοιούτου σκοποῦ, ἄλλως ἐξηγούμενα παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν μεγάλων θείων διδασκάλων, ὡς ἐθεασάμεθα καὶ πληροφορίαν ἐλάβομεν. Καὶ ταῦτα πάντα ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, σχέσεώς εἰσιν ἐμφαντικὰ καὶ οἰκειότητος, οὐκ ἐκπορεύσεως δηλωτικά. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡ συμφυΐα δείκνυται, καὶ τὸ ὁμότιμον τῶν τριῶν ὑποστάσεων.

Ἄφετε τοίνυν πρὸς θεοῦ, ἄφετε τὸ προφέρειν λόγους τούτου ἕνεκα ἀληθείας μακράν, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα λάβετε, ὡς ἐσαφηνίσαμεν. Ἐκ τοῦ πατρὸς γινώσκοντες τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον. Καὶ οὕτως ὦμεν περὶ τούτου φίλοι καὶ ἀδελφοὶ ἐν Χριστῷ. Μένοντες τῇ ὀρθοδοξίᾳ κοινῶς, ἀρραγῆ φυλάττοντες τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, καὶ ἀσάλευτον καὶ βεβαίαν. Αἰδούμενοι τοὺς ἁγίους πατέρας, καὶ Χριστὸν αὐτὸν φοβούμενοι, οὕτω θεολογήσαντα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ῥητῶς, ὡς εἴπομεν. Καὶ μὴ δόξης ἀνθρωπίνης τυχὸν χάριν εὐλαβούμενοι, προδώσητε τὴν εὐσέβειαν καὶ σωτηρίαν ὑμῶν, καὶ διδαχθέντες, πῶς ἔχει περὶ τούτου τὸ ἀληθὲς, κηρυξάντων ἁγίων τοσούτων καὶ τηλικούτων. Ταῦτα γὰρ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἀφιλονείκως ὑπεμνήσαμεν, καὶ ἀναμφιβόλως καὶ σὺν θεῷ εὐσεβῶς. Αὐτὸς δὲ ὁ παράκλητος, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον πνεῦμα, πρὸς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, ἐν ἐλπίδι καὶ πίστει τοὺς λογισμοὺς ἑδράσοι, πρός τε τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐντολὰς ἐκπληροῦν, καὶ ὀρθῶς καὶ περὶ τούτου, καὶ

Præterea, ad tempora vſq; pij Conſtantinopoleos Archiepiſcopi Sergij, Pontifices Romani, initiò ſui Pontificatus, 1. Epiſtola, quam ſuæ Religionis cõmendandæ, cauſa ad omnes Patriarchas emittebant, illud ipſum Symbolum ponere ſolebant. Sed quid opus eſt multis? Filius ipſe ac Dominus Chriſtus, Spiritũ S. è Patre procedere, & nullo modo ex ſeſe, autumat, & ſancit. Nemo igitur, quæſo, alium Doctorem meliorem quærat: niſi ſcandalo delectetur, & inani concertatione diſputationis. Nihil enim concludet, quamuis aſtutè ſeſe torqueat, citans forte talia: Quando venerit Paracletus, è meo accipiet. Et: inflauit, ac dicit eis. Item: emiſit Deus ſpiritum filij ſui. Item: Spiritus Domini ſuper me: & ſi quid huius generis aliud in S. Euangeliorum libris eſt. Longè enim ab hoc propoſito abſunt: aliter exponuntur ab illis magnis orbis terrarum, ac diuinis Doctoribus: ſicut ſuprà vidimus, & certiſſimi facti ſumus. Iſta omnia, vt paucis dicamus, affectionis, & velut domeſticæ familiaritatis, ſignificationem habent, non proceſsionis. Etenim hinc cognatio, æqualitasq; dignationis, perſpicitur trium perſonarum.

Definite igitur, definite per Deum, de hoc articulo ſecus verba facere, à veritate abhorrentia: piam ſententiã recipite, ſicut eam nos declarauimus: perſuaſum habete, è Patre progredi Spiritum. Colamus hoc conſenſu amicitiam, & fraternã charitatem, in Chriſto: maneamus in vero ſenſu vtrobiq;: integram retineamus confeſsionem fidei, inconcuſſam, firmam: reuerendo ſanctos Patres, & Chriſtũ ipſum timendo: qui hoc modo de Spiritu S. aſſeruit ad verbum, ſicuti diximus. Nolite hominum exiſtimationem, ſi fortaſsis ea obſtat, metuere: vt ideo pietatem abijcere, & ſalutem veſtram, animum inducatis: cùm iam de veritate articuli huius, ex ſententia tot ac tantorum Sanctorum edocti ſitis. Hac nos commonefactione ad veſtram dilectionem, benignè, nullo contentionis ſtudio, vti voluimus: & quo modo nobis perſuademus, Deo benè iuuante, piè. Ipſe verò Paracletus, ipſe ex Patre prodiens Spiritus, pro ſua bona voluntate, ſpe & fide corda impleat: ad mãdataq; Chriſti ſeruãda, & ad rectè tũ de hoc,

tum de reliquis capitibus, ſentiendum, dirigat: vt ſic, & rectè credendo, & ſecundum virtutem viuendo, conditrici omnium rerum cauſæ S. Triadi, placeatis: repoſitæq; omnibus rectè ſentientibus, beatæ vitæ compotes fiatis, gratia & beneficio Chriſti: cui gloria conuenit, imperium, & magnificentia, in infinita ſecula, Amen.

καὶ πάντων ἄλλων φρονεῖν εὐθύνοι. ἵν᾽ οὕτω καὶ νοήμασιν ὀρθοῖς, καὶ πράξεσιν ἀγαθοῖς, τῇ παντουργίῳ τριάδι εὐαρεστοῦντες, τῆς ἀποκειμένης μακαριότητος τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπιτύχοιτε, χάριτι χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα πρέπει, κράτος, καὶ μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς αἰῶνας, τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

DE LIBERO ARBITRIO.

ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΕΞΟΥΣΊΟΥ.

2. De libero arbitrio.

Nunc quantum ad id attinet, quod in noſtra voluntate eſt, ſeu libero arbitrio, in rebus ſpiritualibus, (quod ſecundo loco poſuiſtis) illum aureæ eloquentiæ Ioannem accerſemus: qui perſpicuè nobis rem declarabit commentatione ſua, qua D. Pauli dictum explicat hoc: Et vos, qui eratis mortui prolapſionibus & peccatis, quibus aliquando obambulaſtis &c. vſq; ad verba: Spiritu nunc operante in filijs infidelitatis. Sic enim exponit & declarat. Vides, quomodo nos ad ſe ducat? Certè non vi, nec tyrannide, ſed perſuaſione: & quidem mortuos. Eſt mortificatio corporalis: eſt etiam mortificatio animalis. Illius, nulla electio & inſtitutum eſt: hæc voluntate & conſilio agit. Itaq; crimini obnoxia eſt, nec excuſationem habet. Non enim coactione, ſed libera voluntate, poteſt ille, qui vult & eligit, agere, quicquid vult, ſeu bonum, ſeu malum. Hinc Paulus cap. 2. Epiſt. ad Rom. inquit: Sed pro animi tui duritia, & pœnitentiam reſpuente corde, iram tibi, veluti theſaurum colligis. Hoc, idem Chryſoſtomus ſic explicat, Non Iudex, ſed Reus, in vitio eſt. Tibi tu colligis, non Deus. Ille nihil non fecit, quod debuit. Et facultate diſcernendi bona ac mala te inſtruxit: & patienter vitia tua tulit: & ad pœnitendum vocauit. Sed ſi manes pertinax: tibi iram colligis: ſicut infrà Paulus dicit: Et veritati quidem non obtemperant, obtemperant autem malitiæ. Ibi Chryſoſtomus: Hæc, inquit, noua accuſatio eſt. Quam enim excuſationem habet, qui lucem fugit, & tenebras mauult? Non dicit, coguntur: ſed, obtemperant iniuſtitiæ: vt ſcias,

Περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑκουσίου, εἴτε αὐτεξουσίου τοῦ ἐν τοῖς πνευματικοῖς, ὃ δεύτερον ἔχετε, τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην μετακαλεσόμεθα, διασαφηνοῦντα καλῶς, ἐν οἷς θεολογεῖ, ἐξηγούμενος τὸ ῥητὸν τοῦ θείου Παύλου τὸ λέγον: καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αἷς ποτε περιεπατήσατε, καὶ τὰ λοιπὰ, ἄχρι τοῦ, πνεύματος νῦν ἐνεργοῦντος, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Οὕτω γὰρ διασαφεῖ, λέγων καὶ ἐξηγούμενος. Ὁρᾷς ὅτι οὐ βίᾳ, οὐδὲ τυραννίδι, ἀλλὰ πειθοῖ προσάγεται; καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκρούς. ἔστι μὲν οὖν νέκρωσις σωματικὴ, ἔστι δὲ καὶ ψυχική, ἀλλ᾽ ἐκείνης φύσεως, οὐ προαιρέσεως, μετέχειν. ἡ δὲ ψυχικὴ προαιρέσεως καὶ ἔγκλημα ἔχει, καὶ λύσιν οὐδεμίαν. Οὐ γὰρ κατ᾽ ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ γνώμην ἑκούσιόν ἐστι τὸν θέλοντα καὶ αἱρούμενον πράττειν, ἅττ᾽ ἂν πράττοι εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε φαῦλα. Ὅθεν Παῦλος ἐν κεφ. β΄. πρὸς ῥωμαίους φησί: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. Καὶ οὕτω ὁ αὐτὸς χρυσόστομος ἐξηγούμενος, λέγει. Οὐχ ὁ δικάζων, ἀλλ᾽ ὁ κρινόμενος αἴτιος. σεαυτῷ θησαυρίζεις, οὐχ ὁ θεός σοι. Ἐκεῖνος πάντα ἐποίησεν, ὅσα ἐχρῆν. Καὶ διαγνωστικόν σε τῶν καλῶν, καὶ τῶν μὴ τοιούτων κατέστησε, καὶ μακροθυμίαν ἐπεδείξατο. καὶ εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσε. Εἰ δὲ μένεις ἀνένδοτος, σεαυτῷ θησαυρίζεις ὀργήν. Ὡς καὶ παρακατιὼν λέγει Παῦλος: καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ κακίᾳ. Χρυσόστομος: τοῦτο πάλιν ἑτέρα κατηγορία. Ποίαν γὰρ ἀπολογίαν ἔχει ὁ τὸ φῶς φεύγων, καὶ τὸ σκότος αἱρούμενος; καὶ οὐκ εἶπε βιαζομένους, ἀλλὰ πειθομένους τῇ ἀδικίᾳ: ἵνα

β΄. Περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν.

ἐκείνη μετέχει.

κία. ἵνα μάθῃς, ὅτι προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἀνάγκης τὸ ἔγκλημα. ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο συναινῶν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει. Νεκροὺς μὲν εἶναι τοῖς παραπτώμασι, καὶ παρὰ θεοῦ συνζωοποιεῖσθαι τῷ χριστῷ. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῆς χάριτος τὸ πᾶν ἦν, ὅσον ἐπ᾽ αὐτῇ ἧκει. ἧς γὰρ χωρὶς, οὐ δυνάμεθα ὁτιοῦν. Διὸ καὶ προηγεῖσθαι μὲν αὐτὴ λέγεται, διὰ τὴν τοῦ κτίσματος ἀδυναμίαν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. ἕπεσθαι δὲ, ἡγουμένης αὐτῆς, τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, διὰ τὸ μὴ ἐπαναγκάζειν, ἀλλ᾽ αὐτεξούσιον ἔχειν ἡμᾶς. Ὡς ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ ἔχοντος ἢ θέλοντος βλέπειν αὐτό. ὅθεν καὶ λέγει, διὰ πίστεως, ἵνα μὴ, τὸ αὐτεξούσιον λυμαίνῃ. Καὶ διὰ παραδείγματος εἴπωμεν, ἵν᾽ ἡμῖν ὁ λόγος σαφής. Ὁ μὲν Ἰωάννης αἱρεῖται τὸ βέλτιον, ὁ

Lego, εἰ μὴ ὁ. δὲ Ἡρώδης τὸ χεῖρον. ὥστε, εἰ μὲν ὁ Ἡρώδης ἐποίει τε καὶ ᾑρεῖτο τὰ χείρω, οὐκ ἂν τὸν Ἰωάννην ἐνταῦθα τυχεῖν τοῦ βελτίονος; καὶ εἰ μὴ Ἰωάννης ἐποίει τὸ βέλτιον, οὐκ ἂν τὸν Ἡρώδην ἐκπληρῶσαι τὸ χεῖρον; οὔτε μέν τοι διὰ τὸν Ἡρώδην ἀγαθὸς ἦν Ἰωάννης, εἰ μὴ διὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν. Οὔτε Ἡρώδης διὰ τὸν Ἰωάννην φαῦλος ἦν, εἰ μὴ δι᾽ ἑαυτόν. ἦν μέντ᾽ ἂν καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ἀγαθὸς, εἰ δὴ τὸ ἀγαθὸν ᾑρεῖτο. ὅτι τὸ, τὸν ἄνθρωπον μὴ ὑπακοῦσαι τῇ θείᾳ ἐντολῇ, οὐ καθ᾽ ἑαυτὸ τοῦτο ἦν ἐκείνῳ θελητόν. Οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἠδύνατο συμβῆναι, μὴ προϋποτεθείσης ἀταξίας ἐν τῇ θελήσει. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν Αὐγουστῖνος πρὸς Ὀρόσιον. Ὅτι ὁ ἄνθρωπος, δι᾽ ἄλλο τι πρότερον. πρῶτον δὲ ὧν ἠθέλησεν ἀτάκτως ἦν. ἔμφυτον γὰρ τὸ φαῦλον, καὶ οὐ κατ᾽ ἐνέργειαν, ἀλλὰ συμβεβηκός ἐστι: καὶ καθάπερ ὁ λαμπρὸς οὗτος ἥλιος, κατὰ τὴν τοῦ ἀέρος, εἴτε παχύτητα, εἴτε λεπτότητα, πρὸς ἡμᾶς τὰς ἀκτῖνας ἀφίησιν: οὕτω καὶ ἡ νοερὰ ψυχὴ, κατὰ τὴν τοῦ ὀργάνου διάθεσιν, τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν δείκνυσιν. Ἐντεῦθεν καὶ μωρὸν ἰδεῖν ἐστι, καὶ μὴ τοιοῦτον. ὑπνηρὸν, καὶ ἐγρήγορον. Θυμώδη, καὶ πρᾶον. ἀνδρεῖον, καὶ δειλὸν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ μὴ μῦθον εἴπῃ τις τὰ λεγόμενα, ἔχομεν γὰρ τὸν σιναΐτην θεῖον Ἀναστάσιον λέγοντα,

vt ſcias, liberæ voluntatis eſſe rem, non crimen neceſsitatis. Aſtipulatur his Baſilius Magnus: mortuos eſſe propter caſus & delicta: & à Deo viuificari vnà cum Chriſto. Nihilominus tamen, totum etiam gratiæ acceptum referendum, quantum ad eam attinet: vtpote ſine qua nihil quicquam poſſumus. Qua de cauſa, præcedere quidem gratia dicitur, propter creaturæ per ſe impotentiam: ſequi autem, illa præcedente, noſtra voluntas & electio: quia hanc non coactam, ſed ſuæ poteſtatis, habemus. Qualis ſcilicet ratio lucis eſt: & eius, qui poteſt, aut vult, ipſam aſpicere. Vnde etiam dicit, per fidem: ne libertati voluntatis deroget. Declaremus rem exemplo. Ioannes præfert, quod melius eſt: Herodes verò, quod deterius. Ergo niſi Herodes elegiſſet & feciſſet peiora: non potuiſſet Ioannes facere meliora? Et, niſi Ioannes feciſſet id, quod melius erat: non potuiſſet Herodes ſequi deteriora? Atqui, nec Herodes cauſa erat, vt bonus eſſet Ioannes, niſi hic ſua ſponte voluiſſet: nec aliquo Ioannis vitio Herodes malus erat, ſed ſuamet culpa. Factus tamen ab illo fuiſſet bonus: ſi bonitatem amplexus eſſet. Nam quòd homo non obedit diuinæ legi: non per ſe hoc is voluit: quippe, quod accidere non potuiſſet: niſi ordine antea perturbato in voluntate. Et hoc eſt, quod Auguſtinus ad Oroſium dicit: Homo, propter aliud quiddam prius. Primùm autem, in voluntate confuſio erat. Natura enim inſitum eſt malum: nec actione eſt, ſed ex accidente. Nam quemadmodum Sol, etſi per ſe lucidus eſt: tamen pro aëris ſpiſsitate, aut tenuitate, radios ad nos demittit: ita & intellectu prædita anima, pro diuerſa diſpoſitione organi, ſuas actiones informat. Hinc alius cernitur ſtultitia præditus: alius, ſecus. Alius ſomnolentus: alius, excitato ingenio. Iracundus, aut mitis: fortis aut timidus: & eodem modo, in alijs. Nec eſt, quod alicui hoc fabuloſum videatur. Teſtem locupletem habemus D. Anaſtaſium, illum montis Sinai quondam incolam,

qui

qui ſic ait: Non Deum eſſe talium rerum autorem: ſed ipſam potiùs naturam, & quatuor Elementorum concurſum & commixtionem. Nam ſi calidi Elementi exuperantia contingat ea hora, qua infans in vtero concipiatur: calidæ conſtitutionis hominem naſci. Sin frigidum Elementum exuperet: frigidioris habitus fœtum edi. Hinc itaq; homo iracundus, & manſuetus: fortis, & meticuloſus. Aſpice modo aprum & ceruam. Videbis illum, ad pugnandum promptum, propter caliditatem: hanc verò, à pugna refugientem, propter innatam è frigiditate timiditatẽ. Si caloris plus fuerit: ſobrius & vigilans generatur homo. Propterea etiam ſapiens Heraclitus dixit: Anima ſiccior, ſapientior. Animam hoc loco, cerebri ſubſtantiam vocat. Sin autem humidum redundauerit Elementum: hominem ſegnem, & difficilem excitatu, facit. Proinde, naturæ lenitas, prudentia, temperantia, iudicio ſanctorum Patrum, virtutes non ſunt: ſed quædam naturalia commoda, velut prærogatiuæ. Auſculta, quid magnus Baſilius dicat. Multos inquit, noui: qui natura, à commercio fæminarum abhorrent. Hos'ne ideo caſtos nominabimus? Nequaquã. Sequitur ergo ex dictis, electioni, & naturę cuidã ex accidenti, culpam tribuendam eſſe. Amplius audiamus Baſilium, in expoſitione loci: Faciamus hominem ſecundũ imaginẽ, & ſecundũ ſimilitudinem noſtram. Vult dicere: demus ei rationis facultatẽ. Nam ſecundum imaginem eſſe, id à Deo accepit: hoc eſt, ratione præditum eſſe. Sed ſecundum ſimilitudinem eſſe, hoc mihi reliquit. Si enim hoc illinc accepi: quæ gratia mihi debetur? Sum ergo ad ſimilitudinem illius: cùm bonus à meipſo fio. In mortem eius baptizati ſumus: id eſt, oportet baptizatos mori: & omne vitium, malitiamq; abolere, ſecundum virtutem viuendo. Quod enim non in poteſtate noſtra eſt, Chriſtus ſanauit: cætera verò in electione noſtra ſita ſunt. Non enim beneficentia Dei, malorum & pœnarum nobis conciliatrix fit: ſed ſocordia noſtra & voluntaria ad malum inclinatio.

Non

λέγοντα, μὴ τὸν θεὸν εἶναι τῶν τοιούτων αἴτιον, αὐτὴν δὲ μᾶλλον τὴν φύσιν, καὶ τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων συνδρομὴν καὶ συνέλευσιν. Ἐὰν γὰρ εὑρεθῇ πλημμύρα τοῦ θερμοῦ στοιχείου ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τοῦ βρέφους συλλήψεως, θερμῆς κράσεως τὸ τικτόμενον γίνεται. ἐὰν δὲ τὸ ψυχρὸν καθυπερτερήσῃ στοιχεῖον, ψυχροτέρας ἕξεως τὸ τικτόμενον. Ἐντεῦθεν λοιπὸν, ὅτε θυμώδης, καὶ ὁ πρᾶος, ὁ ἀνδρεῖος, καὶ δειλός. καὶ ὅρα τὸν σῦν καὶ τὴν ἔλαφον. τὸν μὲν πρὸς πόλεμον ἕτοιμον, διὰ τὴν θερμότητα. τὴν δὲ, τὴν μάχην φεύγουσαν, διὰ τὴν ἐκ ψυχρότητος αὐτῆς προσοῦσαν δειλίαν. ἐὰν δὲ τὸ θερμὸν ὑπερτερήσῃ, νηφάλιόν τινα καὶ γρήγορον ἀποτίκτει ἄνθρωπον. ἐφ᾽ ᾧ καὶ σοφὸς Ἡράκλητος ἔλεγε. ψυχὴ ξηροτέρη, σοφωτέρη, ψυχὴν ἐνταῦθα, τὴν ἐγκεφάλου καλέσας οὐσίαν. Ἐὰν δὲ τὸ ὑγρὸν πλεονάσῃ στοιχεῖον, νωθρόν τινα ποιεῖ καὶ δυσκίνητον. Κατὰ ταῦτα λοιπὸν, ἡ τῆς φύσεως πρᾳότης, φρόνησίς τε καὶ σωφροσύνη, οὐκ ἀρεταὶ τοῖς θείοις πατράσι κρίνονται. φυσικὰ δέ τινα πλεονεκτήματα. Καὶ πρόσεχες τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι, πολλοὺς ἔχω φύσει μισοῦντας τὸ μίγνυσθαι γυναικὶ, ἆρ᾽ οὖν σώφρονας αὐτοὺς ὀνομάσωμεν; οὐδαμῶς. ἕπεται οὖν προαιρέσεως, καὶ φύσεώς τινος κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ ἔγκλημα εἶναι. Καὶ ἔτι ἀκούσωμεν Βασιλείου ἐξηγουμένου τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. τουτέστι, φησὶ, δώσωμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν. τὸ γὰρ κατ᾽ εἰκόνα ἐκ θεοῦ ἔλαβεν, ἤγουν τὸ λογικὸν εἶναι. τὸ δὲ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ἐμοὶ κατέλιπεν. εἰ γὰρ τοῦτο ἐκεῖθεν ἔλαβον, ποία χάρις ἐμοί; Ἔχω τοίνυν τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ἡνίκα χρηστὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γίνομαι: Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν. Τουτέστι δεῖ βαπτισθέντας ἀποθανεῖν, καὶ πᾶσαν τὴν κακίαν καὶ πονηρίαν καταργηθῆναι, ἐναρέτως ζῶντας. Τὰ γὰρ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ὁ χριστὸς ἰάσατο. τὰ δ᾽ ἄλλα κεῖνται ἐν τῇ προαιρέσει ἡμῶν. Οὐ γὰρ ἡ εὐεργεσία τοῦ θεοῦ πρόξενος ἡμῖν γίνεται τῶν δεινῶν, ἀλλ᾽ ἡ ῥαθυμία ἡμῶν, καὶ ἡ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπή.

ἀλλ᾽

ἀλλ᾽ οὐδὲ κωλύει τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν ὅ,τι ἂν θέλῃ, αὐτεξούσιον ὄντα. Εἰ γὰρ ἐκώλυε, ἡνίκα τὸν ἄνθρωπον ἑώρα τῆς εὐθείας ὁδοῦ πόῤῥω φερόμενον, μετέστρεφε. Ποῦ δὲ λοιπὸν ἐθεωρεῖτο τὸ προσὸν αὐτῷ λογικὸν καὶ αὐτεξούσιον; καὶ ποῦ λοιπὸν ἡ ἀρετή; Ποῦ δὲ διὰ ταύτην διδόμενοι στέφανοι. Ὅθεν καὶ λέγει Βασίλειος: Οὐκ ἔδει διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναιρεῖσθαι καὶ τὸ φαῦλον, ἵνα μὴ τοῖς ἀλόγοις ὁ λογικὸς ἐναρίθμιος γένηται. ἅτε μὴ κεκτημένος τὴν χάριν τῆς αὐτεξουσιότητος. Καὶ ἐπάγει πάλιν ἀλλαχοῦ οὕτως. ἵνα τί μὴ κατεσκεύασεν ἀναμαρτήτους ἡμᾶς ὁ θεός; Οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν ἄλογον φύσιν, τῆς λογικῆς προτιμῶν. Καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον, τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου. ἐπεὶ τὸ ἑκούσιον, ἐν πράξει τινί ἐστιν.

Lego, τῆς ἀλόγου φύσεως, τὴν λογικήν.

Non etiam prohibet hominem facere, quicquid velit, libera poteſtate præditum. Nam ſi prohiberet: tum hominem conuertiſſet, quando ipſum à recta via longè recedere videbat. At vbi cerneretur in eo vſus rationis? Vbi libertas voluntatis? vbi exinde virtus? vbi coronæ propter eam datæ? vnde Baſilius, Non oportuit, inquit, per Baptiſmum perimi vitium: vt ne, qui ratione inſtructus eſt, in numerum animantium rationis expertium reijceretur: tanquam, qui gratiam liberi arbitrij non haberet. Idem rurſus alibi infert, Cur non peccati expertes fecit nos Deus? Nulla alia cauſa eſt, niſi quòd naturæ rationis experti, rationalem præfert: inertiq; & immobili, delectu vtentem & actuoſam. Quod enim voluntarium eſt, in actione aliqua conſiſtit.

Χρὴ δὲ γινώσκειν καὶ τοῦτο, ὡς θεῖος Ἰωάννης λέγει ὁ Δαμασκηνὸς, ἐν κεφ. μς´. περὶ προνοίας θεολογῶν, ὅπου καὶ περὶ αὐτεξουσίου, καὶ προορισμοῦ λέγει ἐν τοῖς πλησίον κεφαλαίοις, καὶ ὁ ἀναγνώσων, γνώσεται πολλὰ, ὅτι ἡ μὲν αἵρεσις τῶν πρακτῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι, τὸ δὲ τέλος τῶν μὲν ἀγαθῶν, τῆς τοῦ θεοῦ συνεργείας, δικαίως συνεργοῦντος τοῖς προαιρουμένοις τὸ ἀγαθὸν ὀρθῷ συνειδότι κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ. Τῶν δὲ πονηρῶν, τῆς ἐγκαταλείψεως τοῦ θεοῦ, πάλιν κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ δικαίως ἐγκαταλιμπάνοντος. τῆς δὲ ἐγκαταλείψεώς εἰσιν εἴδη δύο. Ἔστι γὰρ ἐγκατάλειψις, οἰκονομικὴ καὶ παιδευτικὴ, καὶ ἔστι καὶ τελεία ἀπογνωστική. Οἰκονομικὴ μὲν καὶ παιδευτικὴ, ἡ πρὸς διόρθωσιν καὶ δόξαν τοῦ πάσχοντος γινομένη, ἢ καὶ πρὸς ἄλλων ζῆλον, καὶ μίμησιν, ἢ καὶ πρὸς δόξαν θεοῦ. Ἡ δὲ τελεία ἐγκατάλειψις, ὅτε τοῦ θεοῦ πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν πεποιηκότος, ἀναίσθητος καὶ ἀνιάτρευτος ἐξ οἰκείας προθέσεως, διαμείνῃ ὁ ἄνθρωπος. τότε δὲ παραδίδοται εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ὡς ὁ Ἰούδας. Φείσοιτο ἡμῶν ὁ θεὸς, καὶ ἐξέλοιτο τῆς τοιαύτης ἐγκαταλείψεως.

Sciendum porrò, D. Ioannem Damaſcenum, capite 46. de prouidentia diſſerentem (vbi & de libero arbitrio, & de Prædeſtinatione, in vicinis ibi capitibus agit: vbi lector multa cognoſcet) dicere. Electionem quidem agendorum, penes nos eſſe: finem autem, bonorum quidem, à cooperatione Dei eſſe, iuſtè eos, qui bonum deligant recta conſcientia, adiuuantis ſecundum præſcientiam ſuam. Malorum verò, à derelictione Dei: qui pro præſcientia ſua iuſtè homines deſtituat. Derelictionis autem, inquit, genera duo ſunt. Vnum, œconomicum caſtigationi ſeruiens: alterum, perennis deſtitutio, deſperationis effectrix. Oeconomica derelictio, ob correctionem, ſalutem, & gloriam patientis fit: aut etiam ad aliorum æmulationem & imitationem: aut ad gloriam Dei. Perpetua verò illa eſt: quando, poſtquam Deus omnia, quæ ad ſalutem ſpectabant, fecit, ſtupidus, ſine ſenſu, ſine ſanatione, ſua propria obſtinatione permanet homo. Tunc talis perpetuo mandatur exitio, ſicut Iudas. Parcat nobis Deus, & eripiat è tali derelictione.

Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὡς πᾶσαι αἱ σκυθρωπαὶ ἐπιφοραὶ, τοῖς μετ᾽ εὐχαριστείας δεχομένοις, πρὸς σωτηρίαν ἐπάγονται, καὶ πάντως ὠφελείας γίνονται πρόξενοι. Χρὴ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς ὁ θεὸς προηγουμένως θέλει πάντας σωθῆ-

Sciendum autem, omnes afflictionum verberationes, illis, qui grato animo recipiunt, ſalutis cauſa dari, omninoq; vtilitatem conciliare. Etiam hoc ſcire oportet: Deum velle inprimis omnes conſer-

conſeruari, & cœleſte Regnum adipiſci: (Non enim ad puniendum, genus noſtrum formauit: ſed ad participandam bonitatem ſuam, vtpote natura bonus) peccantes verò, caſtigari & puniri, quia iuſtus ſit. Vocatur illa prior, præcedens & potior voluntas, & propenſa approbatio, eaq; ex ipſo eſt: altera verò, conſequens voluntas, & permiſsio, cui nos cauſam præbemus. Atq; hæc, duplex eſt: vna, Oeconomica & caſtigatrix, ad ſalutem; altera, deſperationis mater, ad ſempiternam punitionem, ſicut diximus. Hæc, in ijs ſunt, quorum arbitrium penes nos non eſt. Quæ verò in noſtra poteſtate ſunt: in his, quæ bona ſunt: in primis vult, ijſq; acquieſcens delectatur: quæ verò mala, & verè mala: nec principaliter, nec ſecundo loco, vult: ſed arbitrio hominis permittit. Quicquid enim vi fit: à ratione non proficiſcitur, nec virtus eſt. Prouidet autem Deus omni creaturæ: & per omnem creaturam benignè homini facit, & erudit: atq; adeò per ipſos Dæmones ſæpe: vt in Iobo apparet, & porcis. Quin & hoc ſciendum eſt: omnia quidem præſciri à Deo, non tamen omnia præfiniri. Præſcit enim, quæ noſtri arbitrij ſunt, ſed non prædeſtinat ea. Non enim vult, malum fieri: nec etiam cogit virtutem. Ergo diuina à præſcientia ortæ iuſsionis opus eſt prædeſtinatio. Legantur reliqua, quæ 47. capite diuinus ait Damaſcenus.

σωθῆναι, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κολάσαι ἔπλασεν ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὸ μετασχεῖν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, ὡς φύσει ἀγαθός. ἁμαρτάνοντας δὲ, θέλει κολάζεσθαι, ὡς δίκαιος. Λέγεται οὖν τὸ μὲν πρῶτον προηγούμενον θέλημα καὶ εὐδοκία, ἐξ αὐτοῦ ὄν. τὸ δὲ δεύτερον ἑπόμενον θέλημα, καὶ παραχώρησις, ἐξ ἡμετέρας αἰτίας. Καὶ αὕτη διττὴ, ἡ μὲν οἰκονομικὴ καὶ παιδευτικὴ πρὸς σωτηρίαν, ἡ δὲ ἀπογνωστικὴ πρὸς τελείαν κόλασιν, ὡς εἰρήκαμεν. Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Τῶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει καὶ εὐδοκεῖ, τὰ δὲ πονηρὰ, καὶ ὄντως κακὰ, οὔτε προηγουμένως, οὔτε ἑπομένως θέλει. Παραχωρεῖ δὲ τῷ αὐτεξουσίῳ. τὸ γὰρ κατὰ βίαν γινόμενον, οὐ λογικὸν, οὐδὲ ἀρετή. προνοεῖ δὲ ὁ θεὸς πάσης τῆς κτίσεως, καὶ διὰ πάσης τῆς κτίσεως, εὐεργετῶν καὶ παιδεύων, καὶ δι' αὐτῶν πολλάκις τῶν δαιμόνων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ ἐπὶ τῶν χοίρων. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὡς πάντα μὲν προγινώσκει ὁ θεὸς, οὐ πάντα δὲ προορίζει. Προγινώσκει γὰρ καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, οὐ προορίζει δὲ αὐτά. Οὐ γὰρ θέλει τὴν κακίαν γίνεσθαι, οὐδὲ βιάζει τὴν ἀρετήν. Ὥστε τῆς θείας προγνωστικῆς κελεύσεως, ἔργον ἐστὶν ὁ προορισμός. Καὶ τὰ ἑξῆς ὅσα ἐν μζ΄. κεφ. ὁ θεῖος λέγει Δαμασκηνός.

DE IVSTITIA FIDEI, & bonis operibus.

3. De Iuſtitia fidei, & bonis operibus.

SEquitur deinceps tertium caput: quod iuſticiæ ex Fide, & bonorum operum, declarationem requirit. Ibi nos non ſimpliciter dicimus: Factores legis iuſtificari: ſed eos, qui ſpiritualem legem præſtent: ſpiritualiter, & ſecundum internum hominem, intellectam. Perficiendo enim, quatenus fieri poteſt, Legem, quæ ſecundum Spiritum eſt, iuſti fiemus: non tamen, ſi gratia excidamus: propter Verbi, in profundum animæ, in purgatione, tranſitum. Qui verò externa ſpecie tantùm, & corporaliter, Legi

ΠΕΡῚ ΔΙΚΑΙΟΣΎΝΗΣ καὶ ἀγαθῶν ἔργων.

γ΄. περὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀγαθῶν ἔργων.

ἙΠόμενον δ' ἂν εἴη τὸ τρίτον, τὸ περὶ τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης καὶ ἀγαθῶν ἔργων, σαφηνισθῆναι. οὐχ ἁπλῶς λέγομεν, οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται, ἀλλ' οἱ τοῦ πνευματικοῦ νόμου, καὶ νοουμένου πνευματικῶς, καὶ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Τελειοῦντες γὰρ, ὡς δυνατὸν, τὸν κατὰ πνεῦμα νόμον, δικαιωθησόμεθα, μὴ ἐκπίπτοντες μέντοι τῆς χάριτος. διὰ τὴν εἰς τὸ βάθος τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν κάθαρσιν τοῦ λόγου διάβασιν. Οἱ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ νόμου, σωματι-

τῆς θείας πάντως ἐκπίπτουσι χάριτος. ἀγνοοῦντες τὴν τὸν νοῦν πάσης καθαίρουσαν κηλῖδος, ἐν χάριτι τοῦ πνευματικοῦ νόμου τελείωσιν, καὶ τὸ τέλος Χριστόν. ὃς, ὡς μὲν παντουργὸς, καὶ νόμου τοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶ ποιητής. ὡς δὲ προνοητὴς καὶ νομοθέτης, καὶ τοῦ ἐν γράμματι σαφῶς, καὶ τοῦ ἐν πνεύματι, εἴτε χάριτι, ἐστὶ δωτήρ. τέλος γὰρ νόμου Χριστός. δηλονότι τοῦ γραπτοῦ νόμου, νοουμένου πνευματικῶς. Εἰ τοίνυν εἰς Χριστὸν ὡς δημιουργὸν, προνοητήν τε καὶ νομοθέτην καὶ ἱλασμὸν, ὅ, τε κατὰ φύσιν, καὶ ὁ γραπτὸς, καὶ ὁ τῆς χάριτος συνάγεται νόμος, ἀληθεύει καὶ ὁ ἀπόστολος. ὅτι θεὸς κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων μέλλει κρίνειν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ. τουτέστι, καθὼς εὐαγγελίζεται, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, χωρῶν διὰ πάντων: καὶ τοὺς μὲν ἐλέγχων, τοὺς δὲ προσφόρως ἀποδεχόμενος, ἀπονέμων τὰ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. εἴτε οὖν ἐν νόμῳ τις κρίνεται, ὡς ἐν Χριστῷ κριθήσεται, εἴτε χωρὶς νόμου, πάλιν ἐν αὐτῷ. πάντων γὰρ τῶν ὄντων καὶ λεγομένων, ἐστὶν ἀρχὴ, καὶ μεσίτης, καὶ τέλος, ὡς δημιουργὸς, ὁ λόγος. Ἁμαρτίας χωρὶς γεγεννημένος, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, εἰ καὶ ταύτας τρόπον τινὰ ἐνδυσάμενος. οὗτος γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τέλειος γενόμενος ἄνθρωπος, ἀναμαρτήτως, τὸν πρῶτον Ἀδὰμ εἶχεν τοῖς κατὰ γένεσιν, φθορᾶς καὶ ἁμαρτίας ἐλεύθερος. ὅτε γὰρ Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν παρέβη, γέννησιν κατεδικάσθη, διὰ πάθους καὶ ἁμαρτίας, καθ' ἣν οὐδείς ἐστιν ἀναμάρτητος. ἐπεὶ δὲ οὕτω ἡ ἁμαρτία ἦλθε διὰ τὴν παράβασιν, καὶ δεσμῷ ἐδέθη πονηρῷ κατὰ γνώμην ἡ φύσις, τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἀφανῶς ἐχόντων τὰς ἐνεργείας, τούτου χάριν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος φιλανθρωπίᾳ ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἄνθρωπος γενόμενος. Καὶ ἐντολὰς δέδωκε τὸ παρὰ φύσιν οὐ φαντάζεσθαι, οὐδὲ ἐργάζεσθαι ἁμαρτίας, ἀλλ' ἀπέχεσθαι ὡς δυνατόν. μόνων δὲ ἀρετῶν καὶ ἐντολῶν ἀντέχεσθαι. ἂν δέ τι ἀνθρώπινον ἔλθῃ τυχὸν, ἀπεκδύεσθαι. Καὶ σπεύδειν τὸ χεῖρον

Legi ſeruiunt : diuinam ſine controuerſia amittunt gratiam : neſcientes illam, quæ mentem ab omni expurgat macula, per gratiam ſpiritualis legis perfectionem : &, qui finis eſt, Chriſtum. Hic enim, quà vniuerſitatis rerum conditor, etiam legis naturæ autor eſt : quà verò prouiſor, & Legislator, planè Legis quoq; ſcriptæ, & ſpiritualis, ſeu in gratia ſitæ, eſt dator. Finis enim Legis, eſt Chriſtus : Legis ſcilicet ſcriptæ, Spiritualiter intellectæ. Si igitur ad Chriſtum, tanquam opificem rerum, & prouidentem, & Legislatorem, & placamen, Lex & naturæ, & ſcripta, & gratiæ, reuocatur : vera etiam Apoſtoli vox eſt : Deum, occulta hominum, ex Euangelio ſuo iudicaturum eſſe : id eſt, quemadmodum Euangelium annunciat per Ieſum Chriſtum, omnes homines pertranſiens : eorum partim coarguens, alios conuenienter recipiens, ſingulis gratiam pro meritis referens. Siue igitur in Lege quis iudicatur, tanquam in Chriſto iudicabitur : ſiue ſine Lege, rurſus in illo. Omnium enim, quæ ſunt & dicuntur, Logus ille, ſeu Verbum, vt rerum conditor, principium eſt, & medium, & finis. Nam abſque peccato natus : exuitq; principatus & poteſtates : quanquam etiam hæc quodam modo induit. Hic enim Dei Logus, perfectus homo natus : ſine peccato, ratione natiuitatis primum Adamum in ſe habuit, ab interitu & peccato liber. Etenim cùm Adamus præceptum Dei tranſijt : generatio eius condemnata, patibili naturæ & peccato, à quo nemo vacuus, ſubiecta fuit. Poſteaquam hoc modo peccatum, per transgreſsionem intrauit : & malo vinculo, ſua culpa aſtricta fuit natura humana : ſceleſtis Spiritibus occultè actiones exercentibus : tum Dei Logus, amore generis noſtri homo natus, nos in libertatem vindicauit : ac leges dedit, ne fingamus & ſpeculemur id, quod contra naturam eſt : nec perpetremus peccata, ſed pro virili parte abſtineamus : ſolis virtutibus & mandatis adhæreſcamus : ſi verò quid fortè humani nobis accidat, exuamus : & id, quod vitioſum

tioſum eſt, ſub dominatum melioris ſubiungamus: carnem deniq; per virtutem & benefacta, ſpiritui ſeruam reddamus. Inops enim ſolitudo, vt didicimus, natura humana facta eſt, bonarũ frugum vacua: ſterilitatem ex violatione mandati ſortita. Sua cuiq; peccatorum ſuorum agnitio & conſcientia, vox clamantis verbi facta eſt: quodammodo vociferans in latebris cordis: Parate viam Domini. Certa autem & notiſsima præparatio diuinæ viæ eſt, morum & cogitationum in melius transmutatio & correctio, primarumq; inquinationum expurgatio. Via Domini bona, Regia, glorioſa eſt vitæ cum virtute actio. In qua vita veluti via, quę in vnoquoq; eſt, ſalutis decurſum facit Logus: per fidẽ & inhabitans & inambulans, diuerſis, virtutem & cognitionem ſpectantibus inſtitutis & decretis. Semitæ Logi, diuerſi virtutum modi ſunt, & diuerſæ vitæ ſecundũ Deũ agendæ forma, atq; ſtudia voluntati Dei congruentia: quas ſemitas dirigunt, qui absq; dolo, & ſecundum Deum, virtutes perſequuntur. Semitis enim non rectis, diuinus Logus immorari natura abhorret: quamuis viam reperiat in quibuſdã paratam. Exempli cauſa, ieiunat aliquis: abſtinet ab acri ad excitandos animi motus victu: cætera facit, quæcunq; ad expulſionem vitiorum conducunt: Hic viam præparauit. Sed ſi gloriæ cupiditate, aut auaritia, aut ſtudio hominibus placendi, impulſus fecit: non hic eo modo rem geſsit, vt Deus libenter in ſemitis eius inambulare velit. Via enim Domini, virtus eſt: Semita recta modus virtutis à dolo vacuus. Sicut etiam addit: vallis implebitur. Nempe vniuſcuiusq; caro, quæ velut torrente affectuum & perturbationum inundata & conſciſſa eſt, exercitijs honeſtis exaltata complanatur. Omni igitur malitia, quæ contra virtutem inſurgit: & omni altitudine, quæ ſe aduerſus cognitionem Dei attollit, procul amandata: plani ope Spiritus ſancti facti, per viam Domini proficiſcamur, obſeruatione diuinorum eius mandatorum: ita vt dirigamus membra corporis, omni affectuum perturbatione liberemus, veram vitam expetamus. Sic

ρον καθυποτάξαι τῷ κρείττονι, καὶ τὴν σάρκα δουλῶσαι τῷ πνεύματι, δι' ἀρετῆς καὶ ἐργασίας τῶν ἀγαθῶν. ἔρημος γὰρ, ὡς γινώσκομεν, ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρξε τῶν ἀγαθῶν, τὴν ἀκαρπίαν ἐκ τῆς παραβάσεως κληρωσαμένη. φωνὴ δὲ τοῦ βοῶντος ἐγένετο λόγου, ἡ κατὰ συνείδησιν ἐπὶ τοῖς ἑκάστῳ πλημμεληθεῖσιν. οἱονεὶ βοῶσα κατὰ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας, ἑτοιμάσαι τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου. σαφὴς δὲ καὶ πρόδηλος ἑτοιμασία τῆς θείας ὁδοῦ καθέστηκεν, ἡ τῶν τρόπων τε καὶ λογισμῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ καὶ διόρθωσις, καὶ ἡ τῶν πρώτων κάθαρσις μολυσμῶν. ὁδὸς δὲ κυρίου, καλὴ, βασιλική τε καὶ ἐπίδοξος, ὁ κατ' ἀρετὴν βίος. ἐν ᾧ καθάπερ ὁδῷ, τῷ ἐν ἑκάστῳ, ποιεῖται σωτηρίας δρόμον ὁ λόγος. ἐνοικῶν τε διὰ τῆς πίστεως καὶ ἐμπεριπατῶν, τοῖς κατ' ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν διαφόροις θεσμοῖς τε καὶ δόγμασι. τρίβοι δὲ τοῦ λόγου εἰσὶν, οἱ διάφοροι τρόποι τῶν ἀρετῶν, καὶ ἡ τοῦ κατὰ θεὸν βίου διάφορος ἀγωγὴ, τὰ κατὰ θεὸν ἐπιτηδεύματα. ἃς εὐθύνουσιν οἱ ἀδόλως τὴν ἀρετὴν ἐπιτηδεύοντες καὶ κατὰ θεόν. τρίβοις γὰρ οὐκ εὐθείαις, ὁ θεῖος λόγος οὐ πέφυκεν ἐμφιλοχωρεῖν. κἂν εὕρῃ τὴν ὁδὸν ἔν τισιν ἕτοιμον. οἷόν τι λέγω. νηστεύει τις, καὶ ἀπέχεται τῆς ἐξαπτικῆς τῶν παθῶν διαίτης, τἄλλα τε ποιεῖ, ὅσα πρὸς ἀπαλλαγὴν κακίας συμβάλλεσθαι δύναται, τὴν ὁδὸν οὗτος ἡτοίμασε. ἂν δὲ, διὰ κενοδοξίαν, ἢ πλεονεξίαν, ἢ ἀνθρωπαρέσκειαν ταῦτα ἐπιτηδεύῃ, οὗτος οὐκ ᾠκονόμησεν ἐμπεριπατοῦντα θεὸν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ. ὁδὸς γὰρ κυρίου, ἀρετή. εὐθεῖα δὲ τρίβος, ὁ ἄδολος αὐτῆς τρόπος. ὡς καὶ ἔτι λέγει. φάραγξ πληρωθήσεται, ἡ τοῦ καθέκαστον σὰρξ, ἡ τῷ πολλῷ ῥεύματι τῶν παθῶν ἐκχαραδρωθεῖσα, δι' ἐργασίας τῶν καλῶν διορθοῦται καὶ ἀνυψοῦται. πᾶσαν τοίνυν κακίαν ἐπανισταμένην κατὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, ἀφέντες χαίρειν μακρὰν, καὶ ὁμαλισθέντες τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὴν ὁδὸν κυρίου πορευθῶμεν, διὰ τῶν θείων ἐντολῶν αὐτοῦ. ἰθύνοντες τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τῶν παντοίων παθῶν ἐλευθεροῦντες, τῆς ἀληθοῦς ἐφιέμενοι ζωῆς. οὕτω

οὕτω γὰρ ὀψόμεθα τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, καθαροὶ τῇ καρδίᾳ γενόμενοι. πίστει ἀληθεῖ, καὶ ἔργοις κηρύττουσι τὴν πίστιν, τὰς θείας ἀναβάσεις τοῦ λόγου ποιούμενοι.

Πρὸ πάντων γινώσκειν δὲ ὀφείλομεν. ὅτι οὐ μόνον ἡ χάρις καθ' ἑαυτὴν ἐνήργει τοῖς ἁγίοις τὰς γνώσεις τῶν μυστηρίων, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν τῆς γνώσεως δεκτικῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων τοῖς ἀξίοις. ἕτερον οὖν ἑτέρου δέεται, ἡ χάρις, ἔργων, τὰ ἔργα, χάριτος. ὡς τὸ φῶς * ὄψιν, ἡ ὄψις φωτός. ἡ ψυχὴ σώματος, τὸ σῶμα ψυχῆς. Κυρίως οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν πρὸς σωτηρίαν φερόντων, ἀναμφιβόλως δεῖ καὶ ἀμφότερα ἔχειν, πίστιν ὀρθὴν μετὰ τῶν ἔργων, καὶ ἔργα ἀρετῆς, διὰ τῆς πίστεως. καὶ πιστεύειν ἀδιστάκτως. ὅτι τὸ ἀμφιβάλλειν καὶ διστάζειν ἐν πίστει, πίστις οὐκ ἔστι τὸ σύνολον. καὶ τὸ πιστὸν ἐφάπαξ παραδεχθὲν, ἔτι βαθύτερον ἐκβασανίζει ἐρευνῶν. ὅτι τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως, ἰσχυρότερόν ἐστι τῶν λογικῶν ἀποδείξεων. Καὶ αἱ ἄτεχνοι πίστεις, ἰσχυρότεραί εἰσι τῶν ἐντέχνων, ἀπείρῳ μέσῳ. ὁ γὰρ τῆς πίστεως βυθὸς, ἐρευνώμενος μὲν κυμαίνεται, ἁπλῇ δὲ διαθέσει θεωρούμενος γαληνιᾷ.

* ὄψεως.

Τὸ περὶ τούτου τοίνυν ἔχοντες βέβαιον κομιδῇ καὶ ἀδίστακτον, τὸ πιστεύειν ἀδιστάκτως, ἐκεῖνο λείπεται μόνον, ὃ δεῖ πάσῃ δυνάμει ζητεῖν, καὶ παντὶ τρόπῳ εὑρεῖν. Ποῖον δὴ οὗτο; τουτί. τὸ τί ἄρα πράξαντες, σωτηρίας ἐπιτευξόμεθα. ὅτι πίστις ἄεργος, καὶ ἔργον ἄπιστον, ἀπόβλητα ἐπίσης παρὰ θεῷ. ἀλλάγε καὶ οὗτο διαῤῥήδην ἀπὸ ταύτης ὀψόμεθα τῆς περιωπῆς. ὁ γὰρ τρισυπόστατον ἡμῖν ἑαυτὸν ἀποδείξας θεὸς, οὗτος καὶ ταύτην ἡμῖν τὴν ἀτραπὸν ὑπέδειξε περιδηλοτάτην. καὶ δὴ γνῶτε λοιπόν. πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τρισόχρυσόπλοκος ἶρις παρ' ἡμῶν τηρουμένη, τὴν σωτηρίαν ἡμῖν προξενεῖ. καὶ δὴ ἐπεξεργασώμεθα.

Πίστις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. ἢ ἡ τὸ ἀδύνατον ἐν δυνάμει πιστεύουσα, καὶ τὸ ἀσθενὲς, ἐν ἰσχύϊ, καὶ τὸ παθητικὸν ἐν ἀπαθείᾳ, καὶ τὸ φθαρτὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ τὸ θνητὸν

Sic enim ſalutare videbimus Domini, mundi corde facti: fide vera, & factis fidem teſtantibus, diuinos verbi aſcenſus facientes.

Ante omnia autem ſciendum: gratiam, non tantùm per ſe operatam eſſe in Sanctis notitias myſteriorum: verùm etiam cum capacibus cognitionis ſecundum naturam potentijs, in ijs, qui digni erant. Alterum proinde alterius indiget: gratia operum, opera, gratiæ: perinde, vt lux, viſionis: viſio, lucis: anima, corporis: corpus, animæ. Cùm itaq; propriè ambo ad ſalutem conducant: ſine dubitatione ambo habere homo debet: rectam fidem cum operibus, & virtutis opera per fidem. Credere autem, excluſa dubitatione: quia dubitatio & hæſitatio in fide, omnino fides non eſt. Nam quod Argumentis probatur, ſemel ſuſceptum, profundius etiam ſcrutando examinatur. At ſimplicitas fidei, demonſtrationibus ratione excogitatis firmior eſt: & quæ ab arte remota ſunt argumenta, infinito interuallo firmiora ſunt, quàm artificialia. Profunditas enim fidei, ſi ſcruteris, more fluctuum æſtuat: ſimplici verò affectione animi conſiderata tranquilla ſtat.

Cùm igitur certiſsimum & indubitatum ſit, abſq; dubitatione credendũ eſſe: illud reſtat ſolum, quod quacunq; ope fieri poteſt, quærendum & omni modo inueniendum eſt. Ecquod illud? Hoc, quid'nam facere debeamus, vt ſalutis compotes fiamus: quandoquidem Fides operibus carens, & opus fide deſtitutum, iuxtà à Deo reijciuntur. Quare hoc etiam euidenter ab hac cernemus ſpecula. Qui enim ſe nobis in tribus perſonis vnum patefecit Deus: is & hanc nobis viam monſtrauit manifeſtiſsimè. Cognoſcite itaq; deinceps. Fides, ſpes, charitas, triplex auro conſerta iris, ſi à nobis obſeruetur, ſalutem nobis conciliat. Declaremus.

Fides eſt eorum, quæ ſperantur, & conuincens argumentum rerum, quæ non cernuntur. Vel, quæ, quod impoſsibile eſt, id cum potentia eſſe credit: &, quod infirmũ, cum robore: &, quod patibile, cum vacuitate paſsionis: &, quod corruptibile, cum incorruptione: &, quod mortale,

 cum

cum immortalitate. Hoc myſterium, magnum eſt. Spes eſt, latentium diuitiarum, diuitiæ: & indubitatus, omni theſauro potior, theſaurus. Charitas, Fidei fons eſt, abyſſus æquanimitatis, mare humilitatis, ebrietas animæ ſanctæ: ſimilitudo cũ Deo: quoad homo aſſequi poteſt. Absq; his tribus, ſalutis adeptio, impoſsibilis eſt. Quod verum eſſe, trium locupletiſsimorum teſtium, quos in medium producemus, voce ſufficienter probari poteſt.

Age igitur tu venerandi Apoſtolici cœtus Princeps Petre, & tu præ alijs Domino dilecte Ioannes, tuq; prime Hieroſolymitane Epiſcope Iacobe iuſte, teſtimonium dicite. Petrus *1.* cap. Epiſt. *2.* ſic clamat & teſtificatur. Superaddite in fide veſtra virtutem: in virtute, cognitionem: in cognitione, continentiam: in continentia, tolerantiam: in tolerantia, pietatem: in pietate, fraternum amorem: in fraterno amore, charitatem. Hæc enim, ſi in nobis ſunt, & exuberant: non inertes, non infrugiferos, conſtituunt ad Domini noſtri Ieſu Chriſti agnitionem. Cui enim non adſunt hæc, cæcus eſt, cæcutiens. Ille verò tonitrus Filius *1.* cap. *1.* epiſtolæ ait. Deus, lux eſt: tenebræ in eo nullæ ſunt. Si dixerimus, nos habere communionem cũ eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Quòd ſi in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt, in luce: communionem habemus inter nos: & ſanguis Ieſu Chriſti, Filij eius, emundabit nos ab omni peccato. Et cap. *2.* Qui ſe dicit in luce eſſe, ſed odit fratrem ſuum: in tenebris eſt etiam nunc. Qui diligit fratrem ſuum: in luce manet, & tenebrę in eo non ſunt. Qui non diligit fratrem ſuum: manet in morte: Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Scimus autem, omnem homicidam non habere vitam æternam in ſeſe. Et *3.* cap. eiusdem. Quisquis habuerit opes: & viderit fratrem ſuum egentem &c. & quicquid præterea ibi de charitate ſequitur.

Conſentit cum his, Dei frater, cap. *2.* Epiſt. ſuæ, vbi dicit. Quæ vtilitas eſt, fratres mei: ſi fidem aliquis dixerit ſe

τὸ θνητὸν ἐν ἀθανασίᾳ. τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο, μέγα ἐστίν. ἐλπίς ἐστιν, ἀδήλου πλούτου πλοῦτος, καὶ ἀενδοίαστος περὶ θησαυροῦ, θησαυρός. ἀγάπη ἐστὶ, πηγὴ πίστεως, ἄβυσσος μακροθυμίας, θάλασσα ταπεινώσεως, μέθη ψυχῆς ἁγίας, ὁμοίωσις θεοῦ, καθόσον βροτοῖς ἐφικτόν. ὅτι δίχα τούτων τῶν τριῶν, σωτηρίαν εὑρεῖν τῶν ἀμηχάνων. τρεῖς μέγιστοι μάρτυρες παρελθόντες εἰς μέσον, ἱκανοὶ λόγον πιστώσασθαι.

Ἄγε δὴ τῶν σεπτῶν ἀποστόλων κορυφαῖε Πέτρε, καὶ ὁ ἠγαπημένος Χριστῷ πλέον Ἰωάννης, καὶ σὺ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπε πρῶτε Ἰάκωβε δίκαιε. τὸ περὶ τούτων μαρτυρήσατε. ὁ μὲν οὖν Πέτρος, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ δευτέρας ἐπιστολῆς οὕτω βοᾷ καὶ διαμαρτύρεται. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ἡμῶν, τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ, τὴν γνῶσιν, ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ, τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ, τὴν εὐσέβειαν, ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ, τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ, τὴν ἀγάπην. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι μυωπάζων. ὁ δὲ τῆς βροντῆς υἱὸς ἐν πρώτῳ κεφαλαίῳ τῆς πρώτης ἐπιστολῆς φησιν. ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατοῦμεν, ψευδόμεθα καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, μένει ἐν τῷ θανάτῳ. πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστί. Καὶ οἴδαμεν, ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος, ζωὴν οὐκ ἔχει αἰώνιον ἐν ἑαυτῷ: καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς αὐτῆς, ὃς δ' ἂν ἔχει τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρεῖ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ τὰ λοιπά. καὶ ὅσα ἄλλα λέγει περὶ ἀγάπης.

Καὶ ὁ ἀδελφόθεος ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς αὐτοῦ ἐπιστολῆς, συνᾴδει, λέγων. Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγει τις

γῇ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ. μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε, μὴ δῷ δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος; οὕτω καὶ ἡ πίστις ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. ἀλλ' ἐρεῖ τις, σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ θεὸς, εἷς ἐστι; καλῶς ποιεῖς, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίττουσι. Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν, οὐκ ἐξ ἔργων νόμου ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη; Ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. ὥσπερ γὰρ, ὡς εἴπομεν πρὸ ὀλίγου, τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

Συνορᾷν δίκαιον, πῶς οὐ μάτην ἐῤῥέθη, ὅτι δίχα πίστεως, ἐλπίδος, ἀγάπης, σωθῆναι ἀδύνατον. ὥσπερ γὰρ δεόμεθα τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν εἰς θέαν τῶν ὁρατῶν, οὕτω δήπου χρῄζομεν πίστεως εἰς τὴν ἐποπτείαν τῶν θείων. Καὶ ὥσπερ ἡ τῶν πραγμάτων κατ' ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν προσγίνεται, οὕτω καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσις, κατὰ μέτρον τῆς εἰς χριστὸν ἐλπίδος. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἄλλο τι λατρεύειν παρὰ τὸν θεὸν προσήκει, οὕτως οὐκ ἐπ' ἄλλον ἐλπίζειν, ἢ μόνον ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν πάντων κηδεμόνα. Καὶ ὥσπερ ἐπικατάρατος ὁ τὴν ἐλπίδα ἔχων ἐπ' ἄνθρωπον, οὕτως εὐλογημένος, ὁ τῷ θεῷ ἐπιστηριζόμενος. Καὶ ὥσπερ μνήμη πυρὸς, οὐ θερμαίνει τὸ σῶμα, οὕτω πίστις ἄνευ ἀγάπης, οὐκ ἐνεργεῖ εἰς τὴν ψυχὴν, τὸν τῆς γνώσεως φωτισμόν. Ἀγάπην δὲ εὑρεθῆναι ἐλπίδος δίχα, ἀδύνατον. Ὅθεν οἱ πατέρες οἱ ἅγιοι λέγουσιν, ἕν ἐστι μόνιμον,

rit ſe habere, facta verò non habeat? poteſt'ne Fides ipſum facere ſaluum? Quòd ſi frater, aut ſoror, nudi fuerint, & quotidiani victus egentes: aliquis autem veſtrûm eis dicat: Abite, cum pace, calefacite vos, & ſaturamini: non tamen dederit ipſis, quæ corpori neceſſaria ſunt, quæ erit vtilitas? Sic etiam fides, niſi facta habuerit: mortua eſt per ſe. At dicet aliquis: Tu fidem habes: Et ego facta habeo. Monſtra mihi fidem tuam ex factis tuis: & ego monſtrabo tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis, Deum, vnum eſſe? Rectè facis. Etiam Dæmones credunt, & cohorreſcunt. Vis'ne autem cognoſcere, inanis homo; fidem, cùm ſine factis eſt, mortuam eſſe? Abrahamus, Pater noſter, non'ne ex operibus legis iuſtus factus eſt: poſtquam obtulit filium ſuper aram? Vides, fidem adiutricem fuiſſe factis eius: & ex operibus, fidem factam eſſe perfectam? Ita impleta fuit Scriptura, quæ dicit: Credidit Abrahamus Deo: & imputatum eſt ei ad iuſtitiam, amicusq; Dei vocatus eſt. Vides igitur, ex factis iuſtificari hominem, & non ex fide ſolùm. Sicut enim, vt paulò antè diximus, corpus abſque Spiritu, mortuum eſt: ſic etiam fides ſine factis, mortua eſt.

Operæ precium autem eſt, cauſam conſiderare: cur non fruſtra dictum ſit: abſq; fide, ſpe, charitate, hominem conſeruari, impoſsibile eſſe. Quemadmodum .n. corporis oculis indigemus ad viſionē rerum aſpectabilium: ita nimirum opus eſt nobis fide ad inſpectionem Diuinarũ. Et quemadmodum rerum, proportione executionis mandatorum fit: ita & veritatis agnitio, pro menſura ſpei in Chriſto collocatæ. Sicut non quicquã aliud, cultu diuino honorandũ eſt, prę́ter Deũ: ſic nec in quoquam alio reponenda ſpes, præterquam in ſolo cunctorum curatore Deo. Sicut execrabilis eſt, qui ſpem habet in homine: ſic felix, qui in Deo nititur. Et quemadmodum meminiſſe ignis, non calefacit corpus: ita fides abſq; charitate, non imprimit in animam, cognitionis illuminationem. Nec, vt ſine ſpe reperiatur charitas, vllo pacto fieri poteſt. Vnde ſancti Patres dicere ſolent: Vnum eſt ſtabile, ſpes

le, ſpes in Deum: cætera omnia, non ſunt natura, ſed opinione & inſtituto. Et, qui potentia fidei habet cor ſuffultum, abſq; factis, nihil habet: & quando nihil habet, fide omnia poſsidet. Sed potentia fidei, in operibus conſiſtit. Qui autem charitate priuatus eſt: ipſo priuatus eſt Deo: quem expeti per talia, & ſpem in eo haberi, oportet. Si enim vel teipſum interroges, vel alium Chriſtianum verum: in quónam habeant, qui conſeruantur, ſpem ſalutis: procul dubio dixerit, nos in ſola miſericordia Dei ſpem poſitam habere. Ea autem, eſt in Deo peccatorum noſtrorum tolerantia. Hac enim, niſi erga nos vtatur: nemo ſaluus erit: quia nemo peccati expers: ne ſi vno quidem tantùm die vitæ eius ſpatium definiatur. Quòd ſi in Dei patientia, nobis ſpes ſalutis ſita eſt: ea autem, offenſionum tolerantibus datur ſolis, nemini verò iniuriarum memoriam retinenti: ſi nos fuerimus, quoad in hominem cadere poteſt, erga alios, pia offenſarum condonatione, lenes: etiam Pater cœleſtis nobis, non tantùm noſtra peccata remittet: ſed inſuper vitam æternam donabit propter Chriſtum.

μον, ἡ πρὸς θεὸν ἐλπίς, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα οὐχί ἐστι τῇ φύσει, ἀλλὰ νομίζεται. Καὶ ὁ τῇ δυνάμει τῆς πίστεως τὴν καρδίαν ἐρηρεισμένος, ἄνευ τῶν ἔργων, οὐδὲν ἔχει. Καὶ ὅτε οὐδὲν ἔχει, τῇ πίστει πάντα κατέχει. δύναμις δὲ πίστεως τὰ ἔργα εἰσίν. ὁ δὲ τῆς ἀγάπης ἐστερημένος, αὐτοῦ ἐστέρηται τοῦ θεοῦ. οὗ ἐφίεσθαι διὰ τῶν τοιούτων, καὶ τὴν ἐλπίδα δεῖ ἔχειν. ἂν γὰρ ἢ ἑαυτὸν ἐρωτήσῃς, ἢ ἄλλον χριστιανὸν ἀληθῆ, ἐν τίνι ἔχουσιν οἱ σωζόμενοι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, πάντως εἴπῃ, εἰς τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ μόνον ἐλπίζομεν. Τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἡ τοῦ θεοῦ ἀνεξικακία. ἂν γὰρ πρὸς ἡμᾶς μὴ ἀνεξικακίσῃ, οὐδεὶς ὁ σωζόμενος, ἐπεὶ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀναμάρτητος. οὐδ᾽ ἂν μία ἡμέρα ᾖ ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ δὲ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ ἀνεξικακίαν ἔχομεν τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, αὐτὴ δέ, τοῖς ἀνεξικάκοις δίδοται μόνοις, καὶ οὐδενὶ μνησικάκῳ, καὶ ὦμεν, ὡς δυνατόν, ἀνεξίκακοι, ἀφιέντες τὰ ἄλλοις ἐπταισμένα εἰς ἡμᾶς εὐλαβῶς, καὶ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος οὐ μόνον συγχωρήσει ἡμῖν, ἀλλὰ ζωὴν τὴν αἰώνιον χαρίσεται ἐν χριστῷ.

Vbi verò reuerentia diuini numinis, & obedientia erga ſalutaria ſanctorum Patrum monita, veraq; laudabilibus factis comprobata fides, excluduntur: ibi nihil boni ſuperſtrui poteſt. Quomodo etiam beatis illis donis & prædicationibus, quæ fidei, occulto quodam & inuiſibili modo, repoſita ſunt, digni eſſemus: ſi ſolùm his quæ rationi & cogitationi apparent, obſequeremur? Vndénam ad vanitatem reciderunt gentes: & obtenebratum fuit inſipiens eorum cor: cumq; ſe ſapientes dicerent, ſtulti facti ſunt? An non inde, quòd ſequentes iudicium rationis ſuæ, prædicationi fidei non obtemperârunt? Quos alios Eſaias, vt perditos, deplorat, cùm dicit: Væ illis, qui ſibi videntur ſapientes, & iudicio ſuo ſcientes? Diuinitas enim (ſicut Athanaſio illi ſummo videtur) non demonſtratione, & ratiocinatione traditur: ſed fide, & pietatis meditatione, cum reuerentia. Nam ſi de ſalutari cruce Paulus, non ſapientia orationis, ſed perſuaſione

Ὅπου δὲ ἡ εὐλάβεια τῶν θείων, καὶ ἡ ὑπακοὴ τῶν λόγων τῶν ἁγίων πατέρων ἀπολείπεται, ἥ, τε ἀληθὴς πίστις ἡ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δεικνυομένη, ἐκεῖ οὐδὲν ἀγαθὸν δύναται ἐποικοδομηθῆναι. καὶ ἄλλως, πῶς ἂν εἴημεν τῶν μακαρισμῶν ἄξιοι τῶν ἐπὶ τῇ πίστει ἀοράτως ἀποκειμένων, εἰ μόνοις τοῖς κατὰ τὸν λογισμὸν ἐναργέσι πειθόμενοι; πόθεν ἐματαιώθησαν τὰ ἔθνη καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, οὐκ ἐπειδὴ τοῖς ἐκ τῶν λογισμῶν φαινομένοις παρηκολουθηκότες, καὶ τῷ κηρύγματι τῆς πίστεως ἠπείθησαν; τίνας Ἡσαΐας ὡς ἀπολωλότας ὀδύρεται, οὐαὶ οἱ σοφοὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς λέγοντες, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες; ἡ γὰρ θεότης, ὡς Ἀθανασίῳ τῷ πάνυ δοκεῖ, οὐκ ἐν ἀποδείξει λόγων παραδίδοται, ἀλλ᾽ ἐν πίστει καὶ εὐσεβείας λογισμῷ, μετὰ εὐλαβείας. εἰ γὰρ καὶ τὰ περὶ τοῦ σωτηριώδους σταυροῦ, οὐκ

οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἀλλ' ἐν πειθοῖ πνεύματος καὶ δυνάμεως ἐκήρυττεν ὁ Παῦλος. Καὶ οὕτως ἀῤῥήτων δυνάμεων ἤκουσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, ἃ μὴ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, πῶς αὐτῆς τῆς ἁγίας τριάδος τὴν ἀλήθειαν πιστεύσει λόγῳ, ὁ μὴ πιστεύσας καλῶς; Ὁρᾶτε, πῶς ἀποβάλλονται πάντες οἱ θεῖοι διδάσκαλοι, τοὺς περιέργους συλλογισμοὺς, καὶ πόῤῥω που πάντας ῥίπτουσι τῆς θείας αὐλῆς; πᾶς γὰρ ὁ ἀπολέσας ὃ πρότερον εἶχεν, ἐκεῖνος ζητεῖ. Ὁ δὲ μηδὲν ἀπολέσας, ἀλλ' ὁλόκληρον ἔχων, ὃ ἀρχῆθεν ἐκτήσατο, πῶς οὐ ζητεῖ. μόνον δὲ τηρεῖ καλῶς τὸ κτηθέν. Ἡμεῖς οὖν τηρεῖν τὴν πίστιν, οὐχὶ πολυπραγμονεῖν μεμαθήκαμεν. Ἡμεῖς τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι, οὐδὲν ἀπωλέσαμεν, οὐδὲ ζητοῦμεν. ἡ τῆς πίστεως ζήτησις ἀναιρετική. Ὡς γὰρ ὁ πιστεύων οὐ ζητεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ ζητῶν πιστεύει. ὁ ζητῶν ἔτι, οὐδέπω εὗρεν, οὐδὲ πεπίστευκεν ἀληθῶς καὶ ἀμεταπτώτως, ἢ ἔδει. Ἔνθα ζήτησις, πίστις οὐκ ἔστιν, ἔνθα δὲ πίστις, οὐ χρεία ζητήσεως, ἀλλὰ καρπῶν τῶν ἐκ πίστεως, ἅ εἰσι τὰ ἀγαθὰ ἔργα. Ὁ μὲν γὰρ λόγοις πειθόμενος, καὶ μεταπεισθῆναι δύναται. ὁ δὲ πίστει βεβαιούμενος, ἀπετείχισεν ἑαυτὸν καὶ ἐκύρωσεν. Λοιπὸν τὴν ἀκοὴν, τοῖς λυμαινομένοις λόγοις, καὶ τὰ ἐν τῇ πίστει ζητούμενα, οὐ πρὸς τὰς κοινὰς ἐννοίας ἀναφέροντες ζητοῦμεν, εἰ ταύταις συμφωνεῖ. Ἀλλ' εἴπερ μόνον τοῖς ὁμολογουμένοις τῆς ἐκκλησίας δόγμασιν ὁμόφωνα δείξαιμεν ταῦτα, κἂν πάντα συμβῇ ἀναιρεῖσθαι τὰ κατὰ φιλοσοφίαν δόγματα. Ἐπεὶ οὔτε διὰ σοφίας λόγων πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγωγήθημεν, οὔτε τὸ τῆς τριάδος μυστήριον, ἐκεῖθεν πῶς ἐμυήθημεν, οὔτε μὴν ἄλλό τι δόγμα τῶν τῆς πίστεως δογμάτων παρ' αὐτῆς μεμαθήκαμεν. Ὅτι φιλοσοφίας μὲν ὕλη, ὡς καλῶς οἴδατε, τὰ ὄντα. θεολογίας δὲ τέλος, ὁ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάντων δημιουργός. Χρὴ οὖν, οὔτε τὴν πίστιν νομίζειν τέχνην, μήτε τὰ δοκιμασθέντα τοῖς θεολόγοις, τεχνολογεῖν, ἀλλ' ἐμμένειν εἰς ὅσα οἱ πνευματορήτορες ἐσαφήνισαν. ἂν γὰρ τοῖς ἰδίοις θαῤῥήσωμεν λογισμοῖς, εἰς χάος ἐκκυλισθῆναι κινδυνεύσομεν τοῦ Ἀναξαγόρου ἐκείνου, ὃ μὴ γένοιτο, χριστὲ βασιλεῦ.

Πρὸς

ſuaſione Spiritus, & facultatis cuiuſdam ſuperioris, concionabatur: & ita, neſcio quæ magna & auguſta, quæ fas homini non eſt dicere, in Paradiſo audiuit: quomodo ad credendum veram de S. Trinitate doctrinam, ratione & verbis adducatur is, qui non ſimpliciter bene credit? Videtis, quomodo reijciant omnes pij Doctores, exquiſitè excogitatos Syllogiſmos: longèq; extra diuinam aulam eliminent? Quisquis.n. perdidit, quod antea habebat: is quærit. Qui vero nihil perdidit, ſed integrũ habet, quod initiò poſsedit: nullo modo quærit, ſed tantùm diligenter cuſtodit. Nos igitur retinere fidẽ, nõ curioſè indagare, didicimus: nos ſancti Spiritus beneficio nihil amiſimus, nec quærimus. Fidei inquiſitio, vim eius auferendæ habet. Nã ſicut, qui credit, nõ quærit: ita nec, qui quærit, credit. Qui adhuc quærit, nondũ inuẽnit: nec credit verè & conſtanter, ſicut oportebat. Vbi inquiſitio, ibi fides non eſt: vbi fides, ibi inquiſitione nihil opus eſt, ſed fidei fructibus, qui ſunt bona opera. Qui enim rationibus perſuadetur: idem rationibus, à priore ſententia ad aliam depelli poteſt. Qui verò fide nititur: ſe velut muro ad ſtabilitatem communiuit. Proinde aures aduerſus nocentia verba obſtruit. Ac, quæ de fide exquiruntur: non ad communes & innatas notitias, in quærendo referimus, num his illa conſonent: aut certè has, claræ & indubitatæ doctrinæ Eccleſiæ conſentire monſtramus: etiamſi omnia Philoſophiæ decreta corruere accideret. Neq; enim ſapientiâ rationum, ad veritatem deducti ſumus: nec Triadis myſterio, vllo pacto ex illa initiati fuimus: nec etiam vllum aliud Fidei dogma, ab ipſa didicimus. Bene enim ſcitis, Philoſophiæ ſubiectum, eſſe Entia: Theologiæ verò finem illum, qui eſt ſupra omnia Entia, à quo vniuerſa condita ſunt. Quocirca nec Fides, putanda eſt ars: nec, quæ Theologis exquiſita & probata ſunt, rationibus & præceptis artis ſubijcienda: ſed in his permanendum, quæ à Spiritus ſancti oratoribus prodita ſunt. Si enim noſtri cerebri rationibus innixi fuerimus, periculum eſt, ne in chaos illius Anaxagoræ deuoluamur: quod tu Chriſte Rex prohibeas.

Inſu-

Inſuper D.Chryſoſtomus,commentarij in Hexaëmeron oratione quarta,opera neceſſaria his verbis oſtendit. Quamobrem ne ſimus,obſecro, negligentes in obſeruatione præceptorum: ſed cogitationem noſtram domemus. Primùm aſſueſaciamus ad vincendum proximum charitate: & ex ſententia D. Pauli, honore inter nos alij alios præueniamus. Hoc .n. vinculum eſt: quod maximè coniunctam tenet vitam noſtram. Hoc differimus à beluis,& natura rationis experte: quòd poſſumus,modò velimus,ordinem nobis aſſignatum & conuenientem tueri: ac magnam cum proximis concordiam colere: freno coërcere cogitationis impetum: inmanſuetam beluam,iram ſcilicet, demulſam tenere: ſemperq; certamen ei,& periculum,horrendi illius tribunalis,ante oculos ſtatuere. Neq; enim fruſtra & inutiliter tempus nobis conſumendum eſt: ſed quotidie,imò ſingulis horis, ante oculos ponendum,Domini iudicium:& quæ ſint illa, quæ magnam nobis fiduciam afferre poſsint: quæ contra, quibus ſupplicium intendatur.Huiuſmodi rerum aſsidua cogitatione,vincamus affectus: comprimamus carnis noſtræ incitationes: mortificemus, vt beatus Paulus iubet, membra noſtra terreſtria: vt fructum Spiritus percipere poſsimus:qui eſt charitas,gaudium, pax,& quæ ſequuntur. Nam adamante duriores nos Dei gratia fecit, vt nulla ex parte conſumi poſsimus, modò velimus. Hoc diſcrimen eſto, quo Chriſtianus differat ab infideli: ſi fructus Spiritus ferre velit. Ne, quæſo, titulo ſolùm hoc nos oſtentemus: nec habitu externo gloriemur: ſed his,quando etiam habebimus, ne altum ſapiamus: verùm potiùs nos humilitate contrahamus. Etiamſi enim omnia feceritis,(inquit) dicite,vos inutiles ſeruos eſſe. Si hanc cogitationem ſuſceperimus, noſtræq; ſalutis rationem habuerimus: poterimus & nobis ipſis prodeſſe: & à futuro ſupplicio eripere illos, qui nobis Doctoribus vtuntur: vt vitæ præſentis curriculo, accuratè & bene decurſo

Πρὸς τούτοις καὶ ὁ θεῖος χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὴν ἑξαήμερον, ἐν τετάρτῳ λόγῳ, δεικνύων τὰ ἔργα ὡς ἀναγκαῖα, φησίν. Διὸ παρακαλῶ, μὴ γενώμεθα ῥάθυμοι περὶ τὴν τήρησιν τῶν ἐντολῶν. ἀλλὰ δαμάσωμεν ἡμῶν τὸν λογισμόν. Καὶ πρῶτον μὲν παιδεύσωμεν νικᾷν τὸν πλησίον τῇ ἀγάπῃ, καὶ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ μάλιστα συνέχει καὶ συγκρατεῖ τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν. Καὶ τούτῳ, τῶν ἀλόγων καὶ τῶν θηρίων διεστήκαμεν, τῷ δύνασθαι, εἰ βουληθείημεν, τὴν προσήκουσαν ἡμῖν τάξιν διατηρεῖν, καὶ πολλὴν τὴν περὶ τοὺς πλησίους ὁμόνοιαν ἐπιδείκνυσθαι. καὶ ἄγχειν τὸν λογισμόν. Τὸ ἀτίθασσον τοῦτο θηρίον, τὸν θυμὸν λέγω, καταξαίνειν. καὶ τὸν ἀγῶνα αὐτῷ τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου ἐπιστᾶν πάντοτε. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ δαπανᾶν ἡμᾶς τὸν χρόνον προσήκεν, ἀλλὰ καθεκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνειν τὸ τοῦ κυρίου κριτήριον. Καὶ τίνα μέν ἐστι τὰ πολλὴν παῤῥησίαν προξενεῖν δυνάμενα, τίνα δὲ τὰ τὴν κόλασιν ἐπιτείνοντα. καὶ οὕτω ταῦτα στρέφοντες ἐν τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς, περιγινώμεθα τῶν παθῶν. Καταστέλλωμεν ἡμῶν τὰ τῆς σαρκὸς κινήματα. Καὶ νεκρώσωμεν ἡμῶν, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τὰ μέλη, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἵνα δυνησώμεθα τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος δέξασθαι. Ὅς ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀδάμαντος γὰρ ἡμᾶς στεῤῥοτέρους ἡ τοῦ θεοῦ χάρις κατεσκεύασε, καὶ πάντη ἀναλώτους, ἐὰν βουλώμεθα. Αὕτη τοῦ χριστιανοῦ πρὸς τὸν ἄπιστον ἔστω διαφορὰ, καρποφορεῖν τὰ τοῦ πνεύματος βουλόμενον. μὴ τῇ προσηγορίᾳ μόνον ἐγκαλλωπιζώμεθα. μὴ δὲ τῷ σχήματι μέγα φρονῶμεν. ἀλλὰ καὶ εἰ ταῦτα κτησαίμεθα, μὴ μέγα φρονήσωμεν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἑαυτοὺς συστείλωμεν. Ὅταν γάρ, φησι, πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. Ἐὰν οὕτω μεμεριμνημένοι τυγχάνωμεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας φροντίζωμεν, δυνησόμεθα καὶ ἑαυτοὺς ὠφελεῖν, καὶ τῆς μελλούσης κολάσεως ἐξαρπάζειν τοὺς διδασκάλους χρωμένους ἡμᾶς. ἵνα μετ᾽ ἀκριβείας τὸν παρόντα διανύσαντες βίον.

βίον, καταξιωθῶμεν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι φιλανθρωπίας. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε λοιπὸν εὑρεῖν τινα παραμυθίαν ἐκεῖ, τὸν μὴ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀπονιψάμενον τὰ ἡμαρτημένα. Ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ, φησί, τίς ἐξομολογήσεταί σοι. καὶ εἰκότως. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τῶν καμάτων καιρός, καὶ τῶν ἀγώνων, καὶ τῶν παλαισμάτων. ἐκεῖνος δὲ τῶν στεφάνων, καὶ τῶν ἀμοιβῶν, καὶ τῶν βραβείων. Ἀγωνισώμεθα τοίνυν, ὡς ἔτι ἐν τῷ σταδίῳ διαγόμενοι. ἵνα ἐν τῷ καιρῷ, καθ' ὃν δεῖ τὸν στέφανον κομίσασθαι, καὶ τῶν καμάτων τὰς ἀμοιβὰς, μετὰ παῤῥησίας δεξώμεθα. Ταῦτα οὐχ ἁπλῶς λέγεται, ἀλλὰ βουλόμεθα καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς ὑπόμνησιν ὑμᾶς ἄγειν τῆς τελειώσεως τῶν ἀγαθῶν πράξεων. ἵνα τέλειοι καὶ ἀπηρτισμένοι τυγχάνοντες, καὶ κατὰ τὴν τῆς πολιτείας ἀρετὴν διαλάμποντες, γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα θεοῦ ἀμώμητα. καὶ φανήσησθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἡμέτερον, εἰς ἡμέραν χριστοῦ. ἵνα καὶ μόνον φαινόμενοι, ὠφελῆτε τοὺς ὑμῖν συγγινομένους. καὶ τῆς προσούσης ὑμῖν εὐωδίας τῆς πνευματικῆς, καὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας μεταλαμβάνωσιν, οἱ κοινωνοῦντες ὑμῖν τῆς διαλέξεως. Ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν φαύλων συνουσία, καταβλάπτειν εἴωθε τοὺς ἀναμιγνυμένους, καθάπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι: φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. οὕτω καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν συνουσία τὰ μέγιστα ὀνίνησι τοὺς πλησιάζοντας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης συνεχώρησεν ἀναμεμίχθαι τοὺς ἀγαθοὺς τοῖς πονηροῖς. ἵνα κερδαίνωσί τι ἐκ τῆς συνουσίας, καὶ μὴ ἐναπομένωσι διηνεκῶς τῇ πονηρίᾳ. ἀλλὰ συνεχῆ ὑπόμνησιν ἔχοντες τὴν ἐκείνων θέαν, καρπώσωνταί τι πλέον, ἐκ τῆς τούτων συνουσίας. τοσαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, ὡς καὶ τοὺς μετιόντας αὐτὴν, σφόδρα αὐτὴν αἰδεῖσθαι, καὶ πολὺν τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἔπαινον διεξιέναι. Ὡς δὲ ἡ κακία. ταῦτα τὰ τῆς ἀρετῆς φροντίσωμεν, ἵνα μὴ τοῦ χρόνου παρατρέχοντος, λάθωμεν ἑαυτοὺς ζημιοῦντες. ὃ μὴ γένοιτο.

Ὁρᾶτε ὡς ἔργων χρεία, καὶ τούτων ἐναγωνίων, καὶ ἀρίστων; ἀλλὰ τῶν μὲν περὶ τούτων λόγων, ἅλις. Ἀκούσωμεν δὲ, τὰ περὶ τῶν μυστηρίων.

ΠΕ-

decurſo, digni fiamus futuri æui humanitate & beneficentia. Nequaquam enim fieri poteſt: vt poſthac aliquod ſolatium inueniat illic: qui non in hac vita expiauerit peccata. Nam in inferno (inquit) quis confitebitur tibi, aut gratus te prædicabit? Et verè. Nunc enim eſt occaſio laborandi, certandi, luctandi: illic verò, coronas, præmia, remunerationem, accipiendi. Certemus igitur, dum adhuc in ſtadio verſamur: vt tùm, quando corona dabitur, & gratia pro laboribus referetur, læta fronte accipiamus. Hæc non obiter dicuntur: ſed quotidie vos, rectarum & laudabilium actionum, vt eas præſtetis, commonefactos volumus: vt perfecti facti, & omnibus numeris abſoluti, & vitæ actæ virtute ſplendentes, fiatis irreprehenſibiles & ſinceri, proles Dei immaculata: conſpiciaminiq; ceu luminaria in mundo, rationem vitæ obtinentes, ad gloriationem veſtram, in diem Domini: vt vel ſolo conſpectu veſtro iuuetis eos, qui vos accedunt: & de ſuaui odore veſtro ſpirituali, optimaq; viuendi forma, aliquid attrahant, qui veſtra collocutione vtuntur. Vt enim improborum commercium, nocere ſolet accedentibus: (ſicut Paulus ait: *Mores bonos colloquia corrumpunt mala.*) Ita & bonorum familiaritas, maximas vtilitates vtentibus affert. Hæc etiam cauſa eſt: quòd humaniſsimus noſter Dominus permiſit admiſceri bonos malis: vt ex illorum conuerſatione aliquid boni accipiant hi, nec perpetuò in malitia maneant: ſed continenter illorum intuitu commonefacti, aliquid ex eorum conſuetudine proficiant. Ea namq; virtutis vis eſt: vt ij, qui eius ſtudio tenentur, vehementer ipſam reuereantur: & multis verbis laudes eius percenſeant. Sic & vitium ſe habet. Quapropter virtuti ſtudeamus: ne, tempore fruſtra elapſo, imprudentes nobis damna accerſamus, quod abſit.

Videtis nunc, vt arbitramur, ſatis: factis opus eſſe, iiſq; in certamine & ſudore verſantibus, & ad laudem optimis. Transeamus itaq; ad explicationem Sacramentorum.

DE

DE SACRAMENTIS.

4. *De Sacramentis.*

QVarto capite hoc generatim de ſacris myſterijs,ſeuSacramentis, & particulatim, auxilio Dei explicabimus:vt hæc doctrina,perſpicua vobis ſit.

Quin igitur vita,quam in Chriſto viuimus,in his conſiſtat: & principia ex his capiat: perficiatur autem in futuro ſeculo: poſtquam ad illum peruenerimus diem: vbi corporis moles & malitia non tenebras obtendit, (vnde & Paulus,cupio ex hoſpitio,inquit,diſcedere, & cum Chriſto eſſe: perfectam ſcilicet felicitatem,& ſummam expetendorum, appetens) nullus Chriſtianorum ignorat. Quis autem ſit ritus initiationis horum:quibus in Chriſto viuimus,mouemur,&ſumus:ex traditione Eccleſiæ piorũ breuiter cõmemorabimus.

I. Baptiſmatis igitur beneficio fit: vt ſimus,omninoq; ſecundum Chriſtum ſubſiſtentiam habeamus. Illud enim nos,peccato mortuos & corruptos accipiens, ad vitam introducit. Sed & per huius myſteria,tanquam per quaſdam feneſtras in tenebricoſo hoc mundo, ſol ingreditur iuſtitiæ, & dignos illuminat. Certè, qui non regeneratus eſt aqua & Spiritu: non poteſt in vitam ingredi. Et morimur mortem illius: vt pari reſurrectione reſurgamus,& Regni hæredes fiamus. Tripliciter coronati,quandoTrinitas accinitur:tribus immerſionibus,non trina infuſione,vtentes. Baptizabant enim veteres, non manibus ſuis aquam Baptizandis aſpergentes, ſed trina immerſione, hoc Euangelij ſequentes: Aſcendit ex aqua. Ergo antè deſcenderat.Ecce immerſio,non aſperſio. Sed & ſapiens ille Ioannes Zonaras, in enarratione Apoſtolici 3. Canonis, qui eſt: Si quis Epiſcopus,aut Presbyter, non tria baptiſmata vnius initiationis peregerit:inquit: Tria baptiſmata, tres immerſiones vocat canon.

II. Chriſmate inungimur,vt Chriſmatis Regij,Deificationis fiamus participes.Loquuntur autem deChriſmate non tantùm Dionyſius Areopagita prolixè,(vir fide digniſſimus: cuius mentio Act. 17.extat,vbi dicitur:

ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ΜΥΣΤΗΡΊΩΝ.

ΠΡὸς τὸ τέταρτον, καθόλου περὶ τῶν δ'. ἱερῶν μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐν μέρει, διαληψόμεθα, διδόντος θεοῦ, ἵνα καὶ ὁ περὶ τούτων λόγος εἴη σαφὴς ὑμῖν. περὶ τῶν μυστηρίων.

Ὅτι μὲν οὖν συνίσταται ἡ ἐν χριστῷ ζωὴ διὰ τούτων πιστεύεται, καὶ ὅτι τὰς ἀρχὰς ἐκ τούτων λαμβάνει, τελειοῦται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, ἐπειδὰν εἰς ἐκείνην ἀφικώμεθα τὴν ἡμέραν, ὅπου τὸ σάρκιον οὐκ ἐπισκοτεῖ, δι' ὃ καὶ Παῦλος, ἐπιθυμῶ ἀναλῦσαι καὶ συνεῖναι χριστῷ, τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν, καὶ τὸ ἄκρον τῶν ἐφετῶν ἐφιέμενος, οὐδεὶς χριστιανῶν ἀντερεῖ. Ποίῳ δὲ τρόπῳ ἡ μύησις τούτων, οἷς ἐν χριστῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, ὡς ἡ ἐκκλησία τῶν εὐσεβῶν παρέδωκε, λέξομεν ἐν συντόμῳ.

Τὸ βάπτισμα τοίνυν τὸ εἶναι δίδωσι, α'.
καὶ ὅλως ὑποστῆναι κατὰ χριστόν. Τοῦτο γὰρ νεκροὺς τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ διεφθαρμένους παραλαβόν, εἰς τὴν ζωὴν εἰσάγει. Ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων τῶν μυστηρίων, ὥσπερ διά τινων θυρίδων, ἐν τῷ σκοτεινῷ τούτῳ κόσμῳ, ὁ ἥλιος εἰσέρχεται τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοὺς ἀξίους φωτίζει. Καὶ ὁ μὴ ἀναγεννηθεὶς δι' ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν. Καὶ ἀποθνήσκομεν τὸν θάνατον ἐκείνου, ἵνα καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀναστῶμεν, καὶ τῆς βασιλείας κληρονόμοι γενώμεθα. Τρισσῶς ἐστεφανωμένοι, τῆς τριάδος ἐπᾳδομένης. τρισὶ καταδύσεσιν, ἀλλὰ μὴ ἐπιχύσει τρισσῇ χρώμενοι. Ἐβάπτιζον γὰρ οἱ πάλαι, οὐ χερσὶν οἰκείαις τὸ ὕδωρ ἐπιρραντίζοντες τοῖς βαπτιζομένοις, ἀλλὰ διὰ τριῶν καταδύσεων, τοῖς θείοις εὐαγγελίοις ἑπόμενοι. Ἀνέβη γάρ, φασιν, ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Δῆλον δέ, ὅτι κατέβη, ἐπεὶ ἀνέβη. Ἰδοὺ οὖν κατάδυσις, καὶ οὐ ῥαντισμός. Ἀλλὰ καὶ ὁ σοφὸς Ιωάννης ὁ Ζωναρᾶς, ἐξηγούμενος τὸν ἀποστολικὸν γ'. κανόνα, φάσκοντα. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ. λέγει, τρία βαπτίσματα, τὰς τρεῖς καταδύσεις φησὶν ὁ κανών.

§ Τὸ χρίσμα δέ, χριόμεθα, ἵνα τοῦ β'.
χρίσματος τοῦ βασιλικοῦ τῆς θεώσεως γενώμεθα κοινωνοί. λέγουσι δὲ περὶ τοῦ χρίσματος, οὐ μόνον Διονύσιος ὁ ἀρειοπαγίτης εἰς πλάτος, (ἀνὴρ ἀξιοπιστότατος, οὗ

μνήμη

μνήμη ἐν ταῖς πράξεσι φέρεται, ἐν κεφ. ιζ΄. λέγοντι, τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ ἐπίστευσαν, ἐν οἷς ἦν καὶ Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης, ὃς Παύλου τοῦ μακαρίου ἐγένετο μαθητὴς, καὶ ἱεράρχης ἀθηνῶν, καὶ περὶ οὗ πολλὰ ἐγκώμια ἡ ἐκκλησία γράφει, ἀλλὰ καὶ συμεὼν ὁ μεταφραστὴς, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ πιστὸς, βίους ἁγίων συγγράφων καὶ μαρτύρια, γράφει, οὗ τὸ μαρτύριον πέμπομεν μεταγράψαντες ἰδίως,) ἀλλὰ καὶ αἱ ἅγιαι σύνοδοι. Ὁ γὰρ τῆς ἐν λαοδικείᾳ μζ΄. φησιν. ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους, μετὰ τὸ βάπτισμα, χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ, καὶ μετόχους γίνεσθαι τῆς βασιλείας θεοῦ. Καὶ ἡ ἐν Καρχηδόνι ἐν τρίτῳ μέμνηται, ὡς ἀναγκαίου τοῦ χρίσματος, καὶ ἀπαραιτήτου. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν κεφ. ϙέ. ἐπεὶ γὰρ χριστοὶ λέγονται οἱ χριστιανοὶ, ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος μέτοχοι, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου μύρου χρίσεως, ἐξ ἀνάγκης καὶ χρίονται τούτῳ. Δηλοῦται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ χρίσει λεγομένων, ἡ τοῦ ἐντεῦθεν θείου δώρου τούτου μετάληψις. Φησὶ γὰρ ὁ χρίων, σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, ἀμήν. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης, ἐν λόγῳ αὐτοῦ, ἐν ᾧ περὶ τῶν τριαδικῶς λεγομένων διαλαμβάνει, φησίν. Κέρας ἦν ἐλαίου καὶ ἁγιασμοῦ. ἓν ἦν τὸ χρίσμα, τρία δὲ τὰ δῶρα. ἓν τὸ κέρας, τρία τὰ χρίσματα. Ἔχριον γὰρ ἱερεῖς, βασιλεῖς, προφήτας. τοιοῦτος δὲ πᾶς βαπτισθεὶς χριστιανός. Προφήτης, ὡς ἰδὼν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὗς οὐκ ἤκουσεν. ἱερεὺς, ὡς ὀφείλων ἑαυτὸν προσενέγκειν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ. Καὶ βασιλεὺς παθῶν, ὡς υἱὸς τοῦ παμβασιλέως θεοῦ, καὶ τῆς τούτου βασιλείας κληρονόμος. Τὸ χρίσμα γὰρ τὴν πρώτην σφραγίδα ἐντίθησιν, ἣν ἐν τῇ ψυχῇ, θείᾳ ἐμπνεύσει ἐλάβομεν. Διὸ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος φέρει δύναμιν καὶ τὴν εὐωδίαν, καὶ σημείωσίς ἐστι τοῦ χριστοῦ. Ἀνάγνωτε κἀν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ἐν κεφ. λ΄. καὶ ἴδετε, ὅσα ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, προλέγων καὶ τοῦτο προκατασκευάζων. Ἐξ ὧν ἀφορμῶν, ἐπὶ ῥήματι τούτῳ θεοῦ, ὁ θεῖος Διονύσιος στηριζόμενος, καὶ αἱ ἅγιαι σύνοδοι, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἁγίων, ἔγραψαν, ὅσα περὶ τούτου ἔγραψαν. μὴ θαυμάζετε δὲ, ὅτι ἐν τοῖς βαπτίσμα-

dicitur: Quidam autem viri, aſſociati ei, crediderunt: inter quos & Dionyſius Areopagita erat. Hic D. Pauli extitit diſcipulus, & Pontifex Athenarum: cuius crebræ laudes ab Eccleſia perhibentur: de quo & Symeon metaphraſta, rerum diuinarum peritiſsimus, & fidelis vir, vitarum & martyriorum Sanctorum ſcriptor, ſcribit: cuius martyrium mittimus, ſeorſim deſcriptum,) ſed ſanctæ etiam Synodi. Canon enim Laodicenſis Synodi *48*. ait. Eos, qui baptiſmo illuminantur, poſt Baptiſma Chriſmate cœleſti vngi: & participes fieri Regni Dei. Et Chartaginenſe concilium, Canone *3*. meminit Chriſmatis, tanquam neceſſarij, nec vllo modo prætermittendi. Quin & VI. Synodus, cap. *95*. Quia enim Chriſtiani dicuntur Chriſti, id eſt, vncti, vtpote Sancti Spiritus participes, per ſancti vnguenti inunctionem: ex neceſsitate quoq; eo inunguntur. Manifeſta autem fit vel ex his, quæ inter inungendum dicuntur, verbis, diuini ex illo doni perceptio: dicente ſcilicet Sacerdote: Sigillum donationis Spiritus ſancti, amen. Sed & aurei oris Ioannes, in Oratione, in qua de illis, quæ trino modo dicuntur, agit, ait. Cornu erat Olei & ſanctificationis. Vnum erat Chriſma, ſed tria dona, vnum cornu, tria Chriſmata. Vngebantur enim Sacerdotes, Reges, Prophetæ. Talis eſt omnis Chriſtianus baptizatus Propheta, vt qui viderit, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit. Sacerdos, vt qui debeat ſeipſum offerre victimam viuentem, ſanctam, bene placentem, Deo. Et Rex affectuum, tanquam Filius præpotentis omnium Regis Dei, & huius Regni hæres. Chriſmate enim primum ſigillum imprimitur: quod in anima, ex diuina inſpiratione accepimus. Propterea & vim, ſeu efficaciam, ipſius Spiritus, ac ſuaueolentiam, gerit: & ſignatio eſt Chriſti. Legite in veteri quoq; Teſtamento, capite *30*. & videte, quæ locutus ſit Dominus ad Moſen, prædicens, & præconfirmans hoc. Vnde occaſione orta, verbo hoc Dei S. Dionyſius nixus, & S. Synodi, cæteriq; ſancti, ſcripſerunt illa, quæ de hoc extant. Quòd verò in Baptiſ-

Baptiſmis, quorum mentionem facitis, Chriſmatis mentio non fit: nolite mirari. Eccleſia enim Chriſti, gratiâ huius proficiens, diuinis dictis & fundamentis multa adinuênit, ornatu quodam veſtiens. Non enim omnia Paulus ſcribit: ſed quædam etiam diſcipulus eius Dionyſius: & hos inſecuti multi Doctores, ceu lumina quædam Eccleſiæ Chriſti, Spiritus ſancti inſtinctu: quæ reijcienda cenſere æquum non eſt. Etiamſi enim cæteris Sacramentis potiora ſunt, & ſine eis ſalus nullo modo contingit, baptiſma & diuina communio: attamen & reliqua, quæ cum his ſeptenarium numerum implent, tradita ſunt ab Eccleſia, ſicut dicemus. De quibus cum alij, dum Eccleſiaſticos ordines exponunt, mirificè & copioſè ſcribunt: tum Symeon Theſſalonicæ Archiepiſcopus, & de his, & de alijs Eccleſiaſticis: quem librum doctus Eccleſiaſtes, D. Stephanus Gerlachius habet. Ea propter, primò abluimur, deinde vngimur. Tùm demum, mundos & bene olentes menſa Domini accipit: donec Chriſtus formetur in nobis.

βαπτίσμασιν, οἷς ἐγράψατε, μνείαν οὐ ποιεῖτε χρίσματος. ἡ γὰρ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, τῇ χάριτι αὐτοῦ προκόπτουσα, ἐπὶ θείοις ῥητοῖς καὶ θεμελείοις, πολλὰ ἐξεῦρε καὶ κατεστολίσατο. Οὐ γὰρ πάντα Παῦλος γράφει. ἀλλὰ καὶ ὁ μαθητὴς τούτου Διονύσιος. καὶ οἱ μετὰ τούτους πολλοὶ φωστῆρες τῆς ἐκκλησίας χριστοῦ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ κινούμενοι. καὶ οὐ δίκαιον ἀποβλητέα νομίζειν. Ἂν γὰρ τὰ κυριώτερα τῶν μυστηρίων τὸ βάπτισμα, καὶ ἡ κοινωνία ἡ θεία ἐστὶν, καὶ ὧν δίχα σωθῆναι ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρέδωκεν ἡ ἐκκλησία, τὰ λοιπά φημι ἄχρι τῶν ἑπτὰ, ὡς λέξομεν. Περὶ ὧν καὶ ἄλλοι θαυμασίως εἰς πλάτος γράφουσιν, ἐκκλησιαστικὰς ἐκτιθέμενοι τάξεις, ἀλλὰ καὶ συμεὼν ὁ θεσσαλονίκης ἀρχιεπίσκοπος ἔγραψεν, καὶ περὶ ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν. Οὗ τὸ βιβλίον ἔχει ὁ σοφὸς ἐκκλησιαστὴς κύριος Στέφανος ὁ γερλάχιος. Ἔνθεν τοι, λουόμεθα πρῶτον, εἶτα χριόμεθα. Οὕτω δὲ καθαροὺς καὶ εὐώδεις, ἡ τράπεζα δέχεται ἄχρις οὗ μορφωθῇ χριστὸς ἐν ἡμῖν.

iii Diuina autem Euchariſtia, in qua corpus & ſanguis Chriſti eſt, vitam & ſanitatem hanc conſeruat & continet. Vt enim ſalua maneant, quæ creata ſunt, & in vita perſeuerent, panis ille vitæ facit: & viuimus in Chriſto, dum dignè veſcimur: ſicut ipſe ait. Qui comedit meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in ipſo. Panis enim, fit corpus Chriſti: vinum & aqua, ſanguis Chriſti ſuperuentu ſancti Spiritus, ea transmutantis, ſupra hominum rationem & cogitationem. Propoſitionis panis, inquam, & vinum atq; aqua inuocato & ſuperueniente ſancto Spiritu, ſupra omnem naturæ rationem tranſmutantur in corpus, & ſanguinem Chriſti: nec duo iam ſunt, ſed vnum & idem. Non eſt porrò panis & vinum, typus corporis & ſanguinis Chriſti, (abſit) ſed ipſum corpus Domini Deificatû, cùm ipſemet Dominus dicat: Hoc eſt meum, quid? non typus corporis, ſed corpus: non typus ſanguinis, ſed ſanguis. Et antea ad Iudæos: Niſi comederitis carnem filij hominis

Ἡ δὲ θεία εὐχαριστία, τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ, τὴν ζωὴν ταύτην καὶ τὴν ὑγείαν συντηρεῖ καὶ συνέχει. Τὸ γὰρ σώζεσθαι τὰ κτισθέντα, καὶ διατελέσαι ζῶντας, ὁ τῆς ζωῆς δίδωσιν ἄρτος. καὶ ζῶμεν ἐν τῷ χριστῷ ἀξίως ἐσθίοντες. ὡς αὐτὸς εἶπεν. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ: ὁ ἄρτος γὰρ γίνεται σῶμα χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα χριστοῦ, ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος μεταποιοῦντος αὐτὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν. καὶ ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε, καὶ ὕδωρ, διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα. καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό. Οὐκ ἔστι δὲ τύπος ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ. μὴ γένοιτο. ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τεθεωμένον. Αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰπόντος, τοῦτό μου ἐστὶν, οὐ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα, καὶ οὐ τύπος τοῦ αἵματος, ἀλλὰ τὸ αἷμα. Καὶ πρὸ τούτου τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, γ.

τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις. διὸ μετὰ παντὸς φόβου, καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς, καὶ ἀδιστάκτου πίστεως προσέλθωμεν. καὶ πάντως ἔσται ἡμῖν, καθὼς πιστεύομεν μὴ διστάζοντες. τιμήσωμεν δὲ αὐτὸ πάσῃ καθαρότητι, ψυχικῇ τε καὶ σωματικῇ. Γίνεται γὰρ τοῖς πίστει ἀξίως μεταλαμβάνουσιν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος. τοῖς δὲ ἐν ἀπιστίᾳ ἀναξίως μετέχουσιν, εἰς κόλασιν αἰώνιον.

minis, & bibitis eius ſanguinem: non habetis vitam in vobis. Caro enim mea, verus eſt cibus: ſanguis meus, verus potus. Quapropter, cum omni reuerentia, & conſcientia pura, & fide non dubitante, accedamus: tùm certiſsimè erit nobis ita, vt credimus non dubitantes. Honoremus verè omni munditia tum animi, tum corporis. Seruit enim fide dignè ſumentibus, ad remiſsionem peccatorum, ad vitam æternam, ad munimentum ac cuſtodiam animi & corporis: indignè verò ſine fide participantibus, ad ſupplicium æternum.

Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου, τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφόρος ἔφη Βασίλειος, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι, αὐτὴν τὴν προσφορὰν, οὕτω καλέσαντες. ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγομεν, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας.

Quòd ſi qui verò, panem & vinum nominârunt antitypa (ſigna typum gerentia) corporis & ſanguinis Domini: ſicut ille Deo plenus dixit Baſilius: non poſt conſecrationem, ſed priusquam conſecraretur oblatio, ſic appellârunt. Antitypa autem futurorum nominamus: non quaſi non ſint verè corpus & ſanguis Chriſti, ſed quòd nunc quidem per ipſa participes ſimus diuinitatis Chriſti: tunc verò, animi intelligentia per ſolam contemplationem.

Προσφέρομεν δὲ οὐκ ἐν ἀζύμοις, ἀλλ' ἐν ἐνζύμοις. ὅ ἐστιν ἄρτος τῇ ἀληθείᾳ. οὕτω γὰρ ἐξηγοῦσιν οἱ ἀνατολικοὶ ἅγιοι, καὶ ἀποδεικνύουσιν, ὅ, τε Χρυσόστομος, καὶ οἱ λοιποὶ, ὅτι οὐκ ἄζυμον δεῖ προσφέρειν, ἀλλ' ἔνζυμον. ὁ δὲ περὶ τούτου λόγος πολὺς, καὶ διὰ τὴν μακρηγορίαν νῦν οὐκ ἐπεξεργαζόμεθα. ὅτε δὲ χρεία, λέξομεν.

Offerimus porrò non azymis, ſed fermentato: quia hoc re vera panis eſt: ſicut interpretantur Orientales ſancti, & demōſtrant, Chryſoſtomus, & reliqui: non infermentatam hoſtiam eſſe offerendam, ſed fermentatam. Prolixa huius rei probatio eſt: ideoq; in præſenti à nobis prætermiſſa. Quando verò opus erit, dicemus.

δ'. Ἡ χειροτονία δὲ, τὴν ἐξουσίαν παρέχει, καὶ δύναμιν τοῦ ποιήσαντος, ἣν λαμβάνομεν διὰ τῆς ἱερωσύνης. καὶ δι' αὐτῆς πᾶσαι ἡμῖν αἱ τελεταὶ ἐνεργοῦνται. καὶ οὐδὲν ἅγιον χωρὶς ἱερέως ἐστίν.

Ordinatio, poteſtatem & efficacitatem præbet conditoris: quam accipimus per Sacerdotium. Per illam omnia ſacra à nobis adminiſtrantur: nec abſq; Sacerdote, quicquam ſanctum eſt. IIII.

ε'. Ὁ δὲ γάμος, συγκαταβάσεώς ἐστι δῶρον ὧδε θεοῦ, διὰ τὴν παιδοποιΐαν, ἕως τὸ πᾶν τόδε μετὰ τῆς φθορᾶς ἵσταται. μυστήριον δὲ θεοῦ καὶ οὗτο. διὸ καὶ εὐλογεῖ τὸν γάμον αὐτὸς, ὡς ἂν μὴ χωρὶς εὐλογίας, ἡ ἀπαρχὴ τυγχάνῃ τῆς ἡμετέρας ζωῆς.

Matrimonium indulgentiæ donum Dei eſt, ad noſtram indigentiam ſe demittentis, ob ſobolem procreandam: quandiu hic morti & corruptioni obnoxius conſiſtit mundus. Et illud verò, myſterium eſt: ideoq; coniugio bene precatur ipſe, & fortunat: vt ne benedictione careant primordia vitæ noſtræ. V.

ϛ'. Ἡ μετάνοια δὲ, τὴν ἐπανόρθωσιν ἡμῶν αὖθις ἀπὸ τοῦ πλώματος ἐνεργεῖ δι' ἐπι-

Pœnitentia verò, vt à lapſu rurſus erigamur, & vitam emendemus, conuer- VI.

conuerſione efficit, & confeſsione peccatorum, & à malis diſceſſu. Hoc, magnum donum, præclarumq; beneficium his eſt, qui poſt Baptiſma peccârunt. In quo pœnitentiæ myſterio, etiam monaſticæ vitæ ordo continetur.

δι' ἐπιστροφῆς, καὶ τοῦ ἐξαγορεῦσαι τὰ πταίσματα καὶ ἀποστῆναι τῶν κακῶν. τοῦτο μέγα δῶρον τοῖς μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτοῦσιν. ἐν ᾗ δὴ μετανοίᾳ, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ἐστι σχῆμα.

VII. Sacrum quoq; oleum, inter Sacramenta traditum eſt, vt diuinæ miſericordiæ ſignum: quod redemptionis & ſanctificationis cauſa, homini ſe à delictis & peccatis conuertenti, impertitur. Ideo etiam remiſsionem affert peccatorum: & ex infirmitatibus corporis erigit. De eo Iacobus, Domini frater, cap. 6. ſic ſcriptum reliquit. Infirmatur aliquis inter vos? Accerſat ſeniores Eccleſiæ: & orent ſuper eo, vngentes ipſum oleo, in nomine Domini. Tunc precatio ex Fide profecta, ſeruabit ægrotum, & excitabit eum Dominus. Etiamſi peccata admiſit: remittentur ei. Ibi de confeſsione quoq; dicit, & oratione precationeq; iuſtorum.

Ἅγιον ἔλαιον δὲ παραδέδοται καὶ τοῦτο ὡς ἱερὰ τελετὴ, καὶ θείου τύπος ἐλέους. εἰς ἀπολύτρωσιν καὶ ἁγιασμὸν τοῖς ἀπὸ ἁμαρτίας ἐπιστρέφουσι χορηγούμενον. διὸ καὶ λύσιν παρέχει ἁμαρτιῶν, καὶ ἐξ ἀρρωστημάτων ἐγείρει. καὶ περὶ τούτου μαρτύρεται Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, ἐν ϛʹ κεφ. λέγων. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος. κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. ἐν τούτῳ δὲ καὶ περὶ ἐξομολογήσεως λέγει, καὶ εὐχῆς καὶ δεήσεως δικαίων. ζ.

Omnia autem Sacramenta hæc, etiam Chriſtus tradidit, & diuini eius diſcipuli. Cùm enim duplices, nos ſimus: videlicet ex animo & corpore conſtantes: dupliciter & hæc nobis præbuit: vt & ipſe duplex, ex Deo & homine: vt per Spiritus quidem gratiam, intelligibili quadam ratione animas noſtras ſanctificet: ſenſilibus verò, aqua & oleo, pane & poculo, ac cæteris Spiritu ſanctificatis, etiam corpora noſtra ſancta efficiat, ex omniq; parte perfectam det ſalutem.

Ταῦτα δὲ πάντα τὰ μυστήρια, καὶ ὁ Χριστὸς παρέδωκε, καὶ οἱ θεῖοι αὐτοῦ μαθηταί. Διπλῶν γὰρ ὄντων ἡμῶν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, διπλῶς καὶ ταῦτα ἡμῖν παρέσχετο, ὡς καὶ αὐτὸς θεάνθρωπος. ὡς ἂν τῇ μὲν χάριτι τοῦ πνεύματος νοητῶς ἡμῶν τὰς ψυχὰς ἁγιάζῃ, τοῖς αἰσθητοῖς δὲ, ὕδατί τε καὶ ἐλαίῳ, καὶ ἄρτῳ καὶ ποτηρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς, ἁγιαζομένοις τῷ πνεύματι, καθαγιάζῃ ἡμῶν καὶ τὰ σώματα, καὶ ὁλοτελῆ παρέχῃ τὴν σωτηρίαν.

Hæc breui expoſitione de VII. Eccleſiæ myſterijs dicta ſufficiant, quæ nos piè retinemus. Nunc deinceps de inuocatione dicendum.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν συντόμῳ περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς ἐκκλησίας μυστηρίων, λέγομεν καὶ εὐσεβῶς διακατέχομεν. καιρὸς δὲ λοιπὸν καὶ περὶ ἐπικλήσεως εἰπεῖν κατὰ τὸ ἀκόλουθον.

DE INVOCATIONE Sanctorum.

ΠΕΡῚ ἘΠΙΚΛΉΣΕΩΣ τῶν ἁγίων.

5. De Inuocatione ſanctorum.

QVod ad quintum caput attinet: in quo de inuocatione Sanctorum agitur: dicitis quidem, vos imitari illorum fidem, tolerantiam, & quicquid ſalutare eſt: ſed inuocandos negatis: & interceſsionem ipſorum

apud

ε. περὶ ἐπικλήσεως τῶν ἁγίων.

ΠΡὸς τὸ πέμπτον δὲ, τὸ περὶ ἐπικλήσεως τῶν ἁγίων, λέγετε μὲν μιμεῖσθαι ἐκείνων τὴν πίστιν, τὴν καρτερίαν, καὶ εἴ τι σωτήριον. ἀποφάσκετε δὲ τὴν ἐπίκλησιν τὴν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἔντευξιν τούτων

πρὸς

πρὸς θεὸν, καὶ τὸ προσκυνεῖν αὐτοῖς, ἢ τῶν αὐτῶν εἰκόσιν, ἢ τιμᾶν ναοῖς καὶ ἀναθήμασι. φοβούμενοι, μὴ τὴν μόνην θεῷ ὀφειλομένην τιμὴν, ἐπὶ κτίσματα μεταφέρητε.

Δι' ἃ δὴ καὶ λέγομεν σὺν θεῷ. ὅτι δεῖ τοὺς ἁγίους ἐπικαλεῖσθαι, ὅτι καὶ βοηθεῖν δύνανται. καὶ τούτου ἕνεκά εἰσι πολλὰ εἰς ἀπόδειξιν.

Καὶ πρῶτον ἀνάγνωτε ῥήματα θεοῦ ἐν μβ΄. κεφαλαίῳ τοῦ Ἰώβ. ἐγένετο μετὰ τὸ λαλῆσαι τὸν κύριον πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα τῷ Ἰὼβ, εἶπεν ὁ κύριος Ἐλιφὰζ τῷ θαιμανίτῃ. ἥμαρτες σὺ, καὶ οἱ δύο φίλοι σου. οὐ γὰρ ἐλαλήσατε ἐνώπιόν μου ἀληθὲς οὐδὲν, ὥσπερ ὁ θεράπων μου Ἰώβ. νῦν δὲ λάβετε ἑπτὰ μόσχους, καὶ ἑπτὰ κριοὺς, καὶ πορεύθητε πρὸς τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, καὶ ποιήσῃ κάρπωσιν ὑπὲρ ὑμῶν. Ἰὼβ δὲ θεράπων μου, εὔξεται ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Μανθάνομεν οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι οἱ δίκαιοι προΐστανται, καὶ εὔχονται ὑπὲρ ἡμῶν. οὐ μόνον δὲ οἱ ἐν ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ τεθνηκότες, ὡς ὁ ῥιφεὶς νεκρὸς ἐπὶ τὸν τάφον Ἐλισσαίως. ὡς βασιλείων δ΄. κεφ. ιγ΄. καὶ ὅτι ἡ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία ζῶντας τοὺς ἁγίους λέγει, ὡς ἐν ζωῇ καὶ χειρὶ θεοῦ. ὁ δὲ θάνατος αὐτῶν ἦν ὕπνος. ἐκοπίασαν γὰρ εἰς τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ζήσονται εἰς τέλος. Ζωὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς, καὶ οἱ ἐν χειρὶ θεοῦ ὄντες, ἐν ζωῇ ὑπάρχουσιν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦ νοῦ καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνῴκησεν ὁ θεὸς, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν; πῶς οὖν οὐ τιμητέον τοὺς ἐμψύχους ναοὺς τοῦ θεοῦ; οὗτοι ζῶντες, ἐν παῤῥησίᾳ τῷ θεῷ παρεστήκασι. πηγὰς ἡμῖν σωτηρίους ὁ χριστὸς πολλὰς ἀνέῳξεν. δι' ἐπικλήσεως ἁγίων δαίμονες ἀπελαύνονται, νόσοι φυγαδεύονται, πειρασμοὶ λύονται. Καὶ ἡ δόσις ταύτη ἡ ἀγαθὴ ἄνωθεν δι' ἀγγέλων ἀγαθῶν, εὐθὺς πεμπομένων τοῖς ἐπικαλουμένοις τὰ ὀνόματα αὐτῶν.

Ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ἅγια λείψανα πολυτρόπως τὰς εὐεργεσίας πηγάζουσι: καὶ μηδεὶς ἀπιστείτω. Εἰ γὰρ ἐξ ἀκροτόμου πέτρας ὕδωρ ἐν ἐρήμῳ ἐπήγασε, καὶ ἐκ σιαγόνος ὄνου ὕδωρ τῷ Σαμψὼν διψῶντι, ἐκ

apud Deum, & adorationem, ipſis, aut imaginibus ipſorum, exhibendam, tollitis: nec honorandos templis & donarijs, exiſtimatis. Metuitis ſcilicet, ne honorem, ſoli Deo debitũ, ad creaturas transferatis.

Ad hæc nos ope Diuina reſpondemus: inuocandos eſſe Sanctos, quòd ipſi etiam auxiliari poſsint: id quod multis demonſtrari poteſt.

Principiò, legite verba Dei, quæ *42.* cap. Iobi ſcripta ſunt. Factum eſt, vt, poſtquam locutus eſſet Dominus omnia hæc ad Iobum, idem diceret Eliphazo Themanitæ. Peccaſti tu, & duo amici tui. Nihil enim veri coram me dixiſtis, ſicut miniſter meus Iobus. Nunc itaq; capite ſeptem vitulos, & totidem arietes: & ite ad miniſtrum meum Iobum. Faciet is Sacrificium pro vobis: & idem miniſter meus orabit pro vobis, &c. Diſcimus ergo hinc, Iuſtos, eſſe patronos nobis, & pro nobis precari. Nec id faciunt ſolùm viui, ſed etiam mortui: quod ex illo interfecto patet, qui in ſepulchrum Eliſæi coniectus fuit, *4.* Reg. *13.* & quòd Eccleſia Chriſti Sanctos dicit viuos: tanquam in vita & manu Dei poſitos: mors verò ipſorum, fuerit ſomnus. Aerumnis enim laborârunt in hoc ſeculo: ſed illic, æternùm viuent. Deus quippe, vita eſt: & qui in manu Dei ſunt, in vita ſunt. Quòd verò per mentem, etiam in ipſorum corporibus habitauerit Deus: patet ex eo, quod S. Apoſtolus ait. Num ignoratis, corpora veſtra, templum inhabitantis in vobis Spiritus S. eſſe? Quid igitur cauſæ ſit, cur non honorare debeamus animata templa Dei? Hi viuentes, cum fiducia liberè Deo aſtant. Fontes nobis ſalutares multos Chriſtus aperuit. Inuocatione Sanctorum, Dæmones abiguntur, morbi fugantur, tentationes tolluntur: & omnino hac ratione, donatio illa bona, de qua in S. literis, ſupernè contingit, per Angelos bonos: qui mox mittuntur inuocantibus nomina ipſorum.

Quinetiam ex illorum ſanctis reliquiis, multifariam beneficia ſcaturire, nemo dubitare debet. Si enim è præduro ſaxo, aqua in ſolitudine effluxit: ſi ex aſinina mandibula, Sampſoni ſitienti aqua erupit:

pit: è Martyrum reliquijs idem poſſe fieri incredibile ſit? Nullo modo: ijs quidem, quibus notum eſt: quid ſancti poſſint apud Deum, & quantus eorum ſit honor.

Honorandi ſunt igitur ſancti, tanquam amici Dei, tanquam Filij & hæredes: ſicut inquit Theologica vox: Quotquot verò receperunt ipſum: dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri. Ergo non ſunt ſerui: ſed filij, & hæredes. Quanto aliquis labore emeret: vt vnum aliquem Patronum, qui apud mortalem Regem pro ipſo verba faceret, inueniret? Illi igitur Patroni totius Chriſtiani generis, apud Deum pro nobis intercedentes, non fuerint honorandi? Enimuerò honorandi: Templis Deo de nomine ipſorum ædificandis, ad honorem vtiq; Dei: fructibus & donis afferendis: memoria eorum honorificè recolenda, ſpiritualiter & diuinè: & quibus rebus, tum Deus obſeruatur, tum miniſtri eius exhilarantur: pſalmis, hymnis, & cantionibus ſpiritualibus: imagines eis erigamus (viuæ nanq; imagines virtutis, ſunt ipſi) & eorum virtutem imitemur. S. Deiparam, non vt Deam, (apage) ſed vt propriè & verè Dei matrem, honore afficiamus. Prophetam Ioannem, vt præcurſorem & Baptiſtam, Apoſtolum & Martyrem. Reliquos Apoſtolos, vt qui oculis ſuis Dominum, & res geſtas eius, viderint. Martyres Domini, omnis ordinis, vt milites Chriſti: & qui eius biberint calicem: & ſocij ſint, tum perpeſſionum eius, tum gloriæ. Horum vitam & mores æmulemur: horum fidem, charitatem, ſpem: vt pares cum ipſis coronas gloriæ conſequamur.

A nobis autem, etiam imaginibus ipſorum reuerentiam exhiberi, aut adorari, nemo reprehendat. Nam ipſi quoq; inter nos alij alijs reuerentiam, & corporis inclinationem præſtamus, vt ſecundum Dei imaginem factis. Et D. Baſilius, honorem imagini exhibitum, ad eius prototypum, ſeu exemplar, tranſire ait. Moſaicus quoq; populus, tabernaculum circumcirca adorabat: quòd id imaginem geſtaret cœleſtium, & vniuerſæ creaturæ. Dixit enim Moyſi Deus: vide, vt facias omnia ſecundum figuram

ἐκ μαρτυρικῶν λειψάνων τοιαῦτα γίνεσθαι, ἄπιστον; οὐδαμῶς, τοῖς εἰδόσι τὴν τῶν ἁγίων δύναμιν παρὰ θεοῦ καὶ τὴν τιμήν.

Τιμητέον οὖν τοὺς ἁγίους, ὡς φίλους θεοῦ, ὡς τέκνα καὶ κληρονόμους, ὥς φησιν ἡ θεολόγος φωνή. ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, τέκνα θεοῦ γενέσθαι. ὥστε οὐκ εἰσὶ δοῦλοι, ἀλλ' υἱοὶ καὶ κληρονόμοι. πόσα ἄν τις ἔκαμε, ἵνα προστάτην τις ἕνα εὕρῃ θνητῷ βασιλεῖ, ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους ποιούμενον; τοὺς οὖν προστάτας τοῦ χριστιανικοῦ γένους παντὸς, τοὺς τῷ θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἐντεύξεις ποιουμένους, οὐ τιμητέον; ναὶ τιμητέον, ναοὺς ἐγείροντας τῷ θεῷ, ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι, πάντως εἰς δόξαν θεοῦ. Καρποφορίας προσάγοντας, τὰς τούτων μνήμας γεραίροντας πνευματικῶς καὶ θείως, καὶ οἷς θεὸς θεραπεύεται. οἵτε τούτου θεράποντες εὐφραίνονται. ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. εἰκόνας αὐτοῖς ἐγείρωμεν. ἔμψυχοι γὰρ εἰκόνες τῆς ἀρετῆς οὗτοι, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν μιμησώμεθα. τὴν εἰκόνα, οὐχ ὡς θεὸν, ἄπαγε, ἀλλ' ὡς κυρίως θεοῦ μητέρα καὶ ἀληθῶς τιμήσωμεν. τὸν Προφήτην Ἰωάννην, ὡς πρόδρομον καὶ βαπτιστὴν, Ἀπόστολόν τε καὶ Μάρτυρα. τοὺς λοιποὺς Ἀποστόλους, ὡς αὐτόπτας αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ. τοὺς μάρτυρας κυρίου ἐκ παντὸς τάγματος, ὡς στρατιώτας χριστοῦ, καὶ τὸ αὐτοῦ πεπωκότας ποτήριον, καὶ κοινωνοὺς τῶν παθημάτων, καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ. τούτων τὴν πολιτείαν οὖν ζηλώσωμεν, τὴν πίστιν, τὴν ἀγάπην, τὴν ἐλπίδα, ἵνα καὶ τῶν τῆς δόξης στεφάνων αὐτοῖς κοινωνήσωμεν.

Ἢν δὲ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν προσκυνοῦμεν, μηδεὶς καταμεμφέσθω. καὶ ἀλλήλους γὰρ προσκυνοῦμεν, ὡς κατ' εἰκόνα θεοῦ. καὶ ὅτι καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος, ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνειν, λέγει. Καὶ ὁ Μωσαϊκὸς λαὸς, τῇ σκηνῇ κύκλωθεν προσεκύνει, εἰκόνα φερούσῃ τῶν ἐπουρανίων, καὶ ὅλης τῆς κτίσεως. εἶπε γὰρ ὁ θεὸς τῷ Μωΰσῃ, ὅρα, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν

τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλά, φησιν, ὁ αὐτὸς εἶπε, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Καὶ οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα. Ναὶ ἀληθῶς πάντα ταῦτα θεοῦ νομοθεσίαι. ἀλλὰ ὁ τοῦτο διδάσκων θεὸς, ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἐν τῷ δευτερονομίῳ. Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς ὑμᾶς ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς καὶ λοιπὰ, ἄχρι τὸ, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, καὶ οὐ λατρεύσεις. ἐξ ὧν μανθάνομεν, ὡς εἷς ἐστιν ὁ σκοπὸς, ὥστε μὴ λατρεῦσαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, μηδὲ προσαγαγεῖν τὴν τῆς λατρείας προσκύνησιν ἄλλῳ, ἢ μόνῳ τῷ θεῷ. διὸ πανταχοῦ συνάπτει τῇ προσκυνήσει τὴν λατρείαν. Οἴδαμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, ὅτι μόνῳ θεῷ ὀφείλεται ἡ τιμὴ, ἀλλὰ σχέσις λατρείας, πολὺ διαφέρουσι. καὶ ὅσον τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος εἰπεῖν. ὅθεν σχετικῶς προσκυνοῦμεν τὰς ἁγίας εἰκόνας. λατρευτικῶς δὲ, τὸν θεὸν μόνον.

figuram, quæ tibi præſcripta eſt in monte &c. At(inquit aliquis)idem dixit: Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies. Et: Non facies vllam ſimilitudinem. Eſt verò ita: ſunt hæc lege diuinâ ſancita. Veruntamen,qui hoc præcipit Deus:idem docet nos in Deuteronomio. Et locutus eſt Dominus ad vos è medio ignis &c. vsq; ad verba: Non adorabis ipſa,non ſeruies. E quibus diſcimus, vnum eſſe ſcopum: ne ſeruiamus creaturæ præ creatore: néue ſeruitutis & cultus cauſa adorationem exhibeamus vlli,niſi ſoli Deo. Ideo vbiq; adorationi,ſeu reuerentiæ(Græcè τῇ προσκυνήσει) ſeruitutem,ſeu cultum (τὴν λατρείαν)adiungit. Scimus igitur nos quoq;, dilecti: ſoli Deo deberi hunc honorem. Sed affectio animi, & relatio, reſpectusq; (σχέσις) multùm à ſeruitute, & cultu (λατρεία) differt: quantùm ſcilicet mendacium (ita loquendo)à veritate. Amica itaq; propenſione,& relatiuè (σχετικῶς honore ab imagine tranſeunte ad ſanctum, & ad Deum)adoramus S. imagines: ſeruiliter verò (λατρευτικῶς) Deum ſolum.

Ὅτι δὲ οἱ ἅγιοι δύνανται πολλὰ, θεοὶ ὄντες χάριτι, ὡς καὶ ὁ ψάλτης λέγει. ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, τὰς ἀξίας διαιρῶν, ὡς ἑρμηνεύει ὁ θεῖος Γρηγόριος, καὶ ὅτι ζῶντες πεπληρωμένοι ἦσαν πνεύματος ἁγίου, καὶ τελευτησάντων αὐτῶν, ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀνεκφοιτήτως ἔνεστι, καὶ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς τάφοις, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι, καὶ ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν αὐτῶν, πιστόν. οὐκ οἶδε Σολομὼν τὸν διαγορεύοντα θεῖον νόμον, τὸν, οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα; πῶς ᾠκοδόμησε τὸν ναὸν, καὶ χερουβὶμ, ὥς φησιν ἡ βίβλος τῶν βασιλειῶν, ἐποίησε, καὶ βόας, καὶ λέοντας, καὶ ὅσα τοιαῦτα; οὐ πολλῷ οὖν τιμιώτερον, πάντας τοὺς τοίχους οἴκου κυρίου κοσμεῖν ἁγίων μορφαῖς, ἤπερ ἀλόγων, καὶ δένδρων, καὶ κολάψαι γλυπτὰ, καὶ φοίνικας, καὶ ὅσα ὅμοια. βίβλοι ἀνεῳγμέναι πρὸς ἀνάμνησιν θεοῦ, καὶ τιμὴν αὐτοῦ, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις θεοῦ, αἱ ἅγιαι εἰκόνες εἰσίν. ὁ γὰρ τιμῶν τὸν μάρτυρα, τὸν θεὸν τιμᾷ, καὶ τοὺς λοιποὺς. καὶ ὁ τὴν μητέρα τοῦ υἱοῦ, αὐτὸν πάντως τὸν Ἰησοῦν. οὐδεὶς γὰρ

Sanctos autem multùm poſſe, cùm per gratiam ſint Dij,(inquit enim Pſalmorum autor: Deus ſtetit in Synagoga Deorum: dignitates ſcilicet diſtribuens, vt interpretatur D. Gregorius) & in ſua vita plenos fuiſſe Spiritus ſancti: atq; poſt funera ipſorum, eiusdem Spiritus gratiam non exceſsiſſe ex ipſis: ſed ineſſe & animis & corporibus, & ſepulchris, &ſimulacris, & S. imaginibus, ipſorum: certum eſt. An'ne ignorabat Salomon illam Dei diſertè dicentem legem: Non facies vllam ſimilitudinem? Quomodo ergo ædificauit Templum: & Cherubim (vt eſt in illo libro Regum) fecit, & boues, & leones, & alia generis eiuſdem? Non'ne igitur honorabilius eſt: omnes parietes domus domini ornare Sanctorum formis: quàm ratione carentium,& arborum: & quàm ſculpere & cælare ſimulacra, palmas & id genus alia. LIBRI aperti, ad recordationem Dei, & honorem eius, in Templis Dei, ſanctæ imagines ſunt. Qui enim Martyrem honorat:Deum honorat, & reliquos. Et qui Matrem filij, ipſum Ieſum, ſine contro-

cõtrouerſia. Nullus.n.nobis alius Deus eſt, niſi ille vnus: qui in Triade cernitur & colitur. Quanquã.n. dicimus: S. Ioannes, intercede pro nobis, & ſanctiſsima Deipara, & ſancti Angeli: tamen ante omnes inclamamus: Domine poteſtatum, nobiſcum ſis. Alium enim præter te, opitulatorem afflictionum non habemus. Domine poteſtatum, miſerere noſtri. Videtis veriſsimum Eccleſiæ, & perfectum, ſcopum: quomodo Deum in auxilium imploret, & miſericordiam eius. Nam ipſe eſt ille beatus, & ſolus Dominator, vt ſcriptum eſt.

γὰρ θεὸς παρ' ἡμῖν ἄλλος, εἰ μὴ εἷς ὁ ἐν τριάδι γνωριζόμενός τε καὶ λατρευόμενος. ἂν γὰρ λέγωμεν, ἅγιε Ἰωάννη, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ὑπεραγία θεοτόκε, καὶ ἅγιοι ἄγγελοι. ἀλλὰ πρὸ πάντων ἐπιβοώμεθα. Κύριε τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν γενοῦ, ἄλλον γὰρ ἐκτός σου, βοηθὸν ἐν θλίψεσιν οὐκ ἔχομεν, κύριε τῶν δυνάμεων, ἐλέησον ἡμᾶς. ὁρᾶτε τῆς ἐκκλησίας τὸν ἀληθέστατον καὶ τέλειον σκοπὸν, πῶς τὸν θεὸν ἐλθεῖν βοηθὸν ἐπικαλεῖται, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὡς γέγραπται.

Reſponſum ad Epiphanij locum.

Quòd autem S. Epiphanium citatis, qui ſcilicet abroget imagines, in loco, vbi in Collyridianos ſcribit, Mariæ oblationem facientes, & impiè agentes: (non enim Dea eſt, S. virgo, vllius Chriſtianorum iudicio: ſed ſancta & veneranda ancilla Dei eſt: ſicut ipſa teſtatur, de ſe, dicens: Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. *Luc. 1* Attamen verè Deum peperit S. Maria: vtpote digna facta, quæ gremio ſuo ſuſciperet Dei filium Deum. Ille enim, qui ante ſecula fuit, ex hac fæmina natus eſt: & ſimul Deus & homo apparuit nobis. Vnde & propriè vereq; Deipara, illa ſemper virgo S. Maria, & non Dea, eſt. Alium namq; Deum, præterquã eum, qui in Triade laudatur verus Deus, Chriſtiani non agnoſcimus) quòd inquam, ad Epiphanij contra Collyridianos orationem attinet: ſcitote, etſi peſsimam ea ſectam, vt diximus, euertit: tamen interim ſanè Iconomachiam (imaginum oppugnationem) introducere. Sed bonum non eſt bonum, quando non bene fit. Vnde & ante noſtram memoriam, D. Ioannes Damaſcenus, Oratione ſua II de imaginibus, in hæc Epiphanij inquiſitione habita, vitium deprehendit: & vt adulterina confictaq; conuincens euertit. Ideo ait. Si verò » dicis, beatum Epiphanium diſertè noſtras imagines abrogare: ſcito, commentitiam eſſe eam Orationem, dum alius quiſpiam in S. Epiphanij nomen inuaſerit, ſicut ſæpe fieri ſolet: aut Epiphanidis Hæretici eſſe. Non enim Patribus Pater repugnat. Nam

Ἔτι προφέρετε τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον τὰς θείας ἀθετῆσαι εἰκόνας, δῆθεν γράφοντα κατὰ Κολλυριδιανῶν, τῶν τῇ Μαρίᾳ προσφερόντων, καὶ ἀθέως ποιούντων, οὐ γὰρ θεὸς ἡ παρθένος, οὐδεὶς χριστιανῶν εἴποι, τιμία δὲ καὶ ἁγία καὶ δούλη θεοῦ, ὡς αὐτὴ λέγει περὶ ἑαυτῆς, ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. *Λουκ. α.* πλὴν ἀληθῶς θεοτόκος ἡ ἁγία Μαρία, ὡς καταξιωθεῖσα ἐν κόλποις ἰδίοις ὑποδέξασθαι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ θεόν. ὁ γὰρ πρὸ αἰώνων τὴν ὕπαρξιν ἔχων, ἐκ ταύτης τῆς γυναικὸς ἐγεννήθη, καὶ θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐφάνη ἡμῖν. ὅθεν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκος ἡ ἁγία Μαρία ἡ ἀειπάρθενος, καὶ οὐ θεὸς, ἄλλον γὰρ θεὸν, πλὴν τοῦ ἐν τριάδι ὑμνουμένου ἀληθινοῦ θεοῦ, οἱ χριστιανοὶ οὐ γινώσκομεν. γνῶτε οὖν, ὡς ὁ λόγος αὐτὸς, ὁ κατὰ Κολλυριδιανῶν, εἰ καὶ ἀνατρέπει κακίστην αἵρεσιν, ὡς εἴπομεν, ἀλλ' οὖν εἰκονομαχίαν εἰσάγει. καὶ τὸ καλὸν, οὐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνεται. ὅθεν καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ περὶ εἰκόνων, ταῦτα φωράσας, ὡς νόθα νενοθευμένα, καὶ πεπλασμένα ἐξήλεγξε καὶ ἀνέτρεψεν. διὸ καί φησιν. εἰ δὲ λέγεις τὸν μακάριον Ἐπιφάνιον, τρανῶς τὰς παρ' ἡμῖν ἀπαγορεῦσαι εἰκόνας, γνῶθι, ὡς ἐπίπλαστος ὁ λόγος, ἄλλου τι- « νὸς τοῦ τοῦ θείου Ἐπιφανίου χρησαμένου ὄνομα, οἷα πολλὰ συμβαίνει γίνεσθαι, ἢ Ἐπιφανίδου τοῦ αἱρετικοῦ. οὐ γὰρ τοῖς συμπατράσιν ὁ πατὴρ μάχεται. ἑνὸς γὰρ

ἁγίου

ἁγίου πνεύματος μέτοχοι πάντες γεγόνασι. Καὶ μάρτυς ἡ αὐτοῦ ἐκκλησία, εἰκόσι καλλωπιζομένη, ἕως οὗ ὁ ἄγριος καὶ ἀνήμερος Λέων ὁ Ἴσαυρος, ἔβρυξε, καὶ τὴν χριστοῦ διετάραξεν ἐκκλησίαν, καὶ ἄλλοι κατ' αὐτῆς ἀντεπανέστησαν, καὶ τὴν χριστοῦ διεσκόρπισαν ποίμνην. ποτίσαι τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ ἐπιχειρήσαντες ἀνατροπὴν θολεράν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ὅτι μὲν δεῖ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀποδέδεικται, σχετικῶς, ὡς εἴπομεν, οὐ λατρευτικῶς. Ὅτι δὲ καὶ δέησις εἰσακούεται ἁγίων, καὶ ἔτι ἀνάγνωτε τῶν βασιλείων ἐν κεφ. ιη. καὶ ιθ. ἔλεγε, φησιν, ὁ σεναχηρεὶμ διὰ τοῦ Ραψάκου, μὴ ἀπατάτω σε ὁ θεὸς, ἐφ' ᾧ πέποιθας, τηνικαῦτα παρακατιὼν, καὶ γὰρ ἔλεγεν ὁ θεὸς, ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης, δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν παῖδά μου. Καὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ θεὸς ἀφῆκεν ἄλλους παρακαλεῖν. καὶ τοῦτο παρασκευάζει, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Μωσέως γέγονε. Καὶ γὰρ ἐκείνῳ φησὶν, ἄφες ἐξαλείψω αὐτοὺς, ἵνα αὐτὸν ἐμβάλῃ εἰς τὴν ἐκείνων ἱκετηρίαν. Ἐποίει δὲ τοῦτο, οὐκ αὐτὸς παρακλήσεως δεόμενος, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς μὴ ἁπλῶς σωζόμενοι, φαυλότεροι καταστῶμεν. Διὰ τοῦτο καὶ χάρισμα εὐχῆς ἐδίδου, ὡς ὁ Παῦλος λέγει, αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Διὰ τοῦτο πολλάκις τὸν Δαβίδ, καὶ τὸν δεῖνα, φησιν, αὐτοῖς καταλλάττεσθαι. (Lego, διὰ τὸν Δαβίδ.) τοῦτο κατασκευάζων τὴν καταλλαγήν. Διὰ τοῦτο καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ ἔλεγεν, μὴ ἀξίου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. Οὐχὶ παῦσαι αὐτὸν θέλων ἀξιοῦντα, πολὺ γὰρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐπιθυμεῖ, ἀλλ' ἐκείνους φοβῆσαι. Ὅπερ καὶ ὁ προφήτης συνιδὼν, οὐκ ἐπαύσατο ἀξιῶν.

Ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς τὴν σοφίαν κύριλλος, ἐξηγούμενος τὸν προφήτην Δανιὴλ, λέγει, ὅτι καὶ μεσιτεία ἔσται τότε ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου. Καὶ ἀγγέλων δεηθησομένων ὑπέρ τινων, καὶ ἁγίων, καὶ τῆς κυρίας τοῦ κόσμου οὐχ ἥκιστα. Πλὴν οὐχ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς, οὐδὲ ὑπέρ τινος ἐν ἁμαρτίαις θανόντος. οὐ μὲν οὖν. κατέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοῖς τοιούτοις καθάπαξ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος. Διὸ καὶ ἀπεφήνατο κατ' αὐτῶν οὑτωσί. Ἐὰν

(Nam vnius S.Spiritus,participes, omnes fuerunt)quod teſtatur ipſius Eccleſia:quæ imaginibus decorata fuit: donec ferus & immanſuetus Leo Iſaurus rugijt,& Eccleſiam Chriſti perturbauit:alijq́; contra eam inſurrexerunt, & Chriſti diſsipârunt gregem: potionis loco dare aggreſsi populo Dei euerſionem turbidam:& quæ præterea ibi ſequuntur.

Adorandas itaq; affectus propenſione & relatiuè,non cultu diuino, vti diximus, S. imagines,eſſe demonſtratum eſt. Exaudiri verò etiam interceſsiones Sanctorum: conſtat ex *4*.Reg *18*. & *19*. quem locum legite. Dixit (inquit) Senacherimus per Rapſacem:Ne decipiat te Deus,quo confidis. Poſtea ſequitur. Etenim dixit Deus: Clypeo protegam ciuitatem hanc,propter me, & propter ſeruum meũ Dauidem. Hoc niſi eſſet: nõ ſiuiſſet alios pro ipſis rogare. Molitur autem idem, quod Moſis memoriâ fecerat.Etenim huic ait:Sine,delebo ipſos. Quod ideo dixit,vt eum ad ſupplicandum pro illis, induceret: & id fecit,non quòd apud ſe opus ſit interceſsione: ſed ne nos, ſi facilè,& nullo negotio, ſalutem inueniamus,negligentiores deterioresq; euadamus. Propterea etiam donum precationis dabat,ſicut Paulus ait: Ipſe Spiritus intercedit pro nobis gemitibus tacitis. Ideo ſæpe,propter Dauidem, aut hunc,vel illum, ait ſe populo reconciliatum eſſe: machinans hoc modo reconciliationem. Qua eadem de cauſa,Hieremiæ inquit:Noli orare pro populo iſto: quia non exaudiam te.Quibus verbis non deſiſtere eum vult à precando(longè enim cupidiſsimus eſt ſalutis noſtræ), ſed illos exterrere:quod etiã Propheta intelligens, à precando non deſtitit.

Quin etiam ſapientia excellens Cyrillus,commentario in Prophetam Danielẽ, interceſsionem fore tunc etiam, quando venturus ad iudicium ſit Dominus, affirmat: quòd Angeli pro aliquibus deprecaturi ſint,& ſancti,pręſertim Domina mundi. Non tamen ſimpliciter pro omnibus: nec pro aliquo,in peccatis mortuo: minimè, (Semel enim talibus miſericordiæ ſuæ fores Dominus occluſit. Ea propter, hanc in eos ſententiam tulit.

Si ſteterit Noë, & Iob, & Daniel, filios & filias ſuas nullo modo eripient) ſed tantummodo pro illis ſupplicabunt omnes: pro quibus factæ interceſsiones, acceptæ ſunt: nempe pro ijs, qui tempore pœnitentiæ intercepti morte, non potuerunt omnes peccatorum maculas penitus eluere. Itemq; tantiſper duntaxat, dum adhuc iudicium exercetur. Dimiſſo verò theatro, poſtquam ſinguli in ſua loca abducti fuerint: interceſsio non erit. Atq; etiam nunc interceſsiones fiunt per Sacerdotes, & iuſtos Dei ſeruos, quæ multùm poſſunt.

Ezech.14.

ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας οὐ μὴ ἐξέλωνται. ἀλλ' ὑπὲρ μόνων ἐκείνων ἱκετεύσουσι πάντες, ὑπὲρ ὧν ἔσονται καὶ αἱ πρεσβεῖαι δεκταί. ἤγουν τῶν ἐν μετανοίᾳ μὲν φθασάντων μεταλλάξαι τὸν βίον, οὔπω δὲ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας δυνηθέντων τελείως ἐκπλῦναι. καὶ ἔτι. ναὶ, καὶ ἔτι τοῦ κρίσεως ἱσταμένης. μετὰ δὲ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον, καὶ ἕκαστον ἀπαχθῆναι εἰς τὸν ἴδιον τόπον, μεσιτεία οὐκ ἔσται. Ἀλλὰ καὶ γίνεται καὶ νῦν, δι' ἱερέων μεσιτευόντων, καὶ δικαίων δούλων θεοῦ, ἰσχυόντων πολλά.

Interceſsiones pro defunctis.

Inſuper D. ille Damaſcenus, oratione III. de imaginibus inquit. Quis, primus fecit imaginem? Ipſe Deus: qui primus genuit vnicum Filium, & Logum ſuum, imaginem ſuiipſius viuentem, naturalem, immutabilem characterem ſuæ æternitatis. Idem fecit hominem ſecundùm imaginem ſuam, & ſecundum ſimilitudinem. Et Adamus vidit Deum: & audiuit ſonitum pedum eius, tempore pomeridiano ambulantis: ſeq; abſcondit in Paradiſo. Iacobus vidit atq; luctatus eſt cum Deo. Nimirum hominis formâ ei Deus apparuit. Et Moſes, tanquam poſteriorem partem hominis, vidit. Eſaias ad inſtar hominis vidit ſedentem in ſolio. Et Danielus, ſimilitudinem hominis vidit: & vt Filium hominis, venientem ad antiquum illum dierum. Nemo deniq; naturam Dei vidit: ſed typum & imaginem venturi, qualis futurus erat. Naſciturus enim verè homo erat, Filius ille & Logus Dei inuiſibilis: vt ſic ipſe cum natura noſtra vnum fieret, & in terris cerneretur. Adorârunt igitur omnes, qui videbant, figuram & imaginem futuri: quomodo & Paulus Hebræ. *11.* ſcribit. Fidei immortui ſunt hi omnes: non perceptis promiſsionibus, ſed eminus conſpectis, & amanter ſalutatis. An non igitur ego faciam imaginem illius: qui propter ſalutem meam natura carnis indutus, homo conſpectus eſt? Nec adorem & honorem ipſum, per imaginis eius honorem & adorationem? Vidit Abrahamus non naturam Dei (Deum enim nemo vidit vn-

Ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ τῷ περὶ εἰκόνων, φησί. Τίς πρῶτος ἐποίησεν εἰκόνα; αὐτὸς ὁ θεὸς πρῶτος ἐγέννησε τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ λόγον αὐτοῦ, εἰκόνα αὐτοῦ ζῶσαν, φυσικὴν, ἀπαράλλακτον χαρακτῆρα τῆς αὐτοῦ ἀϊδιότητος. Ἐποίησέ τε τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ Ἀδὰμ εἶδε θεὸν, καὶ ἤκουσε τῆς φωνῆς τῶν ποδῶν αὐτοῦ περιπατοῦντος τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβη ἐν τῷ παραδείσῳ. Καὶ Ἰακὼβ, εἶδε καὶ ἐπάλαισε μετὰ τοῦ θεοῦ. Δῆλον δὲ, ὅτι, ὡς ἄνθρωπος, ἐφάνη αὐτῷ ὁ θεός. Καὶ Μωσῆς, ὡς ὀπίσθια ἀνθρώπου εἶδε. Καὶ Ἡσαΐας, ὡς ἄνθρωπον εἶδε καθήμενον ἐπὶ θρόνου. Καὶ Δανιὴλ ὁμοίωμα ἀνθρώπου εἶδε, καὶ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἐλθόντα ἐπὶ τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν. Καὶ οὐ φύσιν θεοῦ εἶδέ τις, ἀλλὰ τὸν τύπον καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι. Ἔμελλε γὰρ ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ὁ ἀόρατος ἄνθρωπος γίνεσθαι ἐν ἀληθείᾳ, ἵνα ἑνωθῇ τῇ φύσει ἡμῶν, καὶ ὁραθῇ ἐπὶ τῆς γῆς. Προσεκυνήσαν οὖν πάντες, οἱ ἰδόντες τὸν τύπον καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ μέλλοντος, καθὼς καὶ Παῦλος φησὶν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους κεφ. ιά. κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ ἀσπασάμενοι. Ἐγὼ οὖν, οὐ μὴ ποιήσω εἰκόνα, τοῦ δι' ἐμὲ ὀφθέντος σαρκὸς φύσει; καὶ προσκυνήσω καὶ τιμήσω αὐτὸν διὰ τῆς εἰς τὴν εἰκόνα αὐτοῦ τιμῆς καὶ προσκυνήσεως; εἶδεν Ἀβραὰμ, οὐ φύσιν θεοῦ, θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε,

πώποτε, ἀλλ' εἰκόνα θεοῦ, καὶ πεσὼν προσεκύνησεν. Εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, οὐ φύσιν ἀγγέλου, ἀλλ' εἰκόνα, φύσις γὰρ ἀγγέλου σωματικοῖς οὐχ ὁρᾶται ὀφθαλμοῖς, καὶ πεσὼν προσεκύνησεν. Ὁμοίως καὶ Δανιήλ. Ἄγγελος δὲ οὐ θεὸς, ἀλλὰ κτίσμα, καὶ δοῦλος θεοῦ, καὶ παραστάτης. προσεκύνησε δὲ, οὐχ ὡς θεῷ, ἀλλ' ὡς θεοῦ παραστάτῃ καὶ λειτουργῷ. Κἀγὼ μὴ ποιήσω εἰκόνα τῶν φίλων Χριστοῦ; καὶ μὴ προσκυνήσω, οὐχ ὡς θεοῖς, ἀλλ' ὡς εἰκόσι φίλων θεοῦ; οὔτε γὰρ Ἰησοῦς, οὔτε Δανιὴλ, ὡς θεοῖς προσεκύνησαν τοῖς ὀφθεῖσιν ἀγγέλοις. Οὐδὲ ἐγὼ ὡς θεῷ προσκυνῶ τῇ εἰκόνι, ἀλλὰ διὰ τῆς εἰκόνος καὶ τῶν ἁγίων, τῷ θεῷ προσάγω τὴν προσκύνησιν, καὶ τὴν τιμὴν, δι' ὃν καὶ τοὺς αὐτοῦ φίλους σέβω, καὶ δι' αἰδοῦς ἄγω. Οὐχ ἡνώθη φύσει ἀγγέλων ὁ θεὸς, ἡνώθη δὲ φύσει ἀνθρώπων. οὐκ ἐγένετο ὁ θεὸς ἄγγελος, ἐγένετο δὲ ὁ θεὸς φύσει καὶ ἀληθείᾳ ἄνθρωπος. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. Οὐκ ἐγένετο φύσις ἀγγέλων, υἱὸς θεοῦ καθ' ὑπόστασιν, ἐγένετο δὲ φύσις ἀνθρώπου υἱὸς θεοῦ καθ' ὑπόστασιν. Οὐ μετέσχον ἄγγελοι, οὐδὲ ἐγένοντο θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀλλ' ἐνεργείας καὶ χάριτος. Ἄνθρωποι δὲ, μετέχουσι, καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως γίνονται, ὅσοι μεταλαμβάνουσι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ ἅγιον, καὶ πίνουσι τὸ αἷμα αὐτοῦ τὸ τίμιον. Θεότητι γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἥνωται, καὶ δύο φύσεις ἐν τῷ μεταλαμβανομένῳ ὑφ' ἡμῶν σώματι τοῦ Χριστοῦ, ἡνωμένως καθ' ὑπόστασίν εἰσιν ἀδιασπάστως. Καὶ τῶν δύο φύσεων μετέχομεν. Τοῦ σώματος, σωματικῶς, τῆς θεότητος, πνευματικῶς. Μᾶλλον δὲ ἀμφοῖν κατ' ἄμφω. Οὐ καθ' ὑπόστασιν ταυτιζόμενοι, ὑφιστάμεθα γὰρ πρῶτον, καὶ τότε ἑνούμεθα, κατὰ συνανάκρασιν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος. Καὶ πῶς οὐ μείζονες ἀγγέλων, οἱ φυλάττοντες διὰ τῆς τηρήσεως τῶν ἐντολῶν εἰλικρινῆ τὴν ἕνωσιν; Ἡ μὲν φύσις ἡμῶν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένη, διὰ

dit vnquam)ſed imaginem Dei, & ad genua accidens adorauit. Vidit Ioſua non naturam Angeli, ſed imaginem, (Angeli enim natura corporeis oculis non cernitur)& procidens adorauit. Eodem modo, Danielus. Angelus autem, non eſt Deus: ſed creatura, & ſeruus Dei, & apparitor. Eum Propheta adorauit, non vt Deum: ſed vt Dei ſatellitem & miniſtrum. Et ego non faciam imaginem amicorum Chriſti? nec adorem? Non quidem, vt Deos: ſed, vt imagines amicorum Dei. Neq; enim Ioſua, nec Danielus, vt Deos, Angelos adorârunt, qui apparuerant: neq; ego, vt Deum, adorabo imaginem: ſed per imaginem & Sanctos, Deo offero adorationem & honorem: propter quem Deum, etiam amicos eius veneror, & reuerenter habeo. Non coniunxit ſe Deus in vnum cum natura Angelorum, ſed cum natura hominum. Non factus eſt Deus, Angelus: ſed naturâ & verè factus eſt homo. Non enim certè Angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahami apprehendit. Non facta eſt natura Angelorum, Filius Dei per hypoſtaſin, ſeu ſubſiſtentiam & perſonam: ſed natura hominis facta eſt Dei Filius per hypoſtaſin. Non fuerunt Angeli participes, nec facti ſunt ſocij, diuinæ naturæ: ſed efficaciæ & gratiæ. Homines verò participant, & ſocij naturæ diuinæ fiunt: quicunq; accipiunt ſanctum Chriſti corpus, & bibũt ſanguinẽ eius precioſum. In vnum enim cum diuinitate coaluit hypoſtaticè: & duæ naturæ in corpore Chriſti, quod à nobis percipitur, vnicè per hypoſtaſin coniunctæ ſunt, & indiuulſè. Ac nos, vtriusq; naturæ participes reddimur: corporis, corporaliter: diuinitatis, ſpiritualiter: vel potiùs vtriusq;, vtroq; modo. Non tamen hypoſtaticè vnum & idem cum Domino euadimus. Subſiſtimus enim, hoc eſt, ſumus in natura rerum, primò: actùm demum, vnum cum illo reddimur, contemperatione corporis & ſanguinis. Quomodo iam non maiores Angelis ſint: qui obſeruatione mandatorum, illam vnitionem, ſeu vnitatem, ſincerè conſeruant? Eſt quidem aliquantulùm præ Angelis natura noſtra diminuta, propter

propter mortem, & corporis molem: ſed beneuola approbatione, & coniunctione, tanquam contactu, Dei, extitit Angelis maior. Aſsiſtunt enim ei cum metu & tremore, Angeli: ſedenti ſuper ſolio gloriæ, in Chriſto: & aſtabunt tremebundi, in iudicio. Non illi in S. literis dicuntur, vnà dormientes: neq;, ſocij gloriæ diuinæ, (omnes enim miniſterio & ſeruitio addicti Spiritus ſunt: qui miniſtrandi cauſa emittuntur illis, qui ſalutis hæreditatem adituri ſunt) nec, vnà regnaturi: nec vnà glorificandi: nec, ad menſam Patris ſeſſuri, non. Qui ergo hos honores accipient? Sancti homines, Filij Dei, Filij Regni, hæredes Dei, & cohæredes Chriſti. Honoro igitur Sanctos: conglorifico ſeruos eius, & amicos, & cohæredes. Seruos quidem, natura: amicos autem, voluntate & inſtituto: filios verò, & hæredes, per diuinam gratiam: ſicut Dominus ad Patrem inquit. Diximus de imaginibus: dicamus etiam de adoratione: & primùm, quid ſit adoratio. Deinde exponit Sanctus de his. Deinde inferiùs, quot modi ſint adorationis: quot'nam, quæ adorentur, reperiantur in ſcriptura: & quot modis adhibeamus adorationem creaturis. Item, quòd Iacobus adorauerit ſupra ſummum virgæ, quæ fuerit typus Saluatoris. Sicut ſcilicet Tabernaculum, typus totius mundi erat: & aurea Cherubim, opus conflatile: & in velo Cherubim, opus textile; ſic adoramus figuram crucis venerabilem, & corporalis effigiei Dei noſtri ſimilitudinem, & Genitricis eius, & ſimiliter famulorum ipſius. Omnes item venerabiles, Deo dicatas res: vt ſunt ſacri Euangeliorum libri, diſci, calices, thuribula, candelabra, menſæ. Vide enim quomodo Deus deſtruxerit Balthaſaris Regnum: cùm is vaſa ſacra ad vſum prophanum tranſtuliſſet.

Stemus itaq;, fratres, in petra fidei, & traditione Eccleſiæ: non transferentes terminos, à S. Patribus noſtris poſitos: non dantes locum illis, qui rebus nouis ſtudent: & ædificium ſanctæ Dei, Catholicæ, & Apoſtolicæ, Eccleſiæ, deijcere conantur. Si enim talis licentia cuilibet concedetur: paulatim totum Eccleſiæ corpus deſtru-

διὰ τὸν θάνατον, καὶ τὴν τοῦ σώματος παχύτητα, ἀλλ᾽ εὐδοκίᾳ καὶ συναφείᾳ θεοῦ, γέγονεν ἀγγέλων μείζων. παρίστανται γὰρ αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἄγγελοι, καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης ἐν τῷ χριστῷ. Καὶ παραστήσονται ἔντρομοι ἐν τῇ κρίσει. οὐ συγκαθεύδοντες, οὐδὲ κοινωνοὶ τῆς θείας δόξης ὑπὸ τῆς γραφῆς ἐρρήθησαν, εἰσὶ γὰρ πάντες λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Οὐδ᾽ ὅτι συμβασιλεύσουσιν, οὐδ᾽ ὅτι συνδοξασθήσονται, οὐδ᾽ ὅτι ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ πατρὸς καθίσουσιν. Οἱ δὲ ἅγιοι, υἱοὶ θεοῦ, καὶ οἱ τῆς βασιλείας, καὶ κληρονόμοι θεοῦ, καὶ συγκληρονόμοι χριστοῦ. Τιμῶ οὖν τοὺς ἁγίους, καὶ συνδοξάζω τοὺς δούλους αὐτοῦ, καὶ φίλους, καὶ συγκληρονόμους. Τοὺς δούλους μὲν ἐκ φύσεως, φίλους δὲ, ἐκ προαιρέσεως, καὶ υἱοὺς καὶ κληρονόμους, ἐκ θείας χάριτος, ὥς φησιν ὁ κύριος πρὸς τὸν πατέρα. Εἰπόντες τοίνυν περὶ εἰκόνων, εἴπωμεν καὶ περὶ προσκυνήσεως καὶ πρῶτον τί ἐστι προσκύνησις. Εἶτα λέγει ὁ ἅγιος περὶ τούτων. εἶτα κατωτέρω, πόσοι τρόποι προσκυνήσεως. πόσα τὰ προσκυνούμενα εὑρίσκομεν ἐν τῇ γραφῇ, καὶ κατὰ πόσους τρόπους προσάγομεν προσκύνησιν κτίσμασι. Καὶ ὅτι καὶ Ἰακὼβ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, τύπος δὲ ἦν τοῦ Σωτῆρος. Ὡς καὶ ἡ σκηνὴ, τύπος ἦν παγκόσμιος. Καὶ τὰ Χερουβὶμ τὰ χρυσᾶ, ἔργον χωνευτὸν. Καὶ τὰ Χερουβὶμ ἐν τῷ καταπετάσματι, ἔργον ὑφαντὸν ἦν. Οὕτω προσκυνοῦμεν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ τὸν τίμιον, τοῦ τε σωματικοῦ χαρακτῆρος τοῦ θεοῦ μου τὸ ὁμοίωμα, καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης, καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ὁμοίως. καὶ πάντα σεβάσμια τὰ θεῷ ἀνακείμενα, ὡς τὰ ἱερὰ εὐαγγέλια, δίσκοι, ποτήρια, θυμιατοὶ, λυχνίαι, τράπεζαι. Ὅρα γὰρ, ὅτι Βαλτάσαρ ἐποίησεν ὑπηρετηθῆναι τὸν λαὸν τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱερατικοῖς, πῶς καθεῖλεν ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

Διὸ, ἀδελφοὶ, στῶμεν ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως, καὶ τῇ παραδόσει τῆς ἐκκλησίας, μὴ μεταίροντες ὅρια, ἃ ἔθεντο οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν. Μὴ διδόντες τόπον τοῖς βουλομένοις καινοτομεῖν, καὶ καταλύειν τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ, καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Εἰ γὰρ δοθῇ ἄδεια παντὶ βουλομένῳ, κατὰ μικρὸν ὅλον τὸ σῶμα τῆς

τῆς ἐκκλησίας καταλυθήσεται. μὴ ἀδελφοί, μὴ τέκνα φιλόχριστα τῆς θεοῦ ἐκκλησίας. ἀλλὰ προσκυνήσωμεν, καὶ λατρεύσωμεν μόνῳ τῷ κτίστῃ καὶ δημιουργῷ, ὡς φύσει προσκυνητῷ θεῷ. προσκυνήσωμεν τῇ ἁγίᾳ θεοτόκῳ, οὐχ ὡς θεῷ, ἀλλ' ὡς μητέρι θεοῦ κατὰ σάρκα. Καὶ προσκυνήσωμεν καὶ τοῖς ἁγίοις, ὡς ἐκλεκτοῖς φίλοις θεοῦ, καὶ παῤῥησίαν ἔχουσιν πρὸς αὐτόν. Εἰ γὰρ βασιλεῦσι φθαρτοῖς, πολλάκις καὶ ἀσεβέσι, καὶ ἁμαρτωλοῖς, καὶ ἄρχουσι, καὶ ἄλλοις προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. Ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθε. Καὶ ἀπόδοτε τὰς ὀφειλὰς καὶ τὰ λοιπά. πόσῳ μᾶλλον ἔχρην προσκυνεῖν τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων, ὡς μόνῳ φύσει δεσπόζοντι, καὶ τοῖς αὐτοῦ δούλοις καὶ βασιλεῦσι παθῶν. Καὶ Δαυὶδ ἐν ψαλμῷ μδ'. φησίν. ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν καταστήσεις αὐτούς. Κατὰ δαιμόνων, καὶ νόσων ἐξουσίαν ἔλαβον. καὶ συμβασιλεύσουσι χριστῷ. καὶ τούτων ἡ σκιὰ μόνη, νόσους καὶ δαίμονας ἀπήλαυνε. μὴ οὖν σκιᾶς ἀσθενεστέραν καὶ ἀτιμοτέραν λογισώμεθα τὴν εἰκόνα. Σκιαγραφεῖ γὰρ ἀληθῶς τὸ πρωτότυπον. Ἀδελφοὶ ὁ χριστιανὸς, πίστις ἐστίν. Ὁ οὖν πίστει προσερχόμενος, κερδανεῖ πολλά. Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης, ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ, ὃς οὐ μὴ λήψεται οὐδέν. Πάντες οἱ ἅγιοι διὰ πίστεως εὐηρέστησαν τῷ θεῷ, ἔργοις καλοῖς ταύτην ἐπικυροῦντες, καὶ δεικνύοντες ἅπασιν.

deſtruetur. Vos verò ne ſic, fratres: ne ſic, Chriſti amantes diuinæ Eccleſiæ filij: ſed adoremus cultu diuino ſolum conditorem & opificem rerum, vt natura adorandum Deum: adoremus ſanctam Deiparam, non quidem vt Deam, ſed vt matrem Dei, ratione carnis: adoremus & Sanctos, vt electos amicos Dei, & fidenter eum appellandi poteſtatem habentes. Etenim ſi mortalibus Regibus, & ſæpe impijs ac peccatoribus, & Principibus ac magiſtratibus, alijsq́; adorationis reuerentia declaratur: & id ex diuini Apoſtoli præcepto (Magiſtratibus & poteſtatibus ſubiecti eſtote: &, quod debetis, reddite, &c.) quantò magis adorandus erat ille Rex Regnantium, tanquam ſolus natura dominator: & ſerui ipſius perturbationum animorum Reges? Ait 44. Pſalmo Dauid: Principes ſuper omnem terram conſtitues eos. In Dæmones & morbos poteſtatem acceperunt: cum Chriſto regnabunt: horum duntaxat vmbra, morbos & Dæmones fugauit. Ne committamus igitur, vt vmbra imbecilliorem & contemptiorem exiſtimemus imaginem. Adumbrat enim hæc reuera Prototypum. Fratres, Chriſtiani propria nota, fides eſt. Qui igitur fide incedit, multum lucrabitur. Qui verò hæſitat: ſimilis eſt procellæ maris, ventis agitatæ & iactatæ: qui non accipiet quicquam. Omnes Sancti fide placuerunt Deo: benefactis eam comprobantes, omnibusq́; conſpiciendum proponentes.

Δεξώμεθα οὖν τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἐν εὐθύτητι καρδίας, καὶ μὴ ἐν πολλοῖς λογισμοῖς. Ὁ θεὸς γὰρ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον εὐθῆ, αὐτοὶ δὲ ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς. Μὴ καταδεξώμεθα νέαν πίστιν μαθεῖν, ὡς κατεγνωσμένης τῆς τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσεως. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

Recipiamus igitur traditionem Eccleſiæ recto corde, non varijs cogitationibus. Nam Deus hominem condiderat ſimplicem & rectum: ipſi verò quæſiuerunt rationes multas. Ne committamus, vt nouam Fidem diſcamus: tanquam condemnata Sanctorum Patrum traditione. Inquit enim Sanctus Apoſtolus: Si quis aliud, quàm quod accepiſtis, Euangelium prædicauerit: execratus eſto.

Quid τὸ σχετικῶς ſit.

Προσκυνοῦμεν οὖν ταῖς εἰκόσιν, οὐ τῇ ὕλῃ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις. Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος

Adoramus itaq́; imagines eo modo: vt non ipſi materiæ exhibeamus reuerentiam: ſed imaginum interuentu illis, qui per ipſas ſignificantur. Honos enim qui

qui imagini habetur, ad Prototypum tranſit: ſicut D. Baſilius ait. Veſtris autem animis, ſacer Chriſti grex, hæc Deus affatim infundat: digneturq; vos (ſequentes veſtigia Sanctorum, voce Paſtorum, & Doctorum Eccleſiæ adductos) adeptione gloriæ ſuæ in illo ſplendidiſsimo ſtatu Sanctorum: cuius etiam nos omnes, per gratiam ipſius compotes fiamus: æternis ipſum laudibus celebrantes, cui omnis debetur gloria, Amen.

εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ὡς ὁ μάκαρ εἶπε Βασίλειος. Ὑμᾶς δὲ, τὸ χριστοῦ ἱερὸν ποίμνιον, ἐμπλήσαι ταῦτα θεὸς, καὶ καταξιώσαι, ἑπομένους τοῖς ἴχνεσι τῶν ἁγίων, τῶν ποιμένων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, προσαγομένους, τυχεῖν τῆς δόξης αὐτοῦ, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν τῇ αὐτοῦ χάριτι, αἰωνίως αὐτὸν δοξάζοντας. αὐτῷ γὰρ ἡ δόξα, ἀμήν.

His finitis & rectè ordineq; pertractatis: etiam Sanctorum teſtimonia, ſeu autoritates, Sanctus adducit. Dionyſij, Athenarum Epiſcopi, ex epiſtola ad Ioannem Apoſtolum. Verè manifeſtæ imagines, ſunt viſibilia, inuiſibilium. Et alia ſimilia, ex eccleſiaſtica Hierarchia, & alijs. Et Baſilij, ex Concione de Martyre Barlaamo. Surgite nunc mihi, clari rerum ab Athletis fortiſsimè geſtarum Pictores: anguſtè pictam Ducis imaginem veſtræ artis ſolertia magnam facite. Et aliquantò pòſt. Pingatur in eadem tabula etiam Præfectus palæſtricorum certaminum Chriſtus. Et ex oratione in Sanctos quadraginta. Quandoquidem etiam res bello fortiter geſtas, tum Hiſtorici ſæpe, tum Pictores, memoriæ produnt: illi, oratione ornantes: hi, in tabulis depingentes &c. Alia item, quæ in orationibus eius, quas de Martyribus ſcripſit, inſperſa ſunt mirabilia: & alibi in Commentationibus eius. Idem & in Eſaiæ interpretatione dicit: Poſtquam vidit hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum: cùm non poſſet in Deum facere impetum: in imaginem huius, ſuam effudit malitiam & ſcelus: perinde faciens, vt ſi quis homo ira percitus, Regi nocere non valens, imaginem eius lapidibus peteret: lignum verberando Regis effigiem habens. Sic vnuſquiſq; qui honorat imaginem, Archetypum vtiq; honorat. Et alia multa in hanc ſententiam addit. Sed & S. Athanaſij, ad Antiochum 38. dicentis. Non, vt Deos, imagines adoramus, qui fide præditi ſumus, (abſit)

Τούτοις δὲ τέλος θεὶς ὁ ἅγιος, καὶ διδάξας, ὡς ἔδει, καὶ χρήσεις ἁγίων ἐπάγει, Διονυσίου ἐπισκόπου ἀθηνῶν, ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον ἐπιστολῆς. Ἀληθῶς ἐμφανεῖς εἰκόνες εἰσὶ, τὰ ὁρατὰ τῶν ἀοράτων. Καὶ ἄλλα ὅμοια. ἐκ τοῦ περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας, καὶ ἄλλων. Βασίλειον, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν μάρτυρα Βαρλαάμ. Ἀνάστητέ μοι νῦν, ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι, τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν εἰκόνα, ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις. Καὶ παρακατιών. ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι, καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης χριστός. Καὶ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τοὺς ἁγίους μ΄. Ἐπεὶ καὶ πολέμων ἀνδραγαθήματα, καὶ λογογράφοι πολλάκις, καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν. Οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες. οἱ δὲ, τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τοῖς μαρτυρικοῖς αὐτοῦ λόγοις ἐγκατέσπαρται θαυμάσια, καὶ ἐν ἄλλαις τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν Ἡσαΐαν, λέγει. Ἐπειδὴ εἶδε τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ, μὴ δυνάμενος εἰς θεὸν τραπῆναι, εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ πονηρίαν ἐκένωσεν, ὥσπερ εἴ τις ἄνθρωπος ὀργιζόμενος, τὴν εἰκόνα λιθάζει, ἐπειδὴ τὸν βασιλέα οὐ δύναται, τὸ ξύλον τύπτων τὸ τὴν μίμησιν ἔχον. Οὕτω καὶ πᾶς ὁ τιμῶν τὴν εἰκόνα, τὸ ἀρχέτυπον δηλονότι τιμᾷ: καὶ ἄλλα λέγει πολλὰ τούτων ἕνεκα. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, ἐκ τῶν πρὸς Ἀντίοχον λζ. οὐχ ὡς θεοὺς τὰς εἰκόνας προσκυνοῦμεν οἱ πιστοὶ, μὴ γένοιτο, ὥσπερ

ὥσπερ οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ τὴν σχέσιν μόνον καὶ τὸν πόθον τῆς ἡμῶν ἀγάπης, πρὸς τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου τῆς εἰκόνος, ἐμφανίζοντες. ὅθεν πολλάκις τοῦ χαρακτῆρος λεαινθέντος, ὡς ξύλον λοιπὸν ἀργὸν τὴν ποτὲ εἰκόνα κατακαίομεν. ὥσπερ οὖν ὁ Ἰακὼβ μέλλων τελευτᾶν, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τοῦ Ἰωσὴφ προσεκύνησεν, οὐ τὴν ῥάβδον τιμῶν, ἀλλὰ τὸν ταύτην κατέχοντα, οὕτως οἱ πιστοὶ, οὐ δι' ἕτερον τρόπον τὰς εἰκόνας ἀσπαζόμεθα. ὥσπερ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, πολλάκις καταφιλοῦντες, ἵνα τὸν πόθον τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἐμφανίσωμεν. ὥσπερ καὶ Ἰουδαῖος τὰς τοῦ νόμου ποτὲ πλάκας, καὶ τὰ δύο χερουβὶμ τὰ χρυσᾶ καὶ γλυπτὰ προσεκύνει, οὐ τιμῶν τὴν τοῦ λίθου καὶ χρυσίου φύσιν, ἀλλὰ τὸν ταῦτα ἐπιτρέψαντα κύριον. καὶ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον. αἱ δὲ εἰκόνες, ὥσπερ τὰ ἀρχέτυπα. δεῖ γὰρ οὕτως αὐτὰς, καὶ οὐχ ἑτέρως ἔχειν. Γρηγορίου τε τοῦ Ναζιανζοῦ, ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ λόγου δευτέρου: αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται. Καὶ Χρυσοστόμου, ἐκ τοῦ πρὸς Κολασσαεῖς λόγου ζ΄. ἡ τοῦ ἀοράτου εἰκὼν, καὶ αὕτη ἀόρατος. Καὶ τὰ ἑξῆς. εὑρήσεις δὲ καὶ ἐν ἄλλοις συγγράμμασιν αὐτοῦ πολλὰ περὶ εἰκόνων τιμῆς. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λόγων Σευηριανοῦ Γαβάλων, ἀπὸ λόγου τοῦ εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ τιμίου σταυροῦ, ἀκοῦσαι ἄξιον, λέγοντος. πῶς οὖν ἡ εἰκὼν τοῦ ἐπικαταράτου, ἤνεγκε τῷ λαῷ, ἐν συμφορᾷ χειμαζομένῳ, σωτηρίαν; ἆρα οὖν οὐκ ἦν ἀξιοπιστότερον εἰπεῖν, ἐάν τις ὑμῶν δηχθῇ, βλέψει εἰς τὸν οὐρανὸν, ἄνω πρὸς τὸν θεὸν, καὶ σωθήσεται, ἢ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ θεοῦ; ἀλλὰ ταῦτα παρελθὼν, μόνον τὴν εἰκόνα τοῦ σταυροῦ ἔπηξε. διὰ τί οὖν ἐποίει Μωσῆς ταῦτα, ὁ εἰπὼν τῷ λαῷ, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ γλυπτὸν, οὐδὲ χωνευτὸν, οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς.

Aliter, quid ſit τὸ σχετικῶς.

ὁ ἀπα-

(abſit) ſicut Græci (gentes) faciunt: ſed affectionem tantùm animi, & deſiderium charitatis noſtræ, erga faciem imaginis bellè expreſſam declaramus. Vnde ſanè fit, vt effigie deleta, tanquam inutile lignum, illam, quæ aliquando erat, imaginem comburamus. Sicut igitur Iacobus moriturus, ſuper ſummitatem virgę Ioſephi adorauit, non virgam, ſed illum, qui eam tenebat, honorandi cauſa: ita etiam Fideles, nulla alia ratione imagines amplectimur: ſicut ſæpe liberos noſtros deoſculamur: vt ſic animi noſtri affectum & deſiderium teſtemur. Sicut ſcilicet olim Iudæi, tabulas Legis & ambo Cherubim, & aurea & ſculpta, adorabant: non vt lapidis & auri naturam honorarent: ſed Dominum, qui hæc permiſerat. Et S. Cyrilli Alexandrini, ex Proſphonetico ad Imp. Theodoſium. Imagines (inquit) ſicut archetypa. Eodem enim modo illæ, & non aliter, ſe habere debent. Item Gregorij Nazianzeni, oratione de Filio 2. Hæc enim imaginis natura eſt, vt ſit imitamentum exemplaris, & cuius dicitur eſſe. Et Chryſoſtomi, Sermone ad Colaſſaënſes 3. Eius, qui inuiſibilis eſt, imago, ipſa quoque inuiſibilis &c. Inuenies etiam in alijs eius ſcriptis multa de honore imaginũ. Nec non è Sermonibus Seueriani, Gabalenſis Epiſcopi, operæ præciũ eſt audire: quid in Sermone de Encænijs ſanctæ crucis dicat. Quomodo igitur imago illius execrati, attulit populo, tempeſtate calamitatis iactato, ſalutem? An non erat ad fidem faciendam conuenientius, dicere: Si quis veſtrûm admorſus fuerit: ſuſpiciat in cœlum ad Deum, & conſeruabitur: aut in Tabernaculum Dei reſpiciat. Nunc his prætermiſsis, tantùm imaginem crucis defixit. Cur igitur Moſes fecit hæc, qui populo dixerat? Non facies tibi ſimulacrum ſculptum, nec fuſum: nec vllam ſimilitudinem rerum, quę vel ſuprà in cœlo ſunt, vel infrà in terra, vel in aquis ſub terra.

Y Tu'ne

Tu'ne, quod prohibes, facis? Quod euertis, conſtruis? Qui conflatum bouem diſperdidiſti, ſerpentem ex ære fabricas? Nec eum clàm, ſed & palàm, & in oculis omnium? At illa (reſpondebit Moſes) lege ſanxi: vt excindam materiam impietatis: & populum à cultu idolorum abducam. Nunc verò vtiliter conflo ſerpentem, ad præfigurationem veritatis. Nam quemadmodum tabernaculum extruxi: &, quæ in eo ſunt, omnia: & Cherubim ad ſimilitudinem inuiſibilium expandi in Sancta: tanquam typum & vmbram futurorum: eo modo & ſerpentem conſtitui ad ſalutem populi: vt, antequam res ipſæ euenerint, exercitij cauſa imaginem ſigni crucis, & in ea pendentis Redemptoris & conſeruatoris, proponam. Quòd veriſsima ſit hæc ſententia: audiamus, dilecti, ipſum Dominum, eam his verbis confirmantem. Ac, quemadmodum Moſes exaltauit Serpentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Vt igitur, qui non honorat Filium, (ſicut ait Dominus) non honorat Patrem: ſic, qui non honorat imaginem: nec illum, quem imago refert, honorat. Sed & de Sanctis, quid Dominus Matth. 10. diſcipulis dicat, audi. Qui recipit vos, me recipit. Quare, qui non honorat Sanctos: is nec ipſum honorat Dominum. Qui non adorat crucem: eum, ne quidem Dominum crucifixum adorare, iuſtum eſt. Non quidem certè naturam ligni, (alioqui omnia adoraremus ligna: ſicut Iſraelitæ, lucos & arbores adorabant, dicentes: Tu, meus es Deus) non ita nos: ſed memoriam & picturam perpeſsionum Domini, & eorum, qui his animati, certamina ſubierunt: vt ſic oſtendamus animorum noſtrorum germanam erga crucifixum, & miniſtros eius, affectionem & obſeruantiam,

Ὃ ἀπαγορεύεις ποιεῖς; ὁ ἀνατρέπτης κατασκευάζεις; ὁ τὸν χωνευθέντα βοῦν κατολέσας, σὺ ὄφιν χαλκουργεῖς; καὶ τοῦτον οὐ λάθρα, ἀλλὰ καὶ ἀναφανδὸν καὶ πᾶσι γνωστόν; ἀλλ' ἐκεῖνά φησιν, ἐνομοθέτησα, ἵνα ἐκκόψω τὰς ὕλας τῆς ἀσεβείας, καὶ τὸν λαὸν ἀπαγάγω εἰδωλολατρείας. νῦν δὲ χωνεύω τὸν ὄφιν, χρησίμως εἰς προτύπωσιν τῆς ἀληθείας. καὶ καθάπερ σκηνὴν ἔπηξα, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα, καὶ χερουβὶμ, ὁμοίωμα τῶν ἀοράτων διεπέτασα εἰς τὰ ἅγια, ὡς τύπον καὶ σκιὰν τῶν μελλόντων. οὕτω καὶ ὄφιν ἐστήλωσα, εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ, ἵνα τῆς πείρας τούτων, προγυμνάσω τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ τὴν εἰκόνα, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ σωτῆρα καὶ λυτρωτήν. Καὶ ὅτι ἀψευδέστατος, ὁ λόγος ἀγαπητοί, ἀκούσωμεν τοῦ κυρίου βεβαιοῦντος καὶ λέγοντος. καὶ καθὼς μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτω δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. ὥσπερ οὖν ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, καθώς φησιν ὁ κύριος, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα, οὕτω καὶ ὁ μὴ τιμῶν τὴν εἰκόνα, οὐδὲ τὸν εἰκονιζόμενον τιμᾷ. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἁγίων, ἄκουσον τοῦ κυρίου, Ματθαίου ί. λέγοντος τοῖς μαθηταῖς. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. ὥστε ὁ μὴ τιμῶν τοὺς ἁγίους, οὐδὲ αὐτὸν τιμᾷ τὸν κύριον. ὁ μὴ προσκυνῶν τὸν σταυρὸν, οὐδὲ τὸν σταυρωθέντα προσκυνεῖν δίκαιον. Οὐ γὰρ τὴν φύσιν τοῦ ξύλου, πάντα γὰρ προσκυνοῦμεν ἂν τὰ ξύλα, ὥσπερ ὁ Ἰσραὴλ, τὰ ἄλση καὶ τὰ δένδρα προσεκύνει, λέγων σύ μου εἶ θεός. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μνήμην καὶ γραφὴν τῶν τοῦ κυρίου παθημάτων, καὶ τῶν δι' αὐτῶν ἀθλησάντων. Δεικνύοντες τὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν γνησίαν πρὸς τὸν σταυρωθέντα διάθεσιν, καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ θεράποντας. *Iterum τὸ σχετικῶς.*

Idem etiam è VI. ſancta Synodo, Iuſtiniano Imp. de ſancta V. Synodo, celebrata, oſtenditur. In quibusdam venerabilium

Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας ϛʹ. συνόδου τῆς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ, περὶ τῆς ἁγίας εʹ. συνόδου, ἐν τισι τῶν σεπτῶν

πτῶν εἰκόνων γραφαῖς, ἀμνὸς, δακτύλῳ τοῦ προδρόμου δεικνύμενος, ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν, χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν. τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους, καταςπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεχόμενοι. ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον, κἂν ταῖς χρωματουργίαις, ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφωμεν, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνὸν, χριστὸν θεὸν ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν, ἀπὸ τοῦ νῦν, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν. διὰ τῆς ταπεινώσεως, τὸ ὕψος τοῦ θεοῦ λόγου κατανοοῦντες. Καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, καὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου, χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

bilium imaginũ picturis, agnus digito præcurſoris monſtratus, effingitur: qui agnus in typum receptus eſt gratiæ: verum nobis, in lege traditum, præſignificans agnum, Chriſtum Deum noſtrum. Cùm igitur veteres typos & vmbras, vt veritatis ſymbola, & antegreſſas notas, Eccleſiæ tradita amplectimur: tùm multò magis gratiam & veritatem, vt legis impletionem, recipimus & honoramus. Vt igitur illud, quod iam exitu perfectum eſt, etiam artificio colorum, omnium oculis ſubijciamus: eum, qui peccata mundi tollit, agnum, Chriſtum Deum noſtrum, humana effigie, inter cæteras quoq; imagines poſtmodum veteris agni erigendum ſancimus: vt hoc modo, ex humiliatione excelſitatem Dei Logi conſideremus, & ad recordationem ipſius, in ſpecie humana conuerſationis, & paſsionis, & ſalutaris mortis, & hinc ortæ mundo redemptionis, veluti manu ducamur.

Præmiſimus ſingulari conſilio in priore noſtro ſcripto tractationem de norma atq; Regula, iuxta quam oporteat omnes Religionis controuerſias decidere. Niſi enim de iudice conſtet, nulla vnquam controuerſia dextrè dijudicari poterit. Et animum noſtrum declarauimus, quòd SOLAM ſacram ſcripturam normam illam atq; Regulam agnoſcamus, ad quam omnia dogmata (ad religionem pertinentia) exigenda ſint. Oſtendimus etiam euidentibus rationibus, Patrum ſcripta, & ſynodorum decreta, non poſſe eandem cum ſacris literis authoritatem obtinere: ſed eatenus ea recipi poſſe, quatenus cum ſacris literis conſentiant. Etſi enim in tribus ſymbolis, Apoſtolico, Nicæno, & Athanaſiano, nihil prorſus in dubium vocandum iudicamus: tamen in cæteris quibusdam Synodis nonnulla reperiri exiſtimamus, quæ cum ſacris literis non omni ex parte congruant.

Ὑπεμνήσαμεν δ᾽ ἔτι, ὡς ἐπικίνδυνόν ἐστι: τὸ προτείνειν τι τῇ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ πιστεύειν: μὴ γραφικαῖς ἀναντιῤῥήτοις μαρτυρίαις, ὡσεὶ στερεωτάτῳ θεμελίῳ, ἐπερειδόμενον. Ἀπεδείξαμεν καὶ ἀποστολικοῖς ῥητοῖς, τὰς ἱερὰς γραφὰς οὐκ ἐλλιπῶς ἔχειν: ὥστε τὸ ἔλλειμα τούτων, ἀλλαχόθεν, εἴτε ἐκ τῶν πατρικῶν γραμμάτων, εἴτε τῶν συνοδικῶν δογμάτων, ἀναπληρωτέον εἶναι: ἀλλὰ πάντα, ὅσων γε χριστιανὸς ἄνθρωπος εἰδέναι πρὸς ἐπίτευξιν αἰωνίου ζωῆς χρείαν ἔχει, περιλαβούσας ἔχειν. Ἔτι δ᾽ ἐφανερώσαμεν, οὐχ᾽ οὕτως ἀσαφεῖς εἶναι τὰς γραφὰς:

Monuimus etiam, quanto cum periculo ſit coniunctum, ſi aliquid Eccleſiæ Chriſti credendum proponatur: quod non ſacrarum literarum teſtimonio, tanquam fundamento ſolidiſsimo nitatur. Docuimus etiam Apoſtolorum verbis, ſacram ſcripturam non eſſe mancam: vt neceſſe ſit eius defectum aliunde, vel è Patrum ſcriptis, vel è Synodorum decretis, ſupplere: ſed omnia ea continere, quæ quidem ad ſalutem æternam conſequendam homini Chriſtiano ſcitu ſint neceſſaria. Oſtendimus etiam: ſcripturam non eſſe

tam obſcuram: quin ex collatione ſimilium locorum intelligi, & adiuuante Spiritu S. dextrè explicari poſſit. Quæ enim alicubi perplexè dicuntur, alibi explicatè proponuntur. Et cùm interdum non in ipſa ſcriptura, ſed in translationibus, ſit aliqua obſcuritas: monuimus, in veteri quidem Teſtamento, ad fontes hebræi ſermonis: in Nouo verò, ad græcum textum, eſſe recurrendum: quæ duæ linguæ, cùm ſingulari Dei beneficio noſtro ſeculo rurſus à barbarie ſint vindicatæ: multum inde lucis ad ſacras literas rectè explicandas accedere exiſtimamus. Iudicamus igitur, nihil ad veram Dei agnitionem & pietatem ſynceram ei defuturum: qui ea credat, & facere ex animo ſtudeat, quæ in ſacra ſcriptura nobis credenda, & facienda, proponuntur. Hæc enim omnia ita ſe habere, & teſtimonijs ſacrarum literarum confirmauimus, & ſuffragio clariſsimi illius & excellentiſsimi Theologi, Ioannis Chryſoſtomi, comprobauimus.

Num tantum ita intelligenda ſint S. literæ: quemadmodum S. Patres eas interpretati ſunt.

„ Ad ea verò Sanctitas veſtra in hunc
„ modum reſpondit: Se nobiſcum collocu-
„ turam, diuinis teſtimonijs fretam, ſicut ea
Spiritus Sancti pleni accepêre Patres. Regulam enim eſſe, veluti terminum quendam immotum, ſacræ œcumenicæ Synodi ſextæ: qua iubeamur ſacras ſcripturas ſic interpretari, quemadmodum eas recepti Eccleſiæ Patres interpretati ſunt: non
„ autem interpretationibus ex nobis affe-
„ rendis, ſapientiæ laudem quærere. Extare
„ eam Regulam in XIX. ibi canone, his
„ verbis: Quinetiam ſi qua de ſacra Scri-
„ ptura exiſtet diſceptatio: nemo illam aliter
„ interpretetur, quàm Eccleſiæ lumina eam
„ ſuis ſcriptis interpretati propoſuerunt. Ac
„ magis ex his laudem præſtantiæ petant:
„ quàm ſcriptis ex ſuo ingenio proditis, ne
„ quando in hoc facultate deſtituti, non aſ-
„ ſequantur id, quod animo intenderant.
„ Hactenus ſanctitatis veſtræ Reſponſum.

Sanè dubium nobis non eſt, quin ij, qui ex ſeipſis interpretationes adferunt, & in

γραφάς: ὥστε μὴ διὰ συγκρίσεως καὶ ἀντεξετάσεως ὁμοίων καὶ προσεμφερῶν χωρίων ἂν νοεῖσθαι: καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εὐθυβόλως διαπλύσασθαι ἄν. Τὰ γάρ που γριφωδῶς καὶ ἀσαφῶς ῥηθέντα, ἀλλαχοῦ διεπτυγμένως καὶ εὐδήλως πρόκεινται. Οὔσης δ' ἐνίοτε οὐκ ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς μεταγλωττίσεσιν, ἀσαφείας τινός: παρῃνέσαμεν, ἐν τῇ παλαιᾷ μὲν διαθήκῃ, ἐπὶ τὰς πηγὰς τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου: ἐν τῇ νέᾳ δὲ, ἐπὶ τὸ ἑλληνιστὶ κείμενον, ἀνατρέχειν δεῖν. Ὧν δύο γλωσσῶν, ὑπερφυικῇ τινι καὶ θείᾳ εὐεργεσίᾳ ἐφ' ἡμῶν, ἐκ βαρβαρισμοῦ εἰς τὸ καθαρὸν ἀποκαταστάθεισῶν: φῶς ἐντεῦθεν πολὺ ἐπὶ διασάφησιν τῶν ἁγίων γραφῶν ὀρθὴν προσέρχεσθαι νομίζομεν. Ἡγούμεθα τοίνυν, οὐδενὸς τῶν πρὸς ἀληθινὴν θεογνωσίαν, εἰλικρινῆ τε εὐσέβειαν, φερόντων, ἐλλείψειν τῷ πιστεύοντί τε, καὶ ποιεῖν ἐκ ψυχῆς σπουδάζοντι, τὰ, ὅσα ἡμῖν πιστευτέα τε καὶ ποιητέα, ἐν τοῖς θείοις γράμμασι προτέθειται. Πάντα ταῦτα οὕτως ἔχειν, καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι κατεσκευάσαμεν: καὶ ψήφῳ τοῦ διαφανεστάτου καὶ πάνυ χρυσορρήμονος Ἰωάννου ἐπιστωσάμεθα.

Τίσιν ἑρμηνείαις τῶν ἁγίων γραφῶν προσεκτέον.

Πρὸς ταῦτα δὲ, οὕτως ἡ ἁγιωσύνη σου ἀπεκρίθη: ὅτι πρὸς οἰκοδομὴν ἡμῖν προσ-
διαλέξεται, θείαις ἀσφαλιζομένη μαρ- „
τυρίαις: ὡς ἐδέξαντο ταύτας οἱ θεοφόροι „
πατέρες. Κανόνα γὰρ εἶναι, οἱονεὶ ἀμετακί- „
νητον ὅρον, τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης „
συνόδου: διαγορεύοντα ἡμῖν, τὰς θείας γρα- „
φὰς ἐκλαμβάνειν: ὡς ἐξηγήσαντο οἱ δοκι- „
μασθέντες τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι: καὶ „
μὴ παρ' ἑαυτῶν σοφίζεσθαι πειρᾶσθαι, βουλο- „
μένους τὰ τοιαῦτα διερμηνεύειν. Εἶναι δὲ τὸν ὅρον τόνδε ἐν τῷ ιθ΄. ἐκεῖ κανόνι, αὐτολεξεὶ οὕτως ἔχοντα. Ἀλλὰ καὶ εἰ γραφικὸς „
ἀνακινηθείη λόγος: μὴ ἄλλως τοῦτον ἑρ- „
μηνευέτωσαν, ἢ ὡς ἂν οἱ τῆς ἐκκλησίας „
φωστῆρες, διὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων „
παρέθεντο. Καὶ μᾶλλον ἐν τούτοις εὐδοκι- „
μείτωσαν, ἢ λόγους οἰκείους συντάττοντες: ἵνα „
μὴ ἔστιν ὅτε πρὸς τοῦτο ἀπόρως ἔχοντες, ἀπο- „
πίπτοιεν τοῦ προσήκοντος. Αὕτη μὲν, ἡ τῆς „
ἁγιότητός σου ἀπόκρισις. Ἡμεῖς δὲ ἀποκρι- „
νόμεθα οὕτως. „

Διστάγμὸς μὲν ἡμῖν οὐδεὶς, μὴ οὐ δεινῶς ἁμαρτάνειν, πάντας τοὺς παρ' ἑαυτῶν σοφιζομένους

μένους περὶ τὰ, ἐντεῦθεν μάταια εὐδοκιμεῖν πειρωμένους: καὶ τοῦ προσήκοντος ἀποπίπτειν, ἀπόρως πρὸς αὐτὸ ἔχοντας. Οὐδαμοῦ γὰρ ἧττον, ἢ ἐν τῷ τὰς θείας γραφὰς μετιέναι, φαντασιᾶν, καὶ περὶ τῆς σοφίας δόξαν θηρᾶν, προσήκει: ἐν αἷς γε, μόνον τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν σωτηρίαν, ζητητέον. Οὐ μὴν ἡγούμεθα, τοῦτο εἶναι σοφίζεσθαι παρ' ἑαυτοῦ περὶ τά: ἐάν τις εὐσεβεῖ ψυχῇ, προσευχὴν προκαταβαλόμενος, ἐπὶ τὸ τὰς ἱερὰς γραφὰς μανθάνειν καὶ γυμνάζειν χωρήσῃ: τῇ μὲν, ἁπλῆν καὶ γνησίαν αὐτῶν διάνοιαν, ὑφ' ὅλης τῆς τοῦ λόγου συνεπείας δεικνυμένην ἐνστερνιζόμενος: τῇ δὲ, ἐπὶ τῶν ἀσαφεστέρων, ἐπὶ τὰ φανερώτερα ἐν τῇ αὐτῇ γραφῇ, περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος φθεγγόμενα, ὥσπερ ἐπὶ πιστοὺς ἑρμηνέας, μετερχόμενος: καὶ τοιοῦτον ἐξ ἀντιβολῆς καὶ παραθεωρήσεως τῶν γραφῶν νοῦν ἐξάγων, οἷον ὅλοις τοῖς θείοις γράμμασιν ἀναλόγως καὶ συμφώνως ἔχειν. Εἰ δὲ καὶ ἀσμένως ἐνταῦθα ἡμεῖς, καὶ εὐγνώμονι ψυχῆς διαθέσει, τοῖς τῶν θεοφόρων πατέρων ἐξηγήμασι καὶ πονήμασιν, ἐφ' ὅσον ἂν ἀπλαίστως ἐξῇ, χρώμεθα: ὅμως, μηδ' αὐτῶν ἐκείνων ἀπειπόντων, μηδένα μετ' αὐτοὺς διερμηνεύσαι τῶν ἁγιογράφων ἐπιχειρεῖν: μηδὲ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ταῖς ἑαυτῶν ἐξηγήσεσι προσδησάντων, καὶ πρὸς αὐτὰς τυραννησάντων: οὐκ ἂν δικαίως ἡμεῖς ἐπιτιμηθείημεν, καὶ οὐ πάντη ἔσθ' ὅτε ταῖς ἐκείνων διαπτύξεσι καὶ ἑρμηνείαις ἕπεσθαι δυνάμενοι. Ἔνιοι γὰρ αὐτῶν (καὶ μηδεὶς δυσχερανάτω τῶν λίαν φιλοπατόρων περὶ μεγάλου καὶ ἡμῶν τοὺς ἁγιωτάτους πατέρας ποιουμένων) ἐνίοις φαμὲν, ἐκείνων, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς ἑλλάδος γλώττης, οὐ κομιδῇ τῆς ἑβραϊκῆς διαλέκτου ἐπιστήμονες εὑρέθησαν. Ὅθεν καὶ πολλοὺς τῆς παλαιᾶς διαθήκης τόπους, οὐχ οὕτως, ὡς ἔδει, ἡρμήνευσαν. Ἀλλὰ μὴν, καὶ περὶ τὴν τῶν τῆς καινῆς ἔκθεσιν, ἐνίοτε δικαίως ἄν τις ἔστιν ἃ μέμψαιτο. Καὶ μὴ θαυμαζέτω τοῦ λόγου ἡ ἁγιότης σου. Εἰ γὰρ καὶ ἑλληνιστὶ συνέγραψαν τὰ ἑαυτῶν οἱ Εὐαγγελισταὶ καὶ Ἀπόστολοι: ὅμως τῆς ἑβραΐδος φράσεως καὶ ἰδιωμάτων οὐκ ἀπεχώρησαν πάμπαν: καὶ δὴ ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστε μηδὲ ὑπὸ τῶν τὰ ἑλληνικὰ ἐξησκημένων τὴν

& in ea re laudem & ingenij oſtentationem quærunt, grauiſsimè peccent: & illud ipſum, quod animo intenderant, non aſſequantur. Nulla enim in re minus, quàm in ſacra ſcriptura tractanda, ingenij laudem captare fas eſt: quippe vbi ſola Dei gloria, & Eccleſiæ ſalus, eſt quærenda. At nos non exiſtimamus, id eſſe interpretationem ſcripturæ ex ſe afferre: ſi quis pio animo, præmiſſa precatione ad ſacras literas diſcendas & tractandas acceſſerit: earumq; ſimplicem & germanam ſententiam, quam totus orationis contextus monſtrat, amplexus fuerit: ſi etiam in locis obſcurioribus, ad clariora dicta eiuſdem ſcripturæ, quæ de eadem materia loquuntur, tanquam ad fidos interpretes, ſeſe conferat: & talem explicationem ex collatione ſcripturæ eliciat, quæ cum tota analogia ſacrarum literarum congruat. Etſi autem ea in re, libenter & grato animo lucubrationibus ſanctis ſanctorum Patrum, quoad licet, vtimur: tamen cùm ne illi ipſi quidem prohibuerint, ne quis poſt ipſos ſacras literas interpretandas ſuſciperet, neq; alios omnes ad ſuas interpretationes alligare voluerint: non debet nobis fraudi eſſe, ſi interdum ipſorum explicationes non per omnia ſequi poſſumus. Etenim (quod pace ſanctiſsimorum illorum virorum dixerimus) quidam, præſertim græci, non admodum periti Hebræi ſermonis fuêre. Vnde accidit, vt multa veteris Teſtamenti loca minus conuenienter explicârint. Sed & in Noui Teſtamenti interpretatione nonnihil interdum iure deſiderari poteſt: quia Euangeliſtæ & Apoſtoli, etſi græcè ſcripſerunt, tamen phraſin hebræam retinuerunt: ita quidem, vt etiam ab ijs, qui Græcæ linguæ ſunt peritiſsimi,

non dextrè intelligantur, niſi etiam Hebrææ linguæ vſus acceſſerit. Grati igitur animi eſſe iudicamus, vti dono linguarum in explicatione ſcripturæ : cùm Dominus his poſtremis temporibus illud beneficium Eccleſiæ reddiderit, vt in locis obſcurioribus ad fontes hebræi & græci ſermonis recurrere valeamus. Neq; nos Dominus ad ſcripta Patrum ablegauit: ſed *Ioan.5* Chriſtus ipſe iuſsit nos ſcripturam (Prophetarum videlicet oracula) ſcrutari. Pater *Matth.17* cœleſtis iuſsit nos filium ſuum vnigenitū audire. Chriſtus nos ad audiendos ipſius *Luc.10.* Apoſtolos ablegauit: Qui vos (inquit ad Apoſtolos) audit, ME audit. His mandatis parêre ſtudemus : ad hos limpidiſsimos Iſraëlis fontes nos conferimus, vt aquam puriſsimam, ſine humanis opinionibus & traditionibus hauriamus, animamq; noſtram reficiamus. Non contemnimus clariſsima Eccleſiæ lumina: abſit ea à nobis impietas: ſed Chriſtum, Prophetas, & Apoſtolos, ipſis iure præferimus. Hi ſunt optimi & certiſsimi ſuorum verborum interpretes. Hi & mentem ſuam optimè intellexêre, & animi ſententiam clariſsimè explicare potuêre. Hi nuſquam in explicandis myſterijs diuinis hallucinantur: neq; quiſquam ab altero vlla in re diſſentit. In perpetuo & admirando ſacrarum literarum conſenſu, piæ mentes in omnibus afflictionibus & tentationibus, tanquam in portu tranquillo, tutò acquieſcere poſſunt. Patrum verò interpretationes, non vbiq; inter ſe conſentiunt: ſed alius ad hunc, alius ad alium modum, ſcripturam explicat. Ac fieri ſolet, vt quandoq; vnus & idem, dictum aliquod ſcripturæ admodum diuerſa ratione interpretetur: quod veſtram Sanctitatem, vt, quæ non modò in ſacris

τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐπιδεξίως νοεῖσθαι: ἐὰν μὴ καὶ τὰ ἑβραϊκὰ προσμαθόντες καὶ τριβέντες τύχωσιν. Εὐχαρίστου τοίνυν ψυχῆς τίθεμεν, χρῆσθαι περὶ τὴν τῶν γραφῶν διασάφησιν τῷ χαρίσματι τῶν γλωσσῶν: τοῦ κυρίου ἐπὶ τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν τούτων, τοῦτο τὸ εὐεργέτημα τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνακομίσαντος: ὥστε νῦν ἀσαφεστέροις χωρίοις ἡμᾶς ἐντυγχάνοντας, ἐπὶ τὰς διαυγεῖς τῆς ἑβραΐδος καὶ ἑλληνίδος φωνῆς κρήνας ἀναδρομὴν ἔχειν. Οὐδὲ ὁ κύριος ἐπὶ τὰ τῶν πατέρων συντάγματα βαδίζειν ἐκέλευσεν: ἀλλὰ διαρρήδην τὰς γραφὰς (τὰ τῶν προφητῶν λόγια δήπου) ὁ σοφώτατος καὶ φιλανθρωπότατος Ἰησοῦς, ἐρευνᾶν προσέταξεν. Ὁ δὲ οὐράνιος πατὴρ, ἡμῖν τοῦ ἀγαπητοῦ *Ἰωάν. ε.* ἑαυτοῦ υἱοῦ ἀκούειν ἐνετείλατο. Ὁ χριστὸς, ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἀκούειν τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἀπέ- *Ματθ. ιζ'* πεμψεν, εἰπὼν τούτοις: Ὁ ἀκούων ὑμῶν, *Λουκ. ι.* ἐμοῦ ἀκούει. Τούτοις τοῖς ἐπιτάγμασιν ἡμεῖς πείθεσθαι σπουδάζομεν: πρὸς τοῖσδε τὰς διειδεστάτας Ἰσραὴλ πηγὰς χωροῦμεν: ἵνα καθαρώτατον ὕδωρ, ἀνθρωπίνων δοξῶν καὶ παραδόσεων ἀμιγὲς ὂν, ἀρυσώμεθα: καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἀναληψώμεθα. Οὐ μὲν καταφρονοῦμεν τῶν περιβλεπτοτάτων τῆς ἐκκλησίας φωστήρων, (μὴ γένοιτο, ἡμᾶς οὕτως ἀσεβεῖν) τὸν δὲ χριστὸν, σὺν προφήταις, καὶ σὺν ἀποστόλοις, αὐτῶν προτιμῶμεν. Καὶ τίς ἂν δικαίως αὐτὸ ἡμῖν ἐπιτιμήσειεν; Οὗτοι βέλτιστοι καὶ ἀσφαλέστατοι, τῶν ἰδίων ῥημάτων ἑρμηνεῖς. Οὗτοι, καὶ ἃ νοῒ ἐφρόνησαν, ἄριστα καὶ ἀπλανέστατα ἐνόησαν: καὶ τοῦ νοὸς τὰ φρονήματα, λευκότατα καὶ σαφέστατα διατρανοῦν ἴσχυσαν. Οὗτοι, τὰ θεῖα μυστήρια διαπτύσσοντες, οὐδαμοῦ παραβλέπουσιν, οὐ τυφλώττουσιν, οὐδὲ ἄλλος ἄλλου οὐδενὸς οὐδαμοῦ διαλλάττει καὶ διαφωνεῖ. Τῶν μὲν θεοπνεύστων γραφῶν, διηνεκής τις καὶ θαυμαστὴ συμφωνία καὶ ἀλληλουχία ἐστὶν, ἐπὶ τοσοῦτον: ὥστε εὐσεβοῦσαν ψυχὴν, ὅπως ποτὲ πειραζομένην καὶ θλιβομένην, ἐκείναις, ὡς εὐδίῳ καὶ ἀκυμάντῳ λιμένι, ἀσφαλῶς ἐφησυχάζειν ἀτρεμοῦσαν δύνασθαι. Αἱ δὲ τῶν πατέρων ἑρμηνεῖαι καὶ ἐξηγήσεις, οὐ κατὰ πάντα ἀλλήλαις ὁμοφωνοῦσιν: ἀλλ᾽ ὁ μὲν αὐτῶν οὕτως, ὁ δὲ ἐκείνως, τὸ γεγραμμένον ἐξηγεῖται. Καὶ ἔστιν ὁρᾶν, ἐνίοτε ἕνα τινὰ καὶ τὸν αὐτὸν, ῥῆσίν τινα γραφικὴν, λίαν ἀλλοίως καὶ παρηλλαγμένως ἐκλαβόντα: ὅθεν τὴν ἁγιότητά σου, οὐ μόνον τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν,

στιν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν πατέρων ἀναγνώσει, ἐπιμελέστατα ἐνδιατρίβουσιν, οὐκ ἂν λάθοι. Οἷον, εἰς τὸ ἐν βίβλῳ Γενέσεως, Δὰν κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ, Γεννάδιος μέν φησι: τὴν τῆς
Γεν. μθ'.
φυλῆς Δὰν ἡγεμονίαν, τὴν διὰ τοῦ Σαμψὼν, προμηνύεσθαι: ὃν ὑπὸ γυναικὸς, ὡς ὄφις, ἐπιβουλευθείσης, ῥιφῆναι ὡς ἵππον. Κύριλλος δὲ, τὸν εὐκλεῆ καὶ περίοπτον τῶν ἀποστόλων χορὸν ἐμφαίνεσθαι: οὓς εἰς τὸ ἄρχειν τεθεῖσθαι τῶν πεπιστευκότων, καὶ τὸ κρίνειν λαχεῖν. Ὁ δ' ἐν ἁγίοις ἱερομάρτυς Ἱππόλυτος, περὶ τοῦ προδότου Ἰούδα ἐξεδέξατο, ὡς γεγονότος ἐκ φυλῆς Δάν. Θεοδώρητος δ' αὖ, περὶ Χριστοῦ, ᾧ ἐπιβουλεύειν τὸν ἀντίχριστον. Πάλιν, τὸ ἐν
α. Κορ. γ'.
τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους: Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται: αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ, ὡς διὰ πυρός: ὁ μὲν εἰρημένος Θεοδώρητος, οὕτως ἐκλαμβάνει. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται ζημιωθήσεται, οὕτω δὲ, ὡς διὰ πυρὸς: ἀντὶ τοῦ, κατακαήσεται τοῦ πονηροῦ ἀκροατοῦ τὸ ἔργον ὑπὸ τοῦ πυρὸς, κατὰ τὴν τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμέραν: αὐτὸς δὲ σωθήσεται, τουτέστιν, ὁ διδάσκαλος: οὐ γὰρ αἴτιος τῆς τῶν ἀκουόντων ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς. Εἰ δέ τις (φησὶν) οὐ βούλεται τὸ, ὡς διὰ πυρὸς, τῷ ἔργῳ προσαρμόσαι, ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ: οὕτω νοησάτω, ὡς ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐκ εἰσπραχθήσεται δίκας: σωθήσεται δὲ, διὰ πυρὸς καὶ αὐτὸς δοκιμαζόμενος, εἴπερ ἄρα ἔχει τὸν βίον τῇ διδασκαλίᾳ κατάλληλον. Ὁ δὲ Χρυσόστομος, οὕτω. Ζημιωθήσεται: ἰδοὺ, μία κόλασις. Αὐτὸς δὲ σωθήσεται, ὡς διὰ πυρὸς: ἰδοὺ, καὶ δευτέρα. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν. Οὐχὶ καὶ αὐτὸς οὕτως ἀπολεῖται, ὡς τὰ ἔργα, εἰς τὸ μηδὲν χωρῶν: ἀλλὰ μενεῖ ἐν τῷ πυρί. σωτηρίαν γοῦν τὸ πρᾶγμα καλεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν, ὡς διὰ πυρός. Καὶ γὰρ, καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, ἐν τῷ πυρὶ σώζεται: περὶ τῶν μὴ κατακαιομένων καὶ τεφρουμένων εὐθέως. Ταῦτα μὲν οὗτοι.

Ἡ δ' ἀνθρώπου συνείδησις, οὐκ ἀναπαύεται: ἐὰν μὴ τὸν ἀληθινὸν τῆς γραφῆς νοῦν, ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν, πάντοθεν ἑαυταῖς ὁμοφωνουσῶν, ἀντλήσηται: οὐδέ γε ἡ πίστις ἡμῶν οὐδεμιᾷ ἡτινιοῦν ἑρμηνείᾳ, μὴ ἐκ διηνεκοῦς κύκλῳ τῶν γραφῶν συμπνοίας ἀποδεδειγμένῃ, τεθαῤῥηκότως ἐπερείδεσθαι δύναται. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ οὐδενὶ γραφῆς ἐξήγησιν ἄλλην, παρὰ τὴν τῶν πατέρων, ποιήσασθαι ἐξείη: ὡς κακῶς ἂν πράξειαν πάντα ἐκεῖνα τὰ τῆς ἐκκλησίας μέλη: ἃ διὰ

ſacris literis, verùm etiam in lectione patrum, diligentiſsimè verſatur, latere non poteſt. Exempli cauſa, in libro Geneſ. extat dictum: Dan iudicabit populum ſuum. Gen.49
Ibi Gennadius ait: Principatum tribus Dan, vbi Sampſon excelluerit, præſignificatum eſſe: qui à muliere, inſtar ſerpentis inſidiata, proſtratus vt equus fuerit. Cyrillus, glorioſum & clariſsimum Apoſtolorum cœtum ſignificari inquit: qui conſtituti ſint, vt præſint credentibus, & iudicandi poteſtatem acceperint. S. verò martyr Hippolytus, de proditore Iuda expoſuit: qui ortus fuerit ex tribu Dan. Theodoretus contrà, de Chriſto, cui inſidietur Antichriſtus. Rurſus, in priore ad Corinth. dicitur: Si cuius opus comburetur, damnum accipiet: ipſe verò ſeruabi- 1.Cor.3.
tur, ſed ita, vt per ignem. Hoc idem Theodoretus ſic interpretatur. Si cuius opus cõburetur, damnum patietur, ita tamẽ, vt per ignem: id eſt, comburetur mali auditoris opus igne, in illuſtri illo aduentus Domini die: ipſe verò conſeruabitur, nempe Doctor. Non enim in ipſo culpa eſt: quòd auditores ad peiora ſe inclinent. Quòd ſi verò aliquis (inquit idem) non vult hoc, vt per ignem, ad opus applicare, ſed ad Doctorem: ſenſus hic erit: eum propter illos non affectum iri pœnis: ſed conſeruatum iri, ita tamen, vt & ipſe probetur igne: num vitam egerit cum doctrina conſentientem. Chryſoſtomus verò aliter. Damnum accipiet: ecce, vna pœna. Ipſe verò ſeruabitur, vt per ignem: ecce, altera. Hoc autem dicit Apoſtolus. Non etiam ipſe peribit, ſicut opera eius, ita vt ad nihilum redigatur: ſed reſtabit in igne inconſumptus. Hoc ille vocat, ſeruari. Propterea addidit, vt per ignem. Nam & nos ſolemus ita loqui: ſeruari in igne, ſi quid non conflagret, nec in cineres ſtatim redigatur. En diuerſas, nihilq; certi ſtatuentes iſtorum interpretationes.

Conſcientia autem non acquieſcit, niſi Scripturæ veram ſententiam ex ipſa ſcriptura, vndiquaq; ſibi conſentiente, hauriat: neq; fides noſtra vlli interpretationi, niſi ea ex perpetuo ſcripturæ conſenſu demonſtretur, tutò inniti poteſt. Quòd ſi nemini ſcripturam aliter, quàm quemadmodum Patres, explicare liceret: quàm malè ageretur cum omnibus ijs Eccleſiæ membris,

quæ per omnem vitam nullum patrum commentarium viderunt: ſacra autem Biblia diligenter, & in vero Dei timore, legerunt? Quare non poteſt nos canon ille decimus nonus Sextæ Synodi, ad interpretationes ſanctorum Patrum alligare: vt non liceat nobis ex perpetuo ſcripturæ conſenſu, veram & germanam ſacrarum literarum ſententiam, per gratiam Dei, piè diſcere, & eandem alios fideliter docere. Neq; ea in re ingenij laudem, ſed conſcientiæ tranquillitatem, quærimus. Teſtis eſt Deus, omnium cordium ſcrutator. Rogamus igitur, & hortamur veſtram Sanctitatem: vt eandem viam in ponderandis Scripturæ dictis (quid ea probent, aut non probent) nobiſcum ingrediatur, neq; diuerſas ſcripturæ interpretationes Patrum ſibi obſtare patiatur: vbi ex collatione dictorum ſcripturæ, vera & genuina ſententia manifeſta eſſe poteſt. Sed fiet, adiuuante diuina gratia, vt in ijs doctrinæ cœleſtis partibus, in quibus adhuc aliquid eſt diſſenſionis, facilimè conueniamus. Nunc tempus eſt, vt ad Articuli de proceſsione Spiritus S. tractationem accedamus.

ἃ διὰ βίου παντὸς, οὐδὲν μὲν παρὰ τῶν πατέρων ὑπόμνημα εὐτύχησαν: τὰ δὲ θεῖα βιβλία, μετὰ σπουδῆς, καὶ ἀληθινοῦ πρὸς θεὸν φόβου, ἀνέγνωσαν; Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων: οὐκ ἂν ἡμᾶς ὁ ιθʹ τῆς ἕκτης συνόδου κανὼν, οὕτω ταῖς ἑρμηνείαις καὶ ἐκφράσεσι τῶν ἁγίων πατέρων προσαρτήσειεν: ὥστε μηδαμῇ ἐξεῖναι, ἐκ τῆς ἀμεταπτώτου τῆς θεοσδότου γραφῆς συνεχείας καὶ συμφωνίας, τὴν ἀληθῆ καὶ γνησίαν τῶν γραφῶν διάνοιαν, κατὰ θεοῦ χάριν, αὐτούς τε ἡμᾶς θεοσεβῶς μανθάνειν, καὶ πιστῶς ἄλλους διδάσκειν. Ὅτι γὰρ οὐχὶ περιττὰ σοφιζόμεθα, τοῦτο πράττοντες, ὡς κενοδοξοῦντες: ἀλλ᾽ ἐν ἀταραξίᾳ καὶ γαλήνῃ, τὸ συνειδὸς ἡμῶν καταστῆσαι βουλόμεθα: μάρτυρ ὁ τῶν πάντων καρδιογνώστης θεός. Ἀντιβολοῦντες τοίνυν παρακαλοῦμεν τὴν ἁγιότητα τὴν σὴν, τίμιε δέσποτα, τὴν αὐτὴν ἡμῖν, ἐν τῷ βασανίζειν καὶ σταθμᾶσθαι τὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ῥητὰ (τίς αὐτῶν εἰς τὸ κατασκευάζειν δύναμις, ἢ οὐ δύναμις) ὁδὸν εἰσέρχεσθαι: μὴ δὲ διαφόροις, ἢ ἐναντίαις αὐτῶν παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείαις καὶ ἐκθέσεσιν ἐπιπροσθουμένην καὶ κωλυομένην ἀνέχεσθαι: ὅπουγε, ἐκ παραναγνώσεως καὶ παρεξετασμοῦ τῶν γραφῶν, ὁ ἀληθὴς καὶ ἀκριβόδηλος νοῦς, φανερὸς καθίστασθαι δυνατός. Οὑτωσὶ γενήσεται, συνεργούσης τῆς ἄνωθεν χάριτος: περὶ ὧν τῆς οὐρανόθεν διδασκαλίας μερῶν, ἔτι διαφωνία τις ὑπολέλειπται, περὶ τούτων ἡμᾶς ῥᾷστα ξυμβαίνειν. Ἀλλὰ γὰρ, πρὸς τὸ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως κεφάλαιον μεταβῶμεν.

DE PROCESSIONE Spiritus ſancti.

1. Proceſsio Spiritus ſancti.

GAudemus, quòd inter nos, & Sanctitatem veſtram, non ſit de Spiritus Sancti æterna diuinitate, aut de diſtinctione trium perſonarum, diſſenſio: ſed tantùm de proceſsione: & intelligimus, vos nihil detractum eſſe velle Filio Dei de ſua maieſtate & diuinitate, etiamſi Spiritum S. à ſolo Patre procedere affirmetis. Optaremus autem, vt hoc diuturnum inter latinas & græcas Eccleſias diſsidium, ſalua veritatis doctrina, tandem componi poſſet. Ad eam

rem

ΠΕΡῚ ἘΚΠΟΡΕΎΣΕΩΣ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Ἀρχὴν μὲν οὖν χαίρομεν: τὴν ἁγιότητά σου, μὴ διαφέρεσθαι ἡμῖν περὶ τῆς αἰωνίου τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου θεότητος: μηδὲ περὶ τῆς τῶν τριῶν ὑποστάσεων διακρίσεως: ἀλλὰ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως μόνον: πρὸς τούτοις καὶ τοῦτο νοοῦντες, μηδὲν ὑμᾶς ἐγχειρεῖν τοῦ υἱοῦ θεοῦ ἀπὸ τῆς μεγαλειότητος καὶ θεότητος ἀφελεῖν: κἂν εἰ τὸ πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι φήσητε. Εὐχοίμεθα δ᾽ ἂν, τὴν πολυχρόνιον τήνδε τῶν Λατινίδων καὶ τῶν ἑλληνίδων ἐκκλησιῶν διχόνοιαν, σωθείσης τῆς περὶ τὸ ἀληθὲς διδασκαλίας, ἤδη ποτὲ τέλος ἂν λαμβάνειν. Εἰς οὖν τοί-

νυν,

ά. Ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου πνεύματος

νην. ἵνα τὸ εἰς τὴν ἡμετέραν δύναμιν ἧκον παραχώμεθα, φέρε ἐξετάσωμεν τὰς λύσεις: ἃς πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν πίστεις ἠνέγκατε: ὅπως φανερὸν ὑμῖν γένηται: εἴτε ἐξικανώσατε ἡμᾶς, εἴτε καὶ μή. Ἐξ οὗ δῆλον γενήσεται: ποτέρους ποτέροις συγκατατίθεσθαι δεήσει.

Νομίζει μὲν οὖν ἡ ἁγιωσύνη σου, ἡμᾶς διὰ τοῦτο σφάλλεσθαι: ὅτι τῆς αἰωνίου τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως, τὴν αὐτοῦ χρονικὴν γινομένην πέμψιν οὐκ ἀποδιιστῶμεν: κἀντεῦθεν τὰ περὶ τῆς ἀποστολῆς τοῦ πνεύματος, ἢ τῆς τῶν δώρων αὐτοῦ χορηγήσεως, τῆς ἐν τῇ Πεντηκοστῇ γινομένης τῆς γραφῆς εἰρημένα, οὐ καλῶς ἐπὶ τὸ φάσκειν, αἰώνιον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπόρευσιν εἶναι, παραφέρειν. Ἡμεῖς δὲ τὴν διάστασιν ταύτην, τὴν μεταξὺ τῆς αἰωνίου ἐκπορεύσεως, καὶ τῆς ἐν χρόνῳ πέμψεως: τὴν μεταξὺ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος, καὶ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων, οὐδαμῶς ἀγνοοῦμεν. Ἐν τοσούτῳ γε μὴν καὶ τοῦτο οἴδαμεν: ἕτερον οὐδὲν ἧττον, τοῦ ἑτέρου κατασκευὴν εἶναι. Ἐπεί γε, διὰ τί πέμπει ὁ υἱὸς ἐν τῇ τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς Ἀποστόλοις, οὐδὲν ἧττον, ἢ ὁ πατήρ: εἰ μὴ διὰ τοῦτο, ὅτι τὸ αὐτὸ πνεῦμα, οὗ ἐστιν ἐκεῖνα τὰ χαρίσματα, ἐπίσης παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς, ἐκπορεύεται; Ὥστε μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν, ἐν τῷ πράγματι τῷδε μεγαλειότητα, τοῦ τε υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρός: ὧν ἑκάτερος εἰς τὰς τῶν πιστευόντων καρδίας πέμπει τὰ τοῦ πνεύματος δῶρα, ἅτε δὴ παρ' ἀμφοῖν ἐκπορευομένου. Ἀλλὰ μὴν, καὶ αὐτὸ ἡ ἁγιότης σου, κατασκευάζειν βουληθεῖσα τὴν τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς προβολὴν, πολλὰ τῆς γραφῆς ῥητὰ προήνεγκεν: ἃ περὶ τῆς χρονικῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος πέμψεως προδηλότατα φθέγγεται: νοοῦσά γε αὐτὴ ἡ ἁγιωσύνη σου, τὴν ἐν χρόνῳ πέμψιν, τῆς πρὸ τῶν αἰώνων ἐκπορεύσεως ἀπηρτῆσθαι. Ἀκαταγώνιστοι τοιγαροῦν ἔτι καὶ νῦν μένουσιν αἱ τῶν γραφῶν μαρτυρίαι: αἷς κατεσκευάσαμεν, τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐχ ἧττον παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἢ τοῦ πατρὸς, ἐκπορεύεσθαι: τῷ, οὐδὲν ἧττον τὸν υἱὸν, ἢ ὁ πατὴρ, ἀποστέλλειν τὸ πνεῦμα. Προὐβαλόμεθα δὲ εἰς τὸ μέσον καὶ ἄλλας ἰσχυρὰς πίστεις, τῆς τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ υἱοῦ, προβολῆς κατασκευαστικάς:
[Λουκ. ιά.] οἷα ἡ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑπὸ τῆς γραφῆς καλεῖσθαι Δάκτυλον θεοῦ: τουτέστι,

rem, vt, quantum in nobis eſt, præſtemus, expendemus veſtras ſolutiones noſtrorum Argumentorum: vt animaduerti poſsit, an nobis ſatisfactum ſit, nec ne. Inde manifeſtum erit, vtra pars in alterius ſententiam ire debeat.

Exiſtimat veſtra Sanctitas, nos errare ea de cauſa: quòd inter æternam Spiritus ſancti proceſsionem, & inter illius miſsionem, quæ in tempore facta eſt, non diſtinguamus: ideoq; nos perperam ea ſcripturæ teſtimonia, ad æternam proceſsionem Spiritus ſancti à Filio aſſerendam, adferre: quæ de miſsione Spiritus ſancti, ſeu donorum eius collatione, in die Pentecoſtes, loquuntur. At nos id diſcrimen inter proceſsionem æternam, & miſsionem temporariam: inter eſſentiam Spiritus ſancti, & ipſius dona, haudquaquam ignoramus. Interim tamen etiam nouimus, vnum nihilominus rectè ex altero probari. Cur enim mittit Filius (in die Pentecoſtes) Spiritum S. Apoſtolis non minùs, quàm Pater: niſi quia idem Spiritus (cuius ſunt illa dona) æquè à Filio, atq; à Patre, procedit? Ita, vt vna eademq; ſit, ea in re, maieſtas Filij & Patris: quorum vterq; mittit in corda credentium dona Spiritus ſancti, quippe qui ab vtroq; procedit. Et ſanè veſtra Sanctitas ipſa, multa ſcripturæ dicta (ad confirmandam Spiritus Sancti proceſsionem à Patre) attulit: quæ de temporaria miſsione Spiritus ſancti manifeſtiſsimè loquuntur: eò quòd ipſa Sanctitas veſtra intelligat, miſsionem temporariam, ex æterna proceſsione dependêre. Quare inuicta adhuc manent ea ſcripturæ teſtimonia: quibus comprobauimus, Spiritum S. non minùs à filio, quàm à Patre procedere: quia nō minùs filius quàm Pater, mittit Spiritum Sanctum. Produximus in medium etiā alia firma argumenta: [Luc. 11.]
quæ proceſsionem Spiritus Sancti à Filio, confirmant: quale hoc eſt, Spiritum S. in ſacra ſcriptura vocari, digitum Dei: hoc eſt,

hoc eſt, efficaciſsimam illam virtutem : & potentiam Dei infinitam. Hanc virtutem & potentiam, niſi etiam à Filio procedere aſſeruerimus: ſtatuendum erit, Filium Dei, ſine æterna potentia fuiſſe. Hoc verò eſt abſurdum. Quomodo enim per Filium omnia facta ſunt: vt Ioannes teſtatur: ſi non eadem æterna virtus & potentia (quæ eſt Spiritus S.) à filio etiam procedit? Ad hoc, & alia noſtra, tunc producta argumenta, non videmus nobis eſſe in ſcripto veſtro reſponſum.

Quod ad Argumenta Latinorum, eorumq; ſolutiones, attinet: etſi ea nihil ad nos ſpectare exiſtimamus, cùm nos argumenta illa in medium non protulerimus: tamen, quid nobis de illis videatur, non grauatim oſtendemus.

Primum argumentum Latinorum, ea forma & modo, quo poſitum à vobis eſt, non probamus. Attamen ex minoris probatione (quæ eſt Ioannis *10.* cap. Ego & Pater vnum ſumus) & nos euidenter concludimus, Spiritum S. ex vtroq; procedere, idq; hac ratione. Pater, prima perſona Trinitatis eſt: quia principium, fons, & origo reliquarum. Filius, ſecunda, quia origine (non tempore) poſterior Patre, & prior Spiritu S. Spiritus S. tertia perſona, quia vtroq; originis ratione poſterior. Hoc ſi non detur: ordo inter Filium & Spiritum S. ratione originis planè nullus erit: nec ratio conſtabit, cur Filius aut Spiritus S. ſecunda, vel tertia perſona Trinitatis, ponatur. At ordinem (non confuſionem) in S. Trinitatis perſonis eſſe, ſcripturæ & Patrum teſtimonijs notum eſt. Hoc præſuppoſito, inferimus. Quia Pater & Filius vnum ſunt, ratione nimirum οὐσίας: & Filius originis ratione Spiritu S. prior eſt: ſequitur, Spiritum S. ex ſubſtantia Patris procedere non poſſe, niſi etiam ſimul ex Filio procedat: niſi Patrem & Filium ſubſtantijs dirimere velimus, & dicere: aliam

τουτέστι, τὴν ἐνεργεστάτην ἐκείνην ἀρετὴν, καὶ δύναμιν θεοῦ ἄπειρον. Ταύτην δὲ τὴν τηλικαύτην δύναμιν, καὶ ἀδιεξίτητον μεγαλοσύνην, ἐὰν μὴ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ προέρχεσθαι ἀποφηνώμεθα: θέσθαι ἀναγκασθησόμεθα, τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν, τῆς αἰωνίου δυνάμεως καὶ κράτους ἐλλειπῆ γενέσθαι: ὅπερ ἄτοπον. Ἐπεὶ πῶς ἂν, κατὰ Ἰωάννην, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο: ἐὰν μὴ ἡ αὐτὴ προαιώνιος ἀρετὴ καὶ δύναμις (ἥτις ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) ἐκπεπορευμένη ᾖ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ; Πρὸς τούτοις, καὶ ἄλλα τότε δικαιώματα ἡμῶν, οὐδεμίαν ἐν τῷ συγγράμματι ὑμῶν ἀπόκρισιν εὑρίσκομεν.

Περὶ δὲ, ὧν οἱ Λατῖνοι πάλαι εἶπον, καὶ περὶ τῶν ἀνατροπῶν αὐτῶν: εἰ καὶ ἡμῖν οὐδὲν αὐτὰ διαφέρειν νομίζομεν: εἰ γὰρ οὐχ' ὑφ' ἡμῶν οἱ λόγοι ἐκεῖνοι προὐβλήθησαν: ὅμως τὰ ἡμῖν περὶ αὐτῶν δοκοῦντα, οὐ δυσχερῶς ἐκθησόμεθα.

Τὸ πρῶτον ἐπιχείρημα τῶν Λατίνων, ᾧ μὲν σχήματι καὶ τρόπῳ ὑφ' ὑμῶν ἐτέθη, οὐκ ἀποδεχόμεθα. Οὐ μὴν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ τῆς ἐλάττονος κατασκευάζοντος (ὅπερ ἐστὶ Ἰωαν. ι. τὸ: Ἐγὼ, καὶ ὁ πατὴρ, ἕν ἐσμεν) καὶ ἡμεῖς ἐναργῶς συμπεραίνομεν: τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ ἀμφοῖν προέρχεσθαι, καὶ τοῦτο διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν. Ὁ μὲν πατὴρ, ἡ πρώτη τῆς παναγιωτάτης τριάδος ὑπόστασίς ἐστι: διότι ἀρχὴ, πηγὴ, καὶ αἰτία, τῶν λοιπῶν. Ὁ δὲ υἱὸς, ἡ δευτέρα: διότι ἀρχῆς λόγῳ ἀλλ' οὐ χρόνῳ, τοῦ πατρὸς ὕστερος, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρότερος. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ τρίτη: διὰ τὸ ἑκατέρου, κατὰ τὸν ἀρχῆς λόγον, ὕστερον εἶναι. Τούτου μὴ διδομένου: τάξις ἀναμέσον τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, ὡς πρὸς τὸν ἀρχῆς λόγον, οὐδεμία ὅλως ἔσται: οὐδὲ λόγος φανήσεται, δι' ὃν ὁ υἱὸς, ἢ τὸ πνεῦμα, τὸ δεύτερον, ἢ τὸ τρίτον, τῆς ἁγίας τριάδος πρόσωπον τέθηται. Καὶ μὴν, τάξιν, οὐχὶ ἀταξίαν, τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεσιν ἐνεῖναι: οὕτω, καὶ παρὰ τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ τῶν θεοφόρων πατέρων, φανερῶς μεμαρτύρηται. Τοῦδε οὕτω προϋποκειμένου, ἐπιφέρομεν: ὅτι, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, ἕν εἰσι, λόγῳ δηλαδὴ τῆς οὐσίας: ὁ δὲ υἱὸς, ἀρχῆς λόγῳ προτερεῖ τοῦ ἁγίου πνεύματος: ἕπεται, τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς προϊέναι οὐκ ἐνδέχεσθαι: ἐὰν μὴ συνάμα ἐκ τοῦ υἱοῦ προέρχηται: εἰ μὴ ἄρα τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, τῇ οὐσίᾳ χωρίζειν ἀλλήλων διασπῶντες βουληθῶμεν: λέγοντε, ἑτέραν

ἑτέραν μὲν εἶναι, τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς τὸ ἅγιον πνεῦμα προέρχεσθαι: ἑτέραν δὲ, τὴν τοῦ υἱοῦ, τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας διασταθεῖσαν, ἐξ ἧς τὸ πνεῦμα μὴ προϊέναι. Τοῦτο δὲ, αἱρετικὸν ἂν εἴη, λέγειν.

Τὸν δεύτερον παρὰ τῶν Λατίνων λόγον, οὐδ' αὐτὸν καταδεχόμεθα: ἐὰν μή τις τῇ μείζονι προτάσει προσδιορίσῃ τι, οὕτω: Πᾶν τὸ ὑπάρχον τοῦ πατρὸς, ὑπάρχον ἐστὶ καὶ τοῦ υἱοῦ, πλὴν τοῦ γεννᾷν. Τοῦτο γὰρ μόνον, ἥ τε γραφὴ, καὶ οἱ τῶν πατέρων παλαίτεροι, τοῦ υἱοῦ ἀποφάσκουσιν. Ἡ ἐλάττων: τοῦ δὲ πατρός ἐστι, προβολέα εἶναι τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἄρα καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦτο ὑπάρχει: ἐὰν δὲ ἄρα μὴ δύο πνεύματα ἅγια πλασώμεθα: ἓν μὲν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς πνεόμενον: ἕτερον δὲ, ὑπὸ τοῦ υἱοῦ. Καὶ τοῦ υἱοῦ γὰρ ἴδιόν ἐστιν ἅγιον πνεῦμα: οὐκ ἄλλῳ, ἢ πνεύσεως, λόγῳ: καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δειχθήσεται.

Τὴν δὲ τρίτην τῶν Λατίνων πίστωσιν δεχόμεθα: ἥτις ἐστὶν ἀπόδειξις τοῦ ὅτι: τουτέστι, τοῦ προτέρου, διὰ τοῦ ὑστέρου: καὶ τῆς αἰτίας, διὰ τοῦ αἰτιατοῦ. Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτὸν εἴη: οὐκ ἂν ἐδυνήθη αὐτὸ, διὰ τοῦ ἐμφυσᾷν οὗτος τοῖς μαθηταῖς διδόναι. Νῦν δ' ἐπεὶ τοῦτο αὐτοῖς ἐνεφύσησε: διὰ τοῦτο καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεται. Ἡ γὰρ χρονικὴ πέμψις καὶ ἐκπόρευσις αὕτη, τὴν αἰώνιον προϋποτίθεται, ὡς αἰτίαν.

Ἀλλ' ἀντιτίθεται ἡμῖν τὸ κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον: ὅτι τὸ χάρισμα τοῦ ἀφιέναι ἁμαρτίας ἔδωκεν αὐτοῖς, οὐ μὴν αὐτὸ τὸ πνεῦμα. Ἀλλ' αὐτὸ τὸ τῶν ῥημάτων ὕφος, καταβοᾷ τοῦ λόγου τοῦδε. Διακέκριται γὰρ ἀλλήλων, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ διὰ τοῦ ἐμφυσήματος ἔδωκε: καὶ τὸ τοῦ ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας χάρισμα, ὃ αὐτοῖς διὰ τοῦ λέγειν ἐχορήγησε. Πρῶτον μὲν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐνεφύσησεν: εἶτα δὲ, διὰ λόγον τοῖς μαθηταῖς ἐξουσίαν ἔδωκε τοῦ ἀφιέναι ἁμαρτίας. Ὁμοφωνεῖ τῇ γνώμῃ ἡμῶν ταύτῃ, πρὸς ἄλλοις πατράσιν, οὓς συντομίας ἕνεκα παραλείπομεν, ὁ θεῖος Αὐγουστῖνος: ὃς πολλῷ ἀκριβέστερον ἐκείνου, περὶ τῶν τοῦ χριστιανισμοῦ δογμάτων ἔγραψεν. Οὗτος ἐν τῇ β'. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος βίβλῳ φησί: τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο ἐμφύσημα, οὐσία τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ἦν: ἀλλ' ἀπόδειξις δι' ἁρμοδίου ἐμφάσεως: οὐ μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, προϊέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τίς γὰρ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἔλθοι,

aliam eſſe patris ſubſtantiam, ex qua Spiritus S. procedat: & aliam Filij à Patris ſubſtantia diſtinctam, ex qua Spiritus S. non procedat: Quod hæreticum eſt, aſſerere.

Secundum argumentum Latinorum, etiam non recipimus vel agnoſcimus, niſi propoſitioni Maiori limitatio addatur, hoc modo, Quicquid Patris eſt, etiam Filij eſt, præter gignere. Nam hoc ſolum, Scriptura & Patres vetuſtiores, Filio derogant. Minor propoſitio: Sed Patris eſt, producere Spiritum ſanctum. Ergo etiam Filij hoc eſt, niſi duos Spiritus ſanctos fingere velimus: vnum, quem Pater ſpiret: alterum, quem Filius. Nam & Filij Spiritus S. proprius eſt, non alia, quàm ſpirationis ratione, vt infrà probabitur.

Tertium argumentum Latinorum accipimus: eſtq; demonſtratio ὅτι, hoc eſt, prioris per poſterius, & cauſæ per effectum. Si enim Spiritus S. non etiam ex Filio procederet: non potuiſſet eum diſcipulis inflando dare. Sed quia inflauit eis Spiritum S.: Ideo quoq; ab eo procedit. Hæc enim miſsio & proceſsio temporalis, præſupponit æternam, tanquam cauſam.

Sed inquiunt Græci ex diui Chryſoſtomi ſententia: donum peccata remittendi eis dedit, non ipſum Spiritum S. At ipſe Textus euidenter reclamat. Diſtincta enim ſunt, Spiritus ſanctus quem inflando dedit: & donum remittendi peccata, quod eis dicendo impertijt. Spiritum S. inflauit, & verbis deinde poteſtatem Diſcipulis dedit remittendi peccata. Huic ſententiæ noſtræ accedit, præter alios Patres, quos breuitatis cauſa omittimus, D. Auguſtinus: qui multò exquiſitiùs illo, de Religionis Chriſtianæ dogmatibus ſcripſit. Hic 2. de Trinitate libro inquit: Flatus ille corporeus, ſubſtantia Spiritus S. non fuit: ſed demonſtratio per congruam ſignificationem, non tantùm à Patre, ſed etiam à Filio, procedere Spiritum S. Quis enim, niſi dementiſsimus, diceret:

Alium fuiſſe Spiritum S. quem ſufflans dedit: & alium, quem poſt aſcenſionem ſuam miſit. Quòd autem poſt aſcenſionem, ipſum Spiritum S. tertiam Perſonam Trinitatis miſerit: iam oſtendemus, vt non tantùm non abſurdum ſit (quemadmodum vobis videtur) hoc aſſerere, ſed potiùs impium, id negare. Ait enim Chriſtus Ioannis *14.* Paracletus autem ille, qui eſt Spiritus S. quem Spiritum mittet Pater nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixi vobis. Quis hæc, niſi demens, de donis Spiritus Sancti, & non de perſona eius intelligeret? Item Ioannis *15.* Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Quòd ſi abſurdum eſt dicere, hypoſtaſin Spiritus ſancti diſcipulis datam: fruſtra ex hoc loco probabitur, Spiritus ſancti hypoſtaſin ex Patre procedere, ſed tantùm dona Spiritus ſancti: quæ etiam à Filio procedunt, & oſtendunt, eundem cauſæ, hoc eſt Spiritus Sancti, cauſam eſſe. Verùm ex his verbis Chriſti manifeſtè liquet, Spiritus ſancti hypoſtaſin, à Filio diſcipulis miſſam eſſe. Quare etiam ab illo procedit. Licet enim procedere, & inflando dari, non ſint idem: vnum tamen alterum demonſtrat & præſupponit, quòd ipſius cauſa ſit. Et quia negamus, procedere & dari, idem eſſe: ideo abſurdum, quod colligitis, (gigni & procedere idem eſſe) non ex noſtra ſententia, ſed ex veſtro figmento, ſequitur. Deinde, quòd dicitis: ſi neceſſe eſt, Spiritum S. etiam à Filio procedere, quia ab eo datur: ſequitur, Spiritum S. etiam ſeipſum producere, quia ſeipſum dat & mittit. Hanc probationem conſequentis falſi, negamus. Quemadmodum enim Filius ſeipſum non miſit ipſo dicente. Ioan. *7.* à meipſo non veni: ſed eſt verax, qui me miſit. Et capite ſequente *8.* Ego ex Deo proceſsi, & venio. (Neq; enim à meipſo veni, ſed ille miſit me) Ita quoq; Spiritus S. ſeipſum non dat, vel mittit: ſed hæc

θαι, ὥστε εἰπεῖν: ἄλλο μὲν γενέσθαι πνεῦμα ἅγιον, ὃ ἐμφυσήσας ἔδωκε: καὶ ἄλλο, ὃ μετὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀνάληψιν ἀπέστειλεν. Ὅτι δὲ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, αὐτὸ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὴν τρίτην τῆς παναγίας τριάδος ὑπόστασιν, ἀπέστειλε: τοῦτ᾽ ἤδη ἐνδειξόμεθα: ὅπως μὴ μόνον οὐκ ἄτοπον ᾖ (καθὼς ὑμῖν δοκεῖ) τοῦτο φάσκειν: ἀλλὰ μᾶλλον ἀσεβὲς, αὐτὸ ἀρνεῖσθαι. Φησὶ γὰρ χριστὸς Ἰω. ιδ′. Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου: ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα: καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν. Τίς ταῦτα, εἰ μὴ παραφρονῶν, ἐπὶ τῶν χαρισμάτων τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, νοήσειεν ἄν; Καὶ Ἰω. ιε. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται: ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. Εἰ μὲν δὴ ἄτοπόν ἐστι, τὸ λέγειν: τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῖς μαθηταῖς δοθῆναι: μάτην τις ἐντεῦθεν κατασκευάσει, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπόστασιν ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεσθαι: ἀλλὰ μόνον τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος: ἃ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προέρχεται: καὶ δεικνύει, αὐτὸν τῆς αἰτίας, τουτέστι τοῦ ἁγίου πνεύματος, αἰτίαν εἶναι. Πρόδηλον δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων τῶνδε τοῦ κυρίου ἐστὶ: τὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν, ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῖς μαθηταῖς πεμφθῆναι. Ὥστε κἀξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται. Κἂν γὰρ τὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ διὰ ἐμφυσήματος δίδοσθαι, οὐ ταὐτὸν ᾖ: ὅμως θάτερον θατέρου προϋποθετικὸν καὶ ἐπακτικόν ἐστιν, ὅτι αὐτοῦ αἰτία ἐστί. Κἀπειδὴ ἀρνούμεθα, τὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ δίδοσθαι, ταὐτὸν εἶναι: τούτου ἕνεκα τὸ παρ᾽ ὑμῶν συλλογισθὲν ἄτοπον, (τὸ, τὸ γεννᾶσθαι, καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι, ταὐτὸν εἶναι) οὐχὶ τῆς ἡμετέρας γνώμης, ἀλλὰ τῆς ὑμετέρας φαντασίας ἀποκύημά ἐστιν. Εἶτα δὲ, ὃ λέγετε: ὅτι, εἰ ἀναγκαῖον, τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, διὰ τὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ δίδοσθαι: ἕπεται, τὸ πνεῦμα καὶ ἑαυτὸ προβάλλειν: διότι αὐτὸ ἑαυτὸ δίδωσι, καὶ πέμπει: τοῦτο τὸ ἑπόμενον ἄτοπον οὐ καταδεχόμεθα. Ὥσπερ γὰρ ὁ υἱὸς ἑαυτὸν οὐκ ἔπεμψεν, αὐτός γε Ἰω. ζ′. λέγων: Ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα: ἀλλ᾽ ἔστιν ἀληθινὸς, ὁ πέμψας με: καὶ Ἰωάν. η. Ἐγὼ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. Οὐδὲ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ᾽ ἐκεῖνός με ἀπέστειλεν: οὕτως οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸ ἑαυτὸ δίδωσιν, ἢ πέμπει:

ἀλλ᾽

ἀλλ' ἄυτη ἐν τοῖς θείοις οἰκονομία ἐστὶ, καὶ τάξις: ὥστε ὑπὸ τοῦ πατρὸς μὲν, τὸν υἱὸν πέμπεσθαι: ὑπὸ ἀμφοῖν δὲ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον: ὑπὸ τοῦ πνεύματος δὲ, οὐδέτερον, εἰ μὴ τὸν υἱὸν, καθότι σὰρξ ἐγένετο. οὐδ' ἐκ τῶν ῥημάτων χριστοῦ (ὡς ὑμεῖς δοκεῖτε) τὸ, ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος: καὶ τὸ, ἥξει: καὶ τὸ, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς: ἕπεται τὸ, οὐκοῦν αὐτὸ ἑαυτὸ ἔπεμψεν. Ὅμοιον γὰρ ἂν εἴη, ὥσπερ ἂν, εἴ τις εἴποι: ὅταν ἔλθῃ ὁ γραμματοφόρος ἐκ Τυβίγγης: καὶ, ἥξει γραμματοφόρος: καὶ, ἐλθόντος τοῦ γραμματοφόρου, λήψεσθε γράμματα: οὐκοῦν ὁ γραμματοφόρος, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔπεμψεν: ὅπου γε οὐδεὶς, αὐτὸς ἑαυτὸν πέμπειν λέγεται: κἂν συγκάταινον αὐτὸν τῇ πέμψει γινόμενον, πέμπεσθαι γίνεται. Καὶ διαῤῥήδην δὲ ἐπάγει ὁ κύριος: ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς: καὶ οὐδαμοῦ τὸ πνεῦμα, αὐτὸ ἑαυτὸ πέμψαι ἀναγινώσκεται.

Πάλιν ἐνίστασθε: ὅτι, εἰ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἑαυτὸ οὐ δίδωσι καὶ πέμπει: διῄρηται ἄρα ἡ ἐξουσία τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος. Ὁ μὲν γὰρ υἱὸς, καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, πέμπει: τὸ δὲ πνεῦμα, οὔτε ἑαυτὸ, οὔτε τὸν υἱόν. Ὅτι μὲν οὐχ ἑαυτὸν ὁ υἱὸς ἔπεμψεν, ἄρτι ἐν τοῖς ὄπισθεν ἀπεδείξαμεν. Ὁ δὲ πατὴρ, ἀρχὴ ὢν, καὶ πηγὴ, τοῦτε υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, ἀξίωμα ἔχει τοῦ ἑκάτερον πέμπειν, (ταυτηνὶ τὴν τάξιν τὰ θεῖα ἔχει) οὐδ' ὁ υἱὸς, ἢ τὸ πνεῦμα, τὸν πατέρα πέμπει. Ὡσαύτως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ, κατὰ μὲν τὸ θ'. κεφ. τῆς γ'. οἰκουμενικῆς συνόδου, τοῦ υἱοῦ ἴδιόν ἐστι πνεῦμα: κατὰ δὲ τὸν μέγαν Βασίλειον, τοῦ υἱοῦ εἰκὼν καὶ ῥῆμα: διὰ τοῦτο ἀξίωμα οὗτος ἔχει τοῦ ἀποστέλλειν τὸ ἑαυτοῦ πνεῦμα: ὃ αὐτὸς πνέει, καὶ ὡσεὶ εἰκόνα ἑαυτοῦ προέβαλεν: οὐδ' ἀναγινώσκομεν, ἀνάπαλιν τὸν υἱὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀποσταλῆναι, πλὴν τῆς σαρκώσεως λόγῳ. Οὐκ ἄρα ἐξουσίας τῆς κοινῆς καὶ οὐσιώδους ἐστὶ, τὸ πέμπειν: ἀλλὰ μόνον ἀξιώματος καὶ τάξεως: τοῦ μὲν γεννῶντος, εἰς τὸ γεννητὸν: τοῦ δὲ προβάλλοντος, εἰς τὸ προβλητόν.

Τὸν δ' αὖ τέταρτον λόγον τῶν Λατίνων, ὡσαύτως ἀποδεχόμεθα: καθ' ὃν οὗτοι, ἐκ τῆς λήψεως καὶ πέμψεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀποδεικνύουσι, τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐξερχόμενον. Πρὸς οὖν λόγου τὸ ὕστερον φάσκετε: οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι, κἂν τις πέμψῃ τι, διὰ τοῦτο τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ αἴτιον

ſed hæc œconomia, & hic ordo, in diuinis eſt: vt Pater Filium mittat: vterq; Spiritum S., Spiritus S. verò neutrum, niſi Filium, quia factus eſt caro. Nec ex verbis (vt putatis) Chriſti, cùm venerit Paracletus: &, veniet, &, ſuperueniente vobis Spiritu S. ſequitur, ergo ſeipſum miſit. Idem enim eſſet, ac ſi quis diceret: Cùm veniet nuncius Tybingâ, &, veniet nuncius, &, veniente nuncio, accipietis literas. Ergo nuncius ſeipſum miſit. Cùm nemo ſeipſum mittere dicatur: etſi conſenſu miſsi fiat, vt mittatur. Et diſertis verbis addit Chriſtus: Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre: & nuſquam legitur, quòd Spiritus S. ſeipſum miſerit.

Obijcitis rurſum: Si Spiritus S. ſeipſum non dat, & mittit: Non erit eadē potentia Filij & Spiritus. Filius enim tum ſe, tum Spiritum, mittit: Spiritus S. verò, neq; ſe, neq; Filium. Filium ſeipſum non miſiſſe, ſuprà probauimus. Pater verò, quia principium & fons eſt Filij, & Spiritus ſancti: poteſtatem habet vtrumq; mittendi, (hic eſt ordo in diuinis) nec Filius aut Spiritus S. Patrem mittit. Ita Spiritus S., quia eſt Filij proprius Spiritus, iuxta nonum capitulum tertiæ vniuerſalis Synodi: Filij εἰκὼν καὶ ῥῆμα, ſecundum Baſilium: Ideo poteſtatem habet mittendi ſuum Spiritum, quem ipſe ſpirat, & tanquam imaginem ſui produxit. Nec legimus viciſsim, Filium à Spiritu S. miſſum eſſe, niſi ſub carnis ratione. Non ergo potentiæ communis & eſſentialis eſt, mittere: ſed tantùm poteſtatis & ordinis: generantis ſcilicet, in genitum: & producentis, in productum.

Quartum argumentum Latinorum ſimiliter probamus: quo illi ex Spiritus ſancti acceptione, & miſsione demonſtrant, Spiritum S. ex Filio quoq; procedere. Ad cuius poſterius membrum reſpondetis: Non eſſe neceſſe, ſi quid aliquis mittit, vt eius propterea author ſit.

Verum hoc eſſe in humanis, concedimus. Dominus enim ſeruum mittit, cuius tamen ὑπάρξεως cauſa non eſt. At mittere tamen, cuiuſdam poteſtatis eſt, certam ob cauſam, in miſſum. Ita herus ſeruum mittit propter dominium, quod habet in illum: nec contrà ſeruus, herum. Eodem modo in diuinis. Quæ cauſa eſt, quòd Pater Filium & Spiritum S. mittit: & ipſe à neutro mittitur, niſi quia αἴτιον eſt vtriuſq;? Eadem ratio eſt Filij reſpectu Spiritus ſancti, qui mittitur à Filio: nec Filius à Spiritu S. vt Deus, vnquam mitti legitur: ſed ſolo à Patre, vt ex Euangeliſta Ioanne patet.

Ad prius verò membrum quòd dicitis: Ex meo accipiet, id eſt, ex Patre meo: non quidem penitus mala, ſed nimis coacta interpretatio eſt: quam ipſe Chriſtus refellit,
Ioan. 16. addens: Omnia, quæcunq; habet Pater, mea ſunt. Proprerea dixi, quòd de meo accipiet, & annunciabit vobis. Nec Chriſtus vnquam hoc modo de ſuo Patre κατ' ἔκλειψιν in Euangelio loquitur. Epiphanius certè κατὰ Σαβελλιανῶν de perſona Filij, & nõ Patris, hæc verba exponit, inquiẽs: Pater, verè generans Filiũ: & Filius, verè genitus ex Patre ſubſiſtens principij & temporis expers: ac Spiritus S. verè ex Patre & Filio, eâdem Deitate: ex Patre procedens, & Filio accipiens ſemper. In quibus verbis, tria obſeruanda occurrunt. Primò hypoſtaſεων diuinarum differentias ponens, manifeſtè aſſerit, Spiritum S. ex Patre & Filio procedere: deinde, Spiritum S. ex Filio accepiſſe affirmat, contra veſtram opinionem. Tertiò, addit aduerbium ἀεὶ. Ex quo neceſſariò colligimus: Si Spiritus S. ἀεὶ ex Filio accepit: quòd etiam ἀεὶ hoc eſt ab æterno, à Filio procedat. Nam, quæcunq; perſona in diuinis ab alia quid accipit: cum ſuo eſſe accipere id intelligitur. Non

αἴτιον εἶναι. Τοῦτο, ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις μὲν ἀληθεύειν σύμφαμεν. Δεσπότης γὰρ δοῦλον ἀποστέλλει: οὗ ὅμως τῆς ὑπάρξεως οὐκ ἔστιν αἴτιος. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ πέμπειν, ἐξουσίας τινός ἐστι, διά τι ὡρισμένον αἴτιον, εἰς τὸν πεμπόμενον. Ἀμέλει, δεσπότης δοῦλον πέμπει, διότι αὐτοῦ ἐξουσιάζει, οὐδ' ἀνάπαλιν δοῦλος, δεσπότην. Τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐν τοῖς θείοις. Τί γάρ, τὸ αἴτιον: οὗ, ὑπὸ τοῦ πατρὸς μὲν τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πέμπεσθαι: αὐτὸν δὲ τὸν πατέρα, ὑπ' οὐδετέρου αὐτῶν ἀποστέλλεσθαι: εἰ μὴ τὸ, διότι αὐτὸς αἴτιόν ἐστιν ἑκατέρου; Ὁ δ' αὐτὸς λόγος, τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστι, τὸ πεμπόμενον ὑπὸ τοῦ υἱοῦ: οὐδ' ὁ υἱὸς, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, καθὸ θεὸς, πώποτε πεμφθεὶς ἀναγιγνώσκεται: ἀλλ' ὑπὸ μόνου τοῦ πατρὸς, ὡς ἐξ εὐαγγελίου τοῦ Ἰωάννου φανερόν.

Πρὸς δὲ τὸ πρότερον λεγόντων ὑμῶν, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται (ὅπερ ἑρμηνεύετε, ἐκ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς λήψεται) ἀποκρινόμεθα: οὐ μὲν παντελῶς ἐσφαλμένην εἶναι τὴν ἑρμηνείαν, ἄγαν δὲ παραβεβιασμένην: ἥν γε αὐτὸς ὁ χριστὸς ἀναιρεῖ, ἐπιφέρων: Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἘΜΆ ἐστι. Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἐν ἰωάν. ις'.
λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Οὐδ' ὁ κύριος, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς, πώποτε οὕτω κατ' ἔκλειψιν λέξεως φθέγγεται. Ἐπιφάνιος γοῦν κατὰ Σαβελλιανῶν γράφων, περὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐ τῆς τοῦ πατρὸς, τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐκλαμβάνει, λέγων: Πατὴρ, ἀληθῶς γεννήσας υἱόν: καὶ υἱὸς, ἀληθῶς γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς, ἐνυπόστατος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως: καὶ πνεῦμα ἅγιον, ἀληθῶς, ἐκ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, τῆς αὐτῆς θεότητος: ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεί. Ἐν ᾧ χωρίῳ, τρία ἄττα τηρήσεως ἄξια ἀπαντῶσι. Πρῶτον μὲν, τῶν θείων ὑποστάσεων διακρίσεις ποιούμενος, περιφανῶς ἀποφαίνεται τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπόρευσιν. Εἶτα δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ ΥἹΟΥ͂ λαμβάνειν φησὶν, ἐναντίως, ἢ ὡς ὑμῖν δοκεῖ. Τρίτον, ἐπιτίθησι τὸ ἈΕῚ ἐπίρρημα: ἐξ οὗ ἀναγκαίως ἡμεῖς συλλογιζόμεθα τό: ὅτι, εἰ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀεὶ, τοῦ υἱοῦ ἔλαβεν: ἐκπορεύεται καὶ ἀεὶ, ἤγουν ἐξ αἰωνίου, παρὰ τοῦ υἱοῦ. Ἡ τοσοῦδε γὰρ ὑπόστασις ἐν τοῖς θείοις, ἐξ ἄλλης τι λαμβάνει: αὐτὸ μετὰ τοῦ ἑαυτῆς ΕἾΝΑΙ λαμβάνειν νοεῖται.

Οὐ γὰρ

Οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ ταῖς θείαις ὑποστάσεσί τι συμβαίνει. Καὶ, ἐξ ἧς λαμβάνει τι: ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν, ἀνάγκη. Μετὰ γὰρ τοῦ ΕἾΝΑΙ ἑαυτῆς, τὰ πάντα ἐστὶν, ὅσα ἐστί: καὶ, παρ᾽ ἧς τὸ εἶναι οὐκ ἔχει, οὐδὲ παρ᾽ αὐτῆς τι λαμβάνειν δύναται. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἔλαβε, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τοίνυν τὸ ἑαυτοῦ εἶναι ἔχειν, ἕποιτ᾽ ἄν. Κἂν δ᾽ ἔπειτα ὁ κύριος εἴπῃ: Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν: οὐχ᾽ ὅμως ἐντεῦθεν ἀκολουθεῖ: ἄλλο μὲν εἶναι, τὸ λαμβάνον: ἄλλο δὲ, τὸ λαμβανόμενον. Τοῦτο μὲν, ἐπὶ τῶν τοῦ νῦν αἰῶνος ἀληθές: ἐν οἷς, λόγῳ οὐσίας, τάξις: ὑποκείμενον ἔπειτα, καὶ συμβεβηκὸς: σύνθεσις, καὶ διαίρεσις. Αὐτῶν δὲ, ἐν τοῖς θείοις τόπον οὐκ ἐχόντων: τὸ λαμβάνον τε, καὶ τὸ λαμβανόμενον, πάμπαν τὸ αὐτό ἐστι: καθάπερ νοῦς τε, καὶ νόησις, καὶ τὸ νοητόν. Τουτονὶ τὸν τρόπον ὁ υἱὸς, λαμβάνων ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ εἶναι, ὁ αὐτός ἐστι τῷ λαμβανομένῳ. Καὶ ῥήματι μέλλοντος χρόνου χρώμενος ὁ κύριος, ἀνθρωποπαθῶς λαλεῖ. Οὐδὲν γὰρ ἔλαβεν ἐν χρόνῳ τὸ πνεῦμα: ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκπορεύσεως, τὰ πάντα, ὅσα ἔχει, ἤτοι ἐστίν. Ἀλλ᾽ οὕτω χρὴ τὰ ῥήματα χριστοῦ ἐκεῖνα ἐκδέχεσθαι, (κατὰ τὴν τοῦ Αὐγουστίνου ἐξήγησιν) ὥστε νοεῖν, αὐτὸ (τὸ ἅγιον πνεῦμα) οὐκ εἶναι ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ἀκούειν, αὐτῷ εἰδέναι ἐστί: τὸ δ᾽ εἰδέναι, εἶναι. Ἐπειδὴ τοιγαροῦν οὐκ ἔστιν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ: ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου, παρ᾽ οὗ ἐκπορεύεται: παρ᾽ οὗ αὐτῷ ὕπαρξις ὑπάρχει: παρ᾽ αὐτοῦ εἴδησις, παρ᾽ αὐτοῦ ἀκρόασις. Καὶ ἀνάπαλιν, παρ᾽ οὗ αὐτῷ ἀκρόασις καὶ εἴδησις: παρὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἡ ὕπαρξίς ἐστι. Παρὰ τοῦ υἱοῦ δ᾽ αὐτῷ, ἡ ἀκρόασις καὶ εἴδησις, (φησὶ γάρ: ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται) οὐκοῦν καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἡ ὕπαρξις. Ἀεὶ οὖν ἀκούει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διότι ἀεὶ οἶδεν· Ἐξ ἐκείνου τοίνυν ἤκουσεν, ἀκούει, καὶ ἀκούσει. Μὴ δὲ ταραχθῶμεν τῷ ἐπὶ μέλλοντος χρόνου τεθειμένῳ ῥήματι: εἴ γε ἡ ἀκρόασις ἐκείνη, ἀΐδιός ἐστιν: εἴπερ καὶ ἀΐδιος, ἡ εἴδησις. Ταῦτα μὲν, ὁ θεῖος Αὐγουστῖνος.

Ὥσπερ δ᾽ οὐ κυρίως, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, λέγεται: τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, λαμβάνειν: ὅπου γε ἐστὶ καὶ ὑφέστηκεν ἐξ ἐκείνων: καὶ κατὰ τὴν ὕπαρξιν τὰ πάντα κεκτημένον ἔχει: οὕτως οὐδὲ ὀρθῶς λέγεται, αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἑαυτὸ λαμβάνειν: ἐπεί γε ταυτόν ἐστι, καὶ τὸ λαμ-

Non enim in tempore perſonis diuinis quid accidit. Et à qua quid accipit: ab eadem ſubſiſtentiam vt habeat, neceſſe eſt. Nam cum ſuo ESSE, omnia eſt, quæcunq; eſt: & à qua ESSE non habet, ab eadem quoq; nihil accipere poteſt. Sed Spiritus S. ex filio accepit, teſte Chriſto. Ab eodem igitur ſuum Eſſe vt habeat, conſequens eſt. Licet deinde Chriſtus dicat: de meo accipiet, & annunciabit vobis: non tamen hinc ſequitur, aliud eſſe, quod accipit: & aliud, quod accipitur. Hoc quidem in rebus huius ſeculi verum eſt: in quibus ratione *οὐσίας τάξις*, ſubiectum deinde & accidens, compoſitio item & diuiſio, eſt. Quæ quia in rebus diuinis locum non habent: ideo accipiens, & quod accipitur, planè idem ſunt: quemadmodum *νοῦς, νόησις,* & *νοητόν*. Hoc modo, Filius accipiens à Patre Eſſe, idem eſt cum eo, quod accipitur. Et Chriſtus verbo futuri temporis vtens *ἀνθρωποπαθῶς* loquitur. In tempore enim nihil accepit Spiritus S. ſed per proceſsionem omnia, quæcunq; habet, ſiue eſt. Verùm ſic debemus verba illa Chriſti accipere, (vt ea Auguſtinus exponit) vt intelligamus, non eum (Spiritum S.) eſſe à ſeipſo. Audire enim, illi ſcire eſt: Scire verò, eſſe. Quia ergo non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo, à quo procedit: à quo illi eſt Eſſentia: ab illo ſcientia, ab illo audientia. (Et viciſsim, à quo illi eſt audientia & ſcientia, ab illo etiam Eſſentia. A Filio autem illi ſcientia eſt: quia, inquit, de meo accipiet. Ergo, etiam à Filio eſſentia.) Semper itaq; audit Spiritus S. quia ſemper ſcit. Ab illo ergo audiuit, audit, & audiet. Nec moueat, quòd verbum futuri temporis poſitum eſt. Illa quippe audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna ſcientia. Hæc Auguſtinus.

Et quemadmodum non propriè, ſed more humano dicitur, Spiritum S. à Patre & Filio accipere, cùm ſit & ſubſiſtat ex illis, & per ſubſiſtentiam omnia poſsideat: ita non rectè dicitur, quòd Spiritus ſanctus ſeipſum accipiat, cùm idem ſint

 accipiens,

accipiens, & quod accipitur. Ideoq; etiam nulla diuiſio, aut compoſitio, ſimpliciſsimo Spiritui accidat. Deniq; ſubijcitis: Si ſuam propriam eſſentiam Spiritus S. accepturus erat: quomodo erat, cùm illam eſſentiam nondum accepiſſet? diximus Chriſtum in futuro *ἀνθρωποπαθῶς* loqui: cùm Spiritus S. in tempore nihil accipiat: & nullum temporis momentum cogitari poſsit, quo Spiritus S. non fuerit, aut ſuam eſſentiam non habuerit. Quare ſuam eſſentiam, qua omnia eſt, à Patre & Filio per proceſsionem ab æterno accepit.

Quintum argumentum, non minus verum eſſe iudicamus: quo probant Latini, à Patre & Filio procedere Spiritum S. quia vtriusq; Spiritus perhibeatur. Nam Spiritus S. à ſpirando dicitur, vt infra probabitur, & absq; ſpirante ſuo intelligi nequit. Ideoq; eius tantùm proprius Spiritus eſt, à quo procedit, ſiue ſpiratur. Eſt autem etiam Filij Spiritus. Quare etiam à filio procedit. Refertur ergo Spiritus S, tanquam ſpiratum, ſiue *προβλημα*, ſicq; *αἰτιατὸν* ad Filium, tanquam *προβολέα*, ſpirantem & *αἴτιον*: vt Spiritus S. non niſi ſpirantis ſit, & dicatur proprius Spiritus. Igitur reſponſio veſtra locum nullo modo habet: aſſerentium, Spiritus vocabulum non ſignificare reſpectum, quo referatur ad Patrem, vel Filium. Nam Spiritus S. à ſpirando dictus, ſine ſpirante ſuo intelligi non poteſt. Nec Pater (vt falſò opinamini) propriè autor, productor, fons, & principium Spiritus, dicitur, (illarum enim vocum reſpectu, Pater etiam ad creata refertur) ſed potiùs ſub ratione Spirantis: & Spiritus, tanquam à Patre ſpirati: non ſub ratione principij, cauſæ, fontis, producentis: &, producti, effecti, ſcaturientis, propriè. Hæc enim etiam aliorum, quàm Spiritus ſancti, eſſe poſſunt. Quare & concluſio veſtra falſa eſt, vt quæ reclamet rationi Spiritus, ſiue ſpiraculi: quæ eſt, ad ſpirans ſuum referri. Hinc Pſalmo 33. Spiritus S. oris Domini Spiritus appel-

λαμβάνον, καὶ τὸ λαμβανόμενον: καὶ διὰ τοῦτο οὐδεμίαν διαίρεσιν, ἢ σύνθεσιν, τὸ ἁπλούστατον πνεῦμα πάσχει. Ἐπὶ τούτοις ἐπιφέρετε: ὅτι, εἰ τὸ πνεῦμα τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν ἔμελλε λήψεσθαι: πῶς ἦν, μήπω τὸ εἶναι λαβόν; Ἐφήσαμεν, τὸν χριστὸν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἀνθρωποπαθῶς λαλεῖν: τοῦ πνεύματός γε μηδὲν ἐν χρόνῳ λαμβάνοντος: οὐδέ γε δυναμένης ἂν οὐδὲ ῥιπῆς χρόνου ἐννοεῖσθαι: ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα οὐκ ἦν, ἢ ἀνύπαρκτον εὑρέθη. Ὥστε τὴν οὐσίαν ἑαυτοῦ, καθ' ἣν τὰ πάντα ἐστὶν, ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τῆς ἐκπορεύσεως προαιωνίως ἔλαβε.

Τὴν δὲ πέμπτην ἀπόδειξιν, οὐχ ἧττον ἀληθῆ κρίνομεν εἶναι: ᾗτινι κατασκευάζουσιν οἱ Λατῖνοι, ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα: διότι ἀμφοῖν πνεῦμα λέγεται. Τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα, παρὰ τὸ πνέειν λέγεται, (ὡς παρακατιόντες ἐροῦμεν) οὐδ' ἄνευ τοῦ πνέοντος ἑαυτοῦ, ἂν νοηθείη. Διὸ τούτου μόνου ἴδιόν ἐστι πνεῦμα: παρ' οὗ ἐκπορεύεται, εἴτουν πνέεται. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα. Καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἄρα πρόεισιν. Ἀναφέρεται τοιγάρτοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς πνεόμενον, ἤτοι πρόβλημα, οὕτω τε αἰτιατὸν, πρὸς τὸν υἱὸν, ὡς προβολέα, καὶ πνέοντα καὶ αἴτιον: ὥστε τὸ πνεῦμα, μὴ εἶναι καὶ λέγεσθαι, εἰ μὴ τοῦ πνέοντος, ἴδιον πνεῦμα. Οὐκοῦν ἡ ἀπόκρισις ὑμῶν, οὐδαμῶς ἂν ὑποσταίη: φασκόντων, τὸ, πνεῦμα, ὄνομα, μὴ σχέσεως εἶναι δηλωτικὸν: δι' ἧς ἂν λέγηται πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. Τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα, τῆς πνεύσεως ὂν παρώνυμον, δίχα τοῦ πνέοντος ἑαυτοῦ νοεῖσθαι, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. οὐδέ γ' ὁ πατὴρ (ὡς οὐκ ὀρθῶς δοξάζετε) κυρίως αἴτιος, προβολεὺς, πηγὴ, καὶ ἀρχὴ, τοῦ πνεύματος λέγεται, (εἴ γε μετὰ τῶν τοιαύτων φωνῶν, ὁ πατὴρ κἀπὶ τὰ κτίσματα ἀναφέρεται) μᾶλλον δὲ λόγῳ τοῦ πνέοντος, καὶ πνεύματος, ὡς ὑπὸ τοῦ πατρὸς πνευσθέντος: ἀλλ' οὐχ, ἡ ἀρχὴ λέγεται, αἰτία, πηγὴ, ἢ προβάλλων: καὶ ἠργμένον, προβαλλόμενον, αἰτιατὸν, πηγαζόμενον, κυρίως εἰπεῖν. Καὶ ἄλλων γὰρ, ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ταῦτα εἶναι δυνατόν. Ὥστε καὶ τὸ παρ' ὑμῶν συμπεπερασμένον, ἀσύστατον: ἅτε τῷ λόγῳ ἀντιπίπτον τοῦ πνεύματος, ἤτοι πνοῆς: ὅς ἐστι, πρὸς τὸ ἴδιον πνέον σχέσιν ἔχειν. Ὅθεν ψαλ. λβ'. τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ κυριακοῦ στόματος πνεῦμα καλεῖται:

λεῖ]: οὐδ' ἄλλο δήπου, ἢ ὅτι ἐκ τοῦ στόματος, ἤγουν τῆς οὐσίας, τοῦ κυρίου πνέεται. Ὅπερ ὁ μέγας Βασίλειος, λόγῳ ε. κατὰ Εὐνομίου διαῤῥήδην μαρτυρεῖ, οὕτω γράφων. Οὐδὲ γὰρ υἱός (φησιν) οὐδ' ἡ γέννησις, ἴδιον θεότητος: ἀλλ' ἐξ ἀνθρωπίνης ὁμοιώσεως ἀνῆκται. * Ὁμοίως δὲ, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος πρόσρησις. Ταύτῃ τοίνυν ἐπὶ τοῦ θείου πνεύματος, ἡ θεία γραφὴ κέχρηται: ἑτέρως τὸ ἐκ θεοῦ παραστήσασα: ἐπειδήπερ οὐκ ἐχρῆν διὰ τῆς αὐτῆς ὁμοιώσεως καὶ τοῦτο δηλοῦν, ὥσπερ εἴρηται. Ταῦτα μὲν ἐκεῖνος.

* ὁμοίωσις.

pellatur, non aliam certè ob cauſam: quàm quia ex ore, hoc eſt, eſſentia Domini, ſpiratur. Quod D. Baſilius, lib. 5. contra Eunomium diſertis verbis teſtatur, ſcribens: Neq; enim Filius, nec generatio, propria Deitatis eſt: ſed ex humana ſimilitudine deducta hæc ſunt. Sic & Spiritus appellatio, per ſimilitudinem dicitur. Hac itaq; de diuino Spiritu ſcriptura vtitur: alio modo id, quod ex Deo eſt, declarans: quandoquidem non eadem ſimilitudine etiam hoc indicandum erat, ſicut dictum eſt. Hæc ille.

Τίς δ' ἡ ὁμοίωσις αὕτη, ἡ ἀνθρωπίνη: εἰ μὴ ὅτι, ὥσπερ πνεῦμα, ἡ πνοὴ, ἐκ στόματος ἀνθρωπίνου προέρχεται: οὕτω καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐκ στόματος, τουτέστιν ἐξ ὑπάρξεως, τοῦ θεοῦ; Διὸ Βασίλειος μικρῷ ὕστερον γράφει: γεννᾷ θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπος, γεννᾷ δὲ * ἀληθῶς: καὶ τὸ γέννημα ἐξ αὐτοῦ ἐκφαίνει λόγον, οὐκ ἀνθρώπινον, ἐκφαίνει δὲ λόγον ἀληθῶς ἐξ ἑαυτοῦ: καὶ ἐκπέμπει πνεῦμα διὰ στόματος, οὐχ οἷον ἀνθρωπίνως, ἐπεὶ μηδὲ στόμα θεοῦ σωματικόν.

* ἀληθινῶς.

Quæ verò hæc eſt humana ſimilitudo: niſi quemadmodum Spiritus, ſiue halitus, ex ore humano procedit: ita etiam Spiritus S. ex ore, hoc eſt, Eſſentia Dei? Ideo Baſilius paulò pòſt ſcribit: Gignit Deus non vt homo, ſed gignit verè: & progeniem ex ſe producit Verbum, non humanum, ſed verè Verbum: & emittit Spiritum per os, non humano modo, cùm nec humanum os habeat Deus.

Ὁ πατὴρ τοίνυν, ἀρχὴ, πηγὴ, αἰτία, προβολεὺς, τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγεται: ὅτι πνέον αὐτοῦ ἐστιν. Ὡσαύτως ὁ υἱὸς, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀρχὴ, πηγὴ, αἰτία, προβολεὺς, ἂν λέγοιτο: ὅτι πνέον ἐστὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὅτι δ' αὐτοῦ πνέον ἐστί: δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα καλεῖται: ὃ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, παρὰ τὸ πνέειν λέγεται, διὰ τὸ ἐκ τοῦ στόματος θεοῦ προϊέναι δήπουθεν.

Pater ergo, principium, fons, cauſa, productor Spiritus ſancti, dicitur: quia ſpirans ipſius eſt. Eodem modo Filius, Spiritus ſancti principium, fons, cauſa, productor, dici poteſt: quia ſpirans eſt Spiritus ſancti. Quòd autem eius ſpirans ſit: ex eo manifeſtè patet, quia Filij quoq; Spiritus dicitur, Qui ſecundum ſcripturam & Baſilium à ſpirando dicitur, quod ex ore nimirum Dei procedat.

Οὐδὲ καλεῖται τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, (ὥσπερ ὑμῖν δοκεῖ) διότι σὺν τῷ υἱῷ, ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς πρόεισιν. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς, τοῦ ἁγίου πνεύματος υἱὸς ἂν εἴη: ὅπερ ὁ ὑμέτερος Δαμασκηνὸς, καὶ ἄλλοι πατέρες ὀρθόδοξοι ἀρνοῦνται. Οὐδὲ τῇ ἐκ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου παρ' ὑμῶν παρατεθειμένῃ χρήσει, τι καθ' ἡμῶν ἀποδείκνυται: ὅς γε τοῦτο μόνον κατὰ τῶν αἱρετικῶν δεῖξαι ἠθέλησε: τὸ, τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ: ἀλλ' οὐ κτίσμα, ἢ ποίημα, κατὰ τὴν Μακεδονίου, Εὐγενίου, καὶ ἄλλων βλασφήμων, ἀσέβειαν.

Nec dicitur Filij Spiritus, (vt vobis videtur) quia cum Filio ex eodem fonte promanet: alioquin & Filius Spiritus ſancti Filius eſſet: quod veſter Damaſcenus, & alij orthodoxi patres negant. Nec teſtimonio Cyrilli à vobis allegato quicquam probatur: cùm contra hæreticos hoc ſolùm oſtendere voluerit: Spiritum S. ὁμοούσιον eſſe Patri & Filio, nec creaturam vel facturam, vt Macedonius, Eugenius, & alij blaſphemârunt.

Καὶ κατ' οὐδένα δὲ τρόπον τῷ λόγῳ μάχεται, (κἂν εἰ οὕτως ὑμεῖς οἴεσθε) τὸ δύο

εἶναι

Et nullo modo à ratione alienum eſt, (quod vobis videtur) vt duo

producant

producant vnum, Pater nimirum & Filius Spiritum Sanctum: imò rationi etiam & naturæ nil magis conſonum & familiare, quàm duo producere vnum, quod infinitis exemplis conſtat. Eſtq; perfectionis hoc, Patrem cum Filio, nec ſine eo, producere Spiritum ſanctum, filio origine poſteriorem; & per Filium in Spiritu ſancto ad res extrà procedere, nec ſine ijs quicquam creare. Quamuis verò Pater & Filius, vnum producant Spiritum ſanctum, non tamen, vt duo ſeparatim & diſtributiuè: ſed vt vnum *συνδυαζόμενον*, eum producunt: reditq; principatus productionis ad Patrem, qui filio hanc ipſam perfectam *δύναμιν* ſpirandi, per generationem dedit, quemadmodum Auguſtinus lib. *15*. de Trinitate inquit: A quo habet Filius, vt ſit Deus: ab illo habet vtiq;, vt etiam de illo procedat Spiritus ſanctus.

Ad hæc, nequaquam aſſerimus Spiritum ſanctum è Patre *ἐμμέσως*, interuentu nimirum Filij, procedere: ſed ab vtroque ſimul, tanquam ab vno *συνδυαζομένῳ προσεχῶς*. Non enim in diuinis *τάξις οὐσίας* eſt. Et argumentum hoc veſtrum, tantùm *ἐν τοῖς τακτοῖς* ratione *οὐσίας* locum habet. In his enim eſt *τὸ προσεχῶς: καὶ μὴ προσεχῶς: τὸ ἐμμέσως, καὶ ἀμέσως*. At in diuinis ſimpliciſsima vnitas eſt: & perſonæ Trinitatis non eſſentialiter, ſed perſonaliter, ſiue *τῷ εἶναι*, diſtinctæ creduntur. Ideo etiam totus Pater, in toto Filio, & toto Spiritu ſancto eſt. Et totus Filius in toto Patre, & toto Spiritu ſancto: Et totus Spiritus ſanctus, in toto Patre, & toto Filio: nec vllam ſeparationem admittunt: quia nulla in ijs eſt *τάξις* ratione *οὐσίας*. Deinde verò, quemadmodum in Trinitate ratione originis *τάξις* eſt: ita etiam principium, medium, & tertium: nulla autem diuiſio, vel ſeparatio, quia ſimplicitas & vnitas eſſentiæ. Quare nullo modo neceſſe eſt, illa dirempta eſſe: in quibus medium ratione originis, non autem *οὐσίας*, eſt. Hæc enim ſola, quibus intercedit medium *οὐσίᾳ* differens, dirempta eſſe conſtat.

Præterea

εἶναι προβολέας τοῦ ἑνὸς τὸν πατέρα λέγομεν, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος. Μᾶλλον μὲν οὖν οὐδὲν μᾶλλον εὔλογον, οὐδὲ τῇ φύσει μᾶλλον συνῳδὸν καὶ οἰκεῖον: ἢ ἐκ δυοῖν προάγεσθαι ἕν: ὅπερ ἀπείροις ὑποδείγμασι δῆλον. Ἔστι τε τελειότητος, τοῦτο: τὸν πατέρα, μετὰ τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐχὶ χωρὶς αὐτοῦ, προβάλλειν τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ υἱοῦ τῇ ἀρχῇ ὑστέρου: καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, ἐν τῷ πνεύματι, ἐπὶ τὰ ἔξω προϊέναι: οὐδ' ἄνευ τούτων οὐδὲν κτίζειν. Κἂν δ' οἱ δύω, ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱός, ἓν προβάλλωσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον: ὅμως οὐχ, ὡς δύο κεχωρισμένως καὶ διῃρημένως, ἀλλ' ὡς ἓν συνδεδυασμένον, αὐτὸ προβάλλουσι: καὶ τὸ πρωτεῖον τῆς προβολῆς, ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνακάμπτει: αὐτὴν τήνδε τὴν τελείαν τοῦ πνεῖν δύναμιν, τῷ υἱῷ διὰ τῆς γεννήσεως δεδωκότα: καθὼς Αὐγουστῖνος βιβ. ιέ. περὶ Τριάδος λέγει: παρ' οὗ ὁ υἱός, τὸ θεὸν εἶναι ἔχει: παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἔχει δήπου τὸ, ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ ἅγιον προϊέναι πνεῦμα.

Πρὸς δὲ τούτοις οὐδαμῶς τιθέμεθα: τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐμμέσως, μεσολαβοῦντος δηλαδὴ τοῦ υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι: ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ, ὡς ἐξ ἑνὸς συνδεδυασμένου προσεχῶς. Οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν θείων, τάξις οὐσίας ἐστί. Καὶ ὁ παρ' ὑμῶν ἔλεγχος οὗτος, μόνον ἐν τοῖς τακτοῖς, λόγῳ τῆς οὐσίας, τόπον ἔχει. Ἐν τούτοις γὰρ, τὸ προσεχῶς ἐστι, καὶ τὸ μὴ προσεχῶς: τὸ ἐμμέσως, καὶ τὸ ἀμέσως. Ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς καὶ θείοις, ἁπλουστάτη ἕνωσις ὑπάρχει: καὶ τὰ τῆς Τριάδος πρόσωπα, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ προσωπικῶς, εἴτουν τῷ εἶναι, ἀλλήλων διεστάμενα πιστεύεται. Διὸ, καὶ ὅλος ὁ πατὴρ, ἐν ὅλῳ τῷ υἱῷ, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ ἁγίῳ πνεύματί ἐστι: καὶ ὅλος ὁ υἱὸς, ἐν ὅλῳ τῷ πατρὶ, καὶ ὅλῳ τῷ ἁγίῳ πνεύματι: καὶ ὅλον τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐν ὅλῳ τῷ πατρὶ, καὶ ὅλῳ τῷ υἱῷ: οὐδὲ χωρισμοῦ οὑτινοσοῦν δεκτικοί εἰσι: διότι οὐδεμία αὐτοῖς τάξις, λόγῳ τῆς οὐσίας, ἐμπολιτεύεται. Εἶτα δὲ, καθάπερ τῇ Τριάδι ἀρχῆς λόγῳ τάξις ἔνεστιν: οὑτωσὶ καὶ πρῶτον καὶ μέσον, καὶ τρίτον: οὐδεμία μέντοιγε διαίρεσις, ἢ χωρισμὸς: διὰ τὸ ἡνωμένον καὶ ἁπλοῦν τῆς ὑπάρξεως. Ὥστε οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀναγκαῖόν ἐστιν: ἐκεῖνα ἀλλήλων διεσπάσθαι: ἐν οἷς μέσον, λόγῳ μὲν ἀρχῆς, οὐσίας δ' οὔ, εὑρίσκεται. Ἐκεῖνα γὰρ μόνα, ἃ μέσῳ, τῇ οὐσίᾳ διαλλάττοντι, διείληπται, διῃρημένα φαίνεται.

Εἶτα

Εἶτα δ' οὐχ ἁπλῶς ἀποφαινόμεθα, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος αἴτιον εἶναι, διότι τῷ πατρὶ ὁμοούσιός ἐστιν. Ὥστε, ἃ συνάγετε ἐντεῦθεν ἄτοπα, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ ἕπονται: ἀλλὰ τὰ δύο ταῦτα ἀλύτῳ δεσμῷ συνάπτομεν: κἀπειδὴ τοῦ πνεύματος, ὁ υἱὸς ἀρχῇ πρότερός ἐστι, καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος: ἐντεῦθεν οὐκ ἐγχωρεῖν φαμέν, τὸν πατέρα ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἄνευ τοῦ υἱοῦ προβάλλειν τὸ ἅγιον πνεῦμα: ἐὰν μὴ ἄρα τὸν υἱὸν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἕτερον ποιεῖν βουλώμεθα. Οὐδὲ παρὰ τοῦτο ὑμῖν ἔξεστιν ἐπάγειν τό: Ἄρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετὰ τοῦ πατρὸς γεννᾷ τὸν υἱόν, διότι τῆς αὐτῆς τῷ πατρὶ οὐσίας ἐστί. Τὸ γὰρ πνεῦμα, τοῦ υἱοῦ τῇ ἀρχῇ δευτερεῦον, τῷ πατρὶ συντρέχειν ἐν τῇ γεννήσει τοῦ υἱοῦ οὐ δύναται: πολλῷ δέ γε ἧττον, μετὰ τοῦ υἱοῦ αἴτιον καὶ τοῦ πατρὸς εἶναι: ὅπου γε ἑκατέρου προτερεῖ ὁ πατήρ, ἑκατέρου ὢν ἀρχὴ καὶ αἰτία, ἑκάτερόν τε ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας προάγων. Ὥστε οὐ μόνον δεῖ τὴν κοινωνίαν τῆς οὐσίας ἐν τῷ μυστηρίῳ τῷδε θεωρεῖν: ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ὑποστάσεων, λόγῳ τῆς ἀρχῆς προτεροῦν: οὗτινος ἡ θεωρία, πάντα τὰ ἄτοπα ἀναιρεῖ: ἅτινα ὑμεῖς ἐκ τῆς ἑνότητος τῆς οὐσίας, ἀμελήσαντες τῆς τῶν προσώπων τάξεως, τῆς κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον, συνάγετε.

Præterea non ſimpliciter aſſerimus: Filium quoq; cauſam Spiritus ſancti eſſe, quia cum Patre eiuſdem eſſentiæ ſit. Ideo abſurda, quæ inde colligitis, nihil ad nos, nec ex noſtra ſententia ſequuntur. Sed duo hæc indiſſolubili nexu coniungimus. Et quia Spiritu Sancto Filius origine prior ſit; & cum Patre vnius & eiuſdem eſſentiæ: ideo fieri non poſſe, vt Pater ex ſua eſſentia ſine Filio producat Spiritum S., niſi Patrem & Filium ſubſtantijs ſeparare velimus. Nec vobis propterea inferre licet: ergo etiam Spiritus S. cum Patre gignit Filium, quòd eiuſdem eſſentiæ cum Patre ſit. Quia enim Spiritus S. Filio origine poſterior eſt: Ideo Patri concurrere in generatione Filij non poteſt: multò minùs cum Filio Patris quoq; cauſa eſſe, cùm Pater vtroq; ſit prior, vtriuſq; principium & cauſa, & vtrunq; ex ſua eſſentia producat. Quare non tantùm communitas eſſentiæ in hoc myſterio conſideranda eſt: ſed etiam perſonarum ratione Originis prioritas, cuius conſideratio omnia illa abſurda tollit: quæ vos ex vnitate eſſentiæ, neglecta perſonarum τάξει, ratione originis, colligitis.

Ἐπὶ τούτοις δέ, οὐκ ἔξαρνοί ἐσμεν: μὴ οὐ, τὸν μὲν πατέρα, ἀρχὴν πρώτην, καὶ πηγὴν εἶναι, ἐξ ἧς τὰ πάντα ῥέειν: τὸν δ' υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα, ἐκείνης ὥσπερ αἰτίας, αἰτιατά, κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον: ἀλλὰ προστίθεμεν, τῷ υἱῷ, διὰ τῆς γεννήσεως τὴν δύναμιν ταύτην ἀναγκαίως κεχορηγῆσθαι: ὥστε ὁμοῦ τῷ πατρί, τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὁμοούσιον, ἑκατέρου ἀρχῆς λόγῳ ὕστερον, προβάλλειν δυνηθῆναι: ὃ ἂν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνέῃ, κατὰ τὸν Ἐπιφανίου ἐν τῷ ἀγκυρωτῷ λόγῳ.

Adhæc, non negamus: Patrem principium primum, & fontem eſſe, ex quo omnia fluant: Filium verò & Spiritum S. illius velut cauſæ effecta, ſecundum Gregorium Theologum: ſed addimus, Filio per generationem hanc δύναμιν neceſſariò collatam eſſe: vt ſimul cum Patre Spiritum S. coëſſentialem, vtroq; origine poſteriorem, producere poſſit: ὃς ἂν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνέῃ, ſecundum Epiphanium ἐν τῷ ἀγκυρωτῷ λόγῳ.

Καὶ τῷ ὁμοίῳ, τῷ περὶ διῤῥύτου ῥύακος, ἐκ μιᾶς νάοντος πηγῆς, ἀντιτίθεμεν ὅμοιον ἄλλο, τῷ μυστηρίῳ τῷδε πολὺ ἁρμοδιώτερον, τὸ τοῦ ἡλίου: ὃς καὶ τοῦ φωτός, καὶ τοῦ φωτισμοῦ, αἴτιόν ἐστιν: οὐδὲ μέντοι χωρὶς τοῦ ἑαυτοῦ ἐμφύτου φωτὸς ἀλλὰ δι' αὐτοῦ, τὸν κόσμον φωτίζει: οὕτως, ὥστε φωτισμὸν ἐξ ἑκατέρου ἀποπάλλεσθαι. Τὸν αὐτὸν τρόπον, ὁ πατὴρ ἀρχή ἐστι, καὶ αἰτία, τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου: οὐ μέντοι

Et ſimili, de duplici riuo, ex vno promanante fonte, opponimus ſimile (huic myſterio multò conuenientius) Solis, qui & τοῦ φωτὸς, τοῦ φωτισμοῦ, cauſa eſt: nec tamen ſine ſua φωτὸς natura lucet, ſed per eam, mundum illuſtrat, ita vt φωτισμὸς ab vtroq; exiſtat. Eodem modo, Pater principium & cauſa eſt Filij, & Spiritus S.: non

non tamen ſine filio, origine Spiritu S. priore, Spiritũ S. producit. Deniq; Spiritũ S. ex vtroq; ſimul immediatè procedere aſſeueramus, tanquam ex vno eſſentiali fonte: & tamen duobus, *τῷ εἶναι*, non *οὐσίᾳ*, diuerſis: vt non neceſſe ſit, Patrem & Filium ob vnam productionis energiam, etiam vnam numero hypoſtaſin eſſe: quemadmodum nec tres Trinitatis perſonæ, ob vnam creationis energiam, vna hypoſtaſis ſunt: nec etiam duo prima, & omni modo diuerſa principia, ſtatuere: cùm Pater & Filius ſint vnum eſſentiale, & productionis ratione *συνδυαζόμενον* & Filius, tanquam *γέννημα*, ſub Patrem, velut *αἴτιον γεννήσεως*, reducatur: à quo Filius habet, ſecundum Auguſtinum, vt etiam de illo procedat Spiritus Sanctus.

οὐ μέντοι γε χωρὶς τοῦ υἱοῦ, τῇ ἀρχῇ τὸ πνεῦμα φθάνοντος, προβολεὺς τοῦ πνεύματος ὑπάρχει. Πρὸς πᾶσι δὲ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ ἀμέσως προέρχεσθαι διατεινόμεθα: ὡς ἐκ μιᾶς μὲν οὐσιώδους πηγῆς: δυοῖν δὲ ὅμως, τῷ εἶναι, οὐ τῇ οὐσίᾳ, διαφερόντοιν: ὥστε οὐ κινδυνεύειν, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, διὰ μίαν τὴν τῆς προβολῆς ἐνέργειαν, μίαν καὶ τῷ ἀριθμῷ ὑπόστασιν εἶναι, (ὥσπερ οὐδὲ αἱ τρεῖς τῆς Τριάδος ὑποστάσεις, διὰ μίαν τὴν τῆς δημιουργίας ἐνέργειαν, εἰς ἑνότητα ὑποστάσεως περιορίζονται) οὐδ᾽ αὖ δύο πρώτας, μηδετέραν ὑπὸ τὴν ἑτέραν ἀναγομένας, ἀρχὰς θετέον εἶναι: ὁπηνίκα γε ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, εἰσὶν ἓν οὐσιῶδες, καὶ τῷ τῆς προβολῆς λόγῳ, συνδεδυασμένον: καὶ ὁ υἱὸς, ὡς γέννημα, ὑπὸ τὸν πατέρα, ὡς αἴτιον γεννήσεως, ἀνάγεται: παρ᾽ οὗ ὁ υἱὸς ἔχει, κατά γε Αὐγουστῖνον, τὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ προέρχεσθαι τὸ πνεῦμα.

Ex his videtis, non malè nos ſapere: nec quicquam abſurditatis (vt vobis videtur) ex noſtra ſententia ſequi: ſed omnia ſcripturæ, & rectæ rationi, conuenientiſsima eſſe.

Ἐκ τῶν εἰρημένων τοίνυν, παναγιώτατε κύριε, βλέπετε: ἡμᾶς μὴ κακῶς φρονεῖν: οὐδέ γ᾽ ἄτοπον οὐδὲν (ὥσπερ ὑμῖν δοκεῖ) ἐξ ὧν ἡμεῖς φρονοῦμεν, ἕπεσθαι: ἀλλὰ τὰ πάντα, τῇ τε ἁγίᾳ γραφῇ συμφωνεῖν, καὶ πρὸς ἄλληλα εὐλογίας εὖ μάλα ἔχειν.

Videmus autem plurimùm moueri Sanctitatem veſtram dicto Chriſti: Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Sanè & nos huic dicto Chriſti firmiter credimus: ſed non videmus, quomodo conſequatur, Spiritum ſanctum non procedere à Filio: quia procedat à Patre. Proceſsio enim à Patre, non tollit proceſsionem à Filio. Perinde enim, vt Chriſtus non negat, ſe eſſe verum De-
Ioan. 17. um, cùm inquit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: ita etiam cùm aſſerit, Spiritum S. à Patre procedere, non tollit proceſsionem à Filio. Itaq; hoc dictum adeo non euertit proceſsionem à filio, vt eam potiùs confirmet. Si enim à Patre procedit: vtiq; & à filio procedit: quia Pater & Filius (quorum vterq; Spiritu S. prior eſt origine) vnum ſunt eſſentia: vt paulò antè dictum eſt.

Ὁρῶμεν δὲ, πλεῖστα τὴν ἁγιότητα σου, τῷ ῥητῷ τοῦ χριστοῦ συναρπαζομένην, τῷ: Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται: ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. Ναὶ, καὶ ἡμεῖς τῷ ῥητῷ τούτῳ βεβαίως πιστεύομεν: ἀλλ᾽ οὐχ ὁρῶμεν, ποία ἡ ἀκολουθία, ἐάν τις οὕτως εἴπῃ: ὅτι, ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, οὐκ ἐκπορεύεται παρὰ τοῦ υἱοῦ. Οὐ γὰρ ἡ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσις, τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀναιρεῖ. Ὁμοίως γὰρ, ὥσπερ οὐκ ἀρνεῖται ὁ χριστὸς, ἀληθινὸς εἶναι θεὸς, ὅτε λέγει: Αὕτη
ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ: ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μό- *ἰωάν. ιζ.*
νον ἀληθινὸν θεὸν: καὶ, ὃν ἀπέστειλας, Ἰησοῦν χριστὸν: οὕτως οὐδὲ, ὅτε φησὶ, τὸ ἅγιον πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἀναιρεῖ. Τοσούτου τοίνυν δεῖ τὸ ῥητὸν τοδὶ ἀνατρέπειν τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι: ὥστε καὶ μᾶλλον αὐτοῦ κατασκευαστικὸν εἶναι. Εἰ γὰρ παρὰ τοῦ πατρὸς: πάντως καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται: διότι ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς (ὧν ἑκάτερος ἀρχῆς λόγῳ προηγεῖται τοῦ πνεύματος) ἕν εἰσιν οὐσία: καθὼς οὐ πρὸ πολλοῦ εἴρηται.

Πάλιν δὲ, περὶ ὧν εἰς τὸ μέσον ἠγάγετε ὁμοίων. Λέγετε γὰρ ἐκ μιᾶς πηγῆς δύο ποταμοὺς ῥέειν: κἀκ μιᾶς ῥίζης δύο βλαστοὺς ἐκφύναι: καὶ ταῦτα πρὸς τὸ ἄφραστον τῆς παναγιωτάτης Τριάδος μυστήριον ἀνάγετε: ὡς δῆθεν οὕτως ἐκ μιᾶς πηγῆς τῆς πατρικῆς θεότητος, τῶν λοιπῶν δύο προσώπων ὑπαρχόντων: τοῦ μὲν υἱοῦ, γεννητῶς: τοῦ δὲ πνεύματος, ἐκπορευτῶς. Ἀλλ' ἰστέον, τὸ τηλικοῦτον μυστήριον, ἡλίκον τὸ μετὰ χεῖρας ἐστιν, ὁμοιότησιν οὐδ' ἱκανῶς διαπτύξιμον εἶναι, μή τι γε δὴ θεμελιώσιμον. Οὔτε γὰρ ἡ θεία γραφὴ, τοῖς ὁμοίοις τούτοις πρὸς διάπτυξιν οὐδὲ τοῦ μυστηρίου χρῆται: οὔτε πάλιν, τὸ πρᾶγμα ἐκείνη ἐν τῷ τῆς ὑπεραγίου Τριάδος μυστηρίῳ, ἀτεχνῶς οὕτως ἔχειν, ὥσπερ ἐπὶ πηγῆς καὶ δένδρου, διδάσκει. Εἰ δέ γε τὸ τηλικοῦτον πρᾶγμα, εἰκόσι κομψῶς ἐπινενοημέναις ὑπερειστὸν εἴη: οὐκ ἂν λείποι ἡμῖν πρὸς πίστωσιν τῆς γνώμης ἡμῶν ὑποδείγματα. Οἷον, λόγου χάριν, ἀνὴρ καὶ γυνὴ συνδυασμῷ γεννῶσιν ἄνθρωπον: καὶ ὁ γεννηθεὶς ἐκεῖνος, οὐχ ἧττον ἐκ τοῦ πατρὸς, ἤπερ ἐκ τῆς μητρὸς: οὐδ' οὐδὲν ἧττον ἐκ τῆς μητρὸς, ἤπερ ἐκ τοῦ πατρὸς, ὑπάρχει: οἱονεὶ ἐξ αὐτῶν (οὕτως εἰπεῖν) ἐκπορευόμενος. Ἀλλὰ, κἂν εἰ τοδὶ τὸ ὅμοιον (οἷα πλείω ἂν, εἰ μὴ συντομίας λόγων φροντίζοιμεν, οὐ χαλεπῶς ἂν εὑρεθεῖεν, καὶ παραχθεῖεν) τὴν ἀληθινὴν, ἡμῶν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως δόξαν, ἴσως ἄν πως φωτεινοτέραν καταστήσειεν: ὅμως οὐδαμῶς ἐπ' αὐτὸ τὴν πίστιν ἡμῶν θεμελιοῦμεν. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἃς ὁμοιώσεις παρηγάγετε, τοσαύτην ῥοπὴν ἔχουσιν: ὥστε τῶν ἀποδείξεων, ὧν ἐκ τοῦ θείου ῥήματος προηνέγκαμεν, κρείττους ἄν τις ἡγήσαιτο. Καὶ πολλῷ ἰσχυροτέρων δεῖ ἐλέγχων: οἷς ἂν ἡ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς πρόοδος πιστωθῇ: ἢ, οἱ μέχρι δεῦρο προὐχειρίσθησαν.

Ἔτι, πολλῷ μᾶλλον προσῆκον, καὶ εὐλογώτερον εἶναι, ὑμῖν δοκεῖ: ἡμᾶς μετὰ τῶν Γραικῶν, τὴν δυάδα ὑπὸ τὴν μονάδα ἀναφέρειν: καὶ δύω πρόσωπα, ἐξ ἀρχῆς μιᾶς, τοῦ πατρὸς, τίθεσθαι: ἤπερ ἐκ δύω προσώπων, τρίτον, τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐκπορεύειν: τὴν δυάδα, ἀρχὴν τῆς μονάδος λέγοντας: καὶ φάσκετε, τὸ δεύτερον τοῦτο, ἀτοπίας μεστὸν εἶναι. Ἄλλα δ' ἔτι προφέρεται: ἅπερ ἂν δείξῃ τὴν ἡμετέραν,

εἴτουν

Adducuntur in medium ſimilia: quòd videlicet, ex vno fonte duo flumina promanent: & quòd ex vno trunco arboris duo rami enaſcantur. Et applicantur hæc ſimilia ad inenarrabile illud myſterium Trinitatis: quòd nimirum ſic etiam ex vno fonte diuinitatis paternæ, duæ reliquæ perſonæ exiſtant: Filius quidem generatione, Spiritus verò S. proceſsione. At myſterium tantum, quantum hoc eſt, ſimilibus ne ſatis quidem explicari, nedum fundari, poteſt. Neq; enim hæc ſimilia nobis in ſacra Scriptura, in explicatione huius myſterij, proponuntur: neq; ſacræ literæ docent, rem planè eodem modo habere in ſacratiſsimæ Trinitatis myſterio, vt in fonte & arbore. Quòd ſi tanta res ſimilibus ſcitè excogitatis niti poſſet: non deeſſent nobis exempla, quibus noſtram ſententiam probaremus. Verbi gratia: vir & fœmina ſimul generant hominem: & homo ille genitus non minus à Patre, quàm à matre, & non minus à matre, quàm à Patre, exiſtit: & (ſi ita loqui licet) procedit. Sed vt hæc ſimilitudo (quarum plures, niſi breuitati ſtuderemus, excogitari atq; adduci poſſent) noſtram veram de Proceſsione ſententiam nonnihil fortaſſe illuſtrare poſſe videtur: ita fidem noſtram nequaquam ſuper eam fundamus. Itaq; & ſimilitudines à vobis adductæ, non eius ponderis ſunt, vt probationibus noſtris è verbo Dei deſumptis ſint anteponendæ. Et multò firmiora argumenta proferenda ſunt, quæ proceſsionem à ſolo Patre confirment, quàm ea, quæ hactenus ſunt allata.

Videtur etiam vobis multò conuenientius, & rationi magis conſentaneū eſſe, vt cum Græcis duernionem ad vnitatem referamus: & duas perſonas ab vno principio, Patris, producamus: quàm vt ex duabus perſonis tertiam, Spiritū S. procedere dicamus, & hoc modo ex duernione vnitatem producamus. Et affirmatis, hoc poſterius prorſus à ratione alienum eſſe. Alia etiam afferuntur, quæ oſtendant, noſtram

(Latino-

(Latinorum) ſententiam eſſe contra rationem, & habere ſua abſurda. At nos, chariſsimi, nouimus, in Articulis Fidei non eſſe reijciendum, quod cum ratione humana, & cum principijs Philoſophicis pugnat, & humanæ rationi abſurdum videtur: ſed quod cum perſpicuis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs pugnat. Aliud enim eſt abſurdum in Religione Chriſtiana: quod videlicet ſacris literis aduerſatur: Aliud eſt abſurdum, cui humana ratio reclamat. Hoc poſteriore abſurdo impediri nos non ſinimus, quin ea credamus, quæ ſacræ literæ docent: etiamſi ab omni ratione videantur alieniſsima. Religio enim Chriſtiana talis eſt, quæ rationi acutiſsimorum hominum, & doctiſsimorum Philoſophorum iudicijs repugnat. Ideoq; potiùs ratio humana verbo Dei, quàm verbum Dei humanæ rationi, & argumentis acutè (ſine literarum ſacrarum teſtimonio) excogitatis, cedat. Paulus enim de negotio Chriſtianæ Religionis in hanc ſententiam ſcribit.

2.Cor.10. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt: ſed potentia Dei, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem, extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei: & *in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, &c.* Hoc loco oſtedit Paulus, ſe & reliquos Chriſti Apoſtolos, adferre tale genus doctrinæ: quod in multis partibus cum intellectu & ratione humana, pugnet. Captiuum igitur ducendum, & ſubiugandum eſſe, noſtrum intellectum: vt myſteria fidei amplecti, & Chriſto, Domino noſtro, obedienti fide credere valeamus. Neq; enim pleraſq; Chriſtianæ Religionis noſtræ partes ſaluas retinere poſſemus: ſi acutis Philoſophorum argumentis auſcultare, & locum dare, vellemus. Quare in hoc etiam negotio, de proceſsione Spiritus ſancti, non quærimus, quid ſit à ratione alienum: ſed potiùs, quid ſacræ literæ doceant, aut reijciant. Cumq; nullum hactenus ſcripturæ dictum allatum ſit, quod neget, Spiritum S. etiam à Filio

εἴτουν τῶν Λατίνων, δόξαν, ἄλογον εἶναι, καὶ ἀτοπίας ἔχειν. Ἡμεῖς δὲ, αἰδεσιμώτατε δέσποτα, οἴδαμεν: ἐν τοῖς τῆς πίστεως, οὐκ ἀπόβλητον εἶναι, τὸ τοῖς τῶν φιλοσόφων ἀξιώμασιν ἀντιπίπτον, καὶ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἀλλόκοτον δοκοῦν: ἀλλὰ, εἴ τι ταῖς περιφανέσι τῶν γραφῶν μαρτυρίαις ἀντιβαίνει. Δύο γὰρ εἴδη ἀτοπίας ἐστίν. Ἓν μὲν, περὶ τὸν χριστιανισμὸν: τὸ δηλονότι ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς ἐναντιούμενον: ἕτερον δὲ, οὗ καταβοᾷ λογισμὸς ἀνθρώπινος. Τούτου δὲ τοῦ ὑστέρου εἴδους, ἡμῖν λόγος οὐδείς: ἀλλὰ παντὸς ἐμποδισμοῦ ὑπεραλλόμενοι, ἁπλῶς πιστεύομεν τὰ παρὰ τῶν θεοπνεύστων λογίων διδασκόμενα: κἂν ἅπαντος ἀνθρωπείου λόγου δοκῶσιν ἀλλοτριώτατα εἶναι. Τοιαύτη γὰρ, ἡ τῶν χριστιανῶν θρησκεία ἐστίν: οἵα τὴν τῶν καὶ ὀξυτάτων ἀνθρώπων, καὶ βαθυνουστάτων φιλοσόφων, κρίσεσιν ἀντικεῖσθαι. Δικαιότερα οὖν, ἡ ἀνθρωπίνη σοφία, τῷ λόγῳ θεοῦ ὑπείκειν: ἢ ὁ θεῖος λόγος, τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ, ταῖς τε καὶ ἀκριβεστάταις (θείων γραφῶν ἀμαρτύροις) ἀποδείξεσιν, ἐξίστασθαι.

Παῦλος γὰρ περὶ τοῦ τῆς χριστιανικῆς πίστεως χρήματος οὕτω γράφει. β΄. Κορ. ι΄. Τὰ ὅπλα, φησὶ, τῆς στρατείας ἡμῶν, οὐ σαρκικά: ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων. Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ: καὶ ΑἸΧΜΑΛΩΤΊΖΟΝΤΕΣ ΠΑ͂Ν ΝΌΗΜΑ ἘΙΣ ΤῊΝ ὙΠΑΚΟῊΝ ΤΟΥ͂ ΧΡΙΣΤΟΥ͂, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν οἷς δείκνυσιν ὁ Ἀπόστολος, αὐτὸς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ χριστοῦ Ἀπόστολοι, τοιοῦτον ἐπιφερόμενος διδασκαλίας εἶδος: οἷον κατὰ πολλὰ, νῷ καὶ λόγῳ ἀνθρωπίνῳ ἀντιπαλαίειν. Αἰχμαλωτιστέον οὖν εἶναι, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἀκτέον, τὸ ἡμέτερον νόημα: ἵνα τὰ μυστήρια τῆς πίστεως ἀσπάζεσθαι, καὶ χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, εὐπειθεῖ πίστει πιστεύειν, ἂν δυνηθῶμεν. Οὐδὲ γὰρ τὰ πολλὰ τῆς χριστιανικῆς ἡμετέρας λατρείας, ἀκατάβλητα κρατεῖν ἂν δυνηθῶμεν: εἰ τοῖς τῶν φιλοσόφων σοφίσμασι, καὶ γριφώδεσι συλλογισμοῖς, προσέχειν, αὐτά τε παραδέχεσθαι, βουληθῶμεν. Ὥστε οὐδὲ ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ πνεύματος προόδου κεφαλαίῳ ζητοῦμεν: τί εὔλογον, ἢ ἄλογον: οἰκεῖον, ἢ ἀλλόκοτον: ἀλλὰ μᾶλλον, τί ἡμᾶς τὰ ἱερὰ γράμματα διδάσκουσιν, ἢ τί ἀπωθοῦνται. Κἀπειδὴ οὐδὲν ἕως νῦν γραφικὸν μαρτύριον παρήχθη, τὴν καὶ ἐκ

τοῦ υἱοῦ

τοῦ υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἀποφάσκον: καί, ὅσα ἡμεῖς ἐκ τῶν γραφῶν, τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύονται, προὐβαλόμεθα, οὔπω ἀνετράπη: ἡμᾶς τῆς ἡμῶν γνώμης ἀφίστασθαι, οὐκ ἔνι.

à Filio procedere: & argumenta noſtra è Scriptura allata (quæ proceſsionem à Filio confirmant) nondum ſint euerſa: non poſſumus à ſententia noſtra diſcedere.

Προὐβλήθη καὶ ἄτοπά τινα, δοκοῦντά τισιν ἐκ τούτου γίνεσθαι: ἐὰν εἴπωμεν, τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Ἡμῖν δ' οὐχ οὕτως εἰπεῖν, ἔθος: ἀλλὰ λέγομεν, τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς, ΚΑῚ τοῦ υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι: καθ' ὃν λόγον οὐ τυγχάνει, τὸ πνεῦμα εἶναι ἑνὶ προσώπῳ ἐγγύτερον, ἢ τῷ ἄλλῳ: καὶ τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ ταύτῃ, παντελῶς τὸ ἡμῖν προβαλλόμενον ἀναιρεῖται ἄτοπον. Ἀλλὰ μὴν, εἰ τὸν τρόπον τοῦτον ἄτοπα περισκοπεῖν, ἡμῖν ἡδομένοις εἴη: ἐκγένοιτ' ἂν, ἐκ τοῦ περὶ τοῦ τοῦ πνεύματος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύσεως λόγου, διττὸν προάγειν ἄτοπον. Ἓν μὲν, τάττεσθαι τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ ἐγγυτέρω, ἢ τῷ υἱῷ: ἕτερον δὲ, ἀνισότητα τῶν ὑποστάσεων πλάττεσθαι μεταξὺ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ: εἴπερ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, τὸ πνεῦμα προβληθείη.

Proponuntur etiam abſurda aliqua, quæ videntur quibuſdam ex eo conſequi: ſi aſſeramus, Spiritũ S. à Patre per Filium procedere. At nos non ſic loqui ſolemus: ſed dicimus, Spiritum à Patre & Filio procedere: qua ratione Spiritus S. non eſt vni perſonæ propinquior, quàm alteri. Et noſtra ſententia prorſus è medio tollit illud abſurdum, quod nobis obijcitur. Quòd ſi hoc modo abſurda quærere liberet: poſſemus dicere, ex eo, quod aſſeritur, Spiritum S. à ſolo Patre procedere, conſequi duplex abſurdum: vnum, quòd Spiritus S. ſtatuatur Patri propinquior, quàm Filio: alterum, quòd inæqualitas perſonarum fingatur inter Patrem & Filium, ſi Spiritus tantùm à Patre, & non etiam à Filio procedat.

Ἔτι δ' ὑπολαμβάνετε, οὕτω τὸ ἄτοπον ἕπεσθαι: τὸ, κινδυνεύειν ἔσεσθαι δύο χριστοὺς, οὐχ ἕνα: διότι ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος χριστοῦ, ὁ θεοῦ υἱὸς ἔπεμψεν ἂν τὸ ἅγιον πνεῦμα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ: εἰ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ κἀκ τοῦ υἱοῦ, προΐοι. Ἀλλὰ, ἀγαπητοὶ ἐν Κυρίῳ, καὶ τιμιώτατοι, ἴστε: πάμμεγα εἶναι τὸ μέσον, τῆς τε ἐκπορεύσεως τοῦ πνεύματος, περὶ ἧς νῦν ἡμῖν λόγος: καὶ τῆς ὁρατῆς ἐκείνης τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐν περιστερᾶς εἴδει, ἘΠΙΦΑΝΕΊΑΣ. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ ἐκπόρευσις, ἐξ ἀιδίου ὑπάρχει, καὶ ἔστι κεκρυμμένη: οὐδὲ, εἰ μὴ διὰ τοῦ θείου ῥήματος, ἀποκαλυφθεῖσα: οὐδ' ἀνθρωπείοις ὄμμασιν ὑπ' οὐδενὸς πώποτε ἑωράθη. Ἡ δ' ἐπιφάνεια αὕτη, χρονικόν τι ἐγένετο: ἐξ ἧς, πρῶτον μὲν ὁ ἅγιος βαπτιστὴς ἐπληροφορεῖτο: τουτονὶ εἶναι τὸν ἀληθινὸν Μεσσίαν, τὸν πυρὶ βαπτίζοντα. Ιωάν. ά. Ταῦτα γὰρ, τὰ αὐτοῦ ἐστι ῥήματα. Τεθέαμαι, φησι, τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐξ οὐρανοῦ: καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν: ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν: Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν: οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Κἀγὼ

Præterea exiſtimatis, id abſurdum conſequi: fore, vt ſint duo Chriſti, non vnus: quia in Baptiſmo Chriſti, Filius Dei miſiſſet Spiritum S. in Filium Dei: ſi Spiritus ſanctus non à ſolo Patre, verùm etiam à Filio, procederet. Sed dilecti in Domino, magnum eſt diſcrimen inter proceſsionem Spiritus S., de qua agimus: & inter illam viſibilem APPARITIONEM Spiritus ſancti in ſpecie columbæ. Illa enim proceſsio, ab æterno fit, & eſt occulta, nec niſi in verbo reuelata: neq; à quoquam fuit vnquam oculis humanis conſpecta. Hæc autem apparitio, temporarium quiddam fuit: qua primùm Baptiſta certior fiebat, hunc eſſe verum Meſsiam, qui igne baptizaret. Hæc enim ſunt eius verba: Vidi Spiritum deſcendentem ſpecie columbæ de cœlo, qui manſit ſuper eum: & Ioan. 1. ego non noueram eum: ſed qui miſit me, vt baptizarem aqua, is mihi dixerat: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, ac manentem ſuper eum: Hic eſt, qui baptizat Spiritu ſancto.

Bb Ego

Ego igitur vidi, & teſtificor, hunc eſſe illum Filium Dei. Deinde ſignificabatur illa apparitione, quòd (propter vnionem perſonalem duarum in Chriſto naturarum) Spiritus ſancti dona immenſa, in humanitatem Chriſti effuſa eſſent. Et ea viſione, ſeu apparitione, Spiritus ſancti in Baptiſmo Chriſti, non ſtatuuntur duo Chriſti: quorum alius mittat, alius accipiat Spiritum ſanctum: ſed confirmatur potiùs dictum illud Ioannis Baptiſtæ, qui de Chriſto ait: Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad menſuram
Ioan. 3. dat Deus Spiritum, &c. Atqui certum eſt, reliquis hominibus Sanctis dari Spiritum Sanctum ad menſuram: vt alius alia eiuſdem Spiritus dona, & quidem alius plura, alius pauciora, accipiat. De qua re Apo-
1.Cor.12 ſtolus Paulus prolixè agit in priore ad Corinthios epiſtola. Chriſto verò, vt homini, datus eſt Spiritus Sanctus non ad menſuram: ſed ille omnia Spiritus ſancti dona accepit. Idq; vt publicè omnibus teſtatum eſſet, Spiritus Sanctus in viſibili ſpecie columbæ deſcendit ſuper Chriſtum. Quare iſta apparitio neq; probat, Spiritum S. à ſolo Patre procedere: neq; illud abſurdum nobis obijcit, quaſi duos Chriſtos fingamus.

Tertium abſurdum noſtræ ſententiæ opponitur: quod videlicet, cùm aſſeritur proceſsio à Patre & Filio, magis duorum, quàm vnius, conſtituatur Principatus. Rogamus autem, vt diligenter conſideretis, nos iam in tractatione myſterij Trinitatis verſari: ſepoſita interim conſideratione incarnationis τοῦ λόγου: & expendere (quantum licet, & quantum ſacræ literæ docent) quæ ſint perſonarum diſcrimina, ſi illæ intra ſe conſiderentur. Ibi quidem Patri hoc damus, quòd ſit origo diuinitatis, ſed tamen ſine tempore: ne Filium Patre poſteriorem ſtatuamus. Principatum autem Patri ſoli (excepto illo originis, de quo diximus) nequaquam adſcribimus: ne Filium Patre inferiorem faciamus. Si enim

Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Εἶτα δὲ, τῇ ἐπιφανείᾳ ἐκείνῃ ἐδηλοῦτο: τὰ ὑπερμεγέθη τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρίσματα, ἐπὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ χριστοῦ (διὰ τὴν ὑποστατικὴν τῶν δυοῖν ἐν αὐτῷ φυσέοιν ἕνωσιν) ἐκχυθῆναι. Οὐδὲ τῇ φαντασίᾳ ἐκείνῃ, ἢ ἐπιφανείᾳ, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τῇ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος χριστοῦ, δύο χριστοὶ καθίστανται: ὁ μὲν πέμπων, ὁ δὲ λαμβάνων, τὸ ἅγιον πνεῦμα: ἀλλὰ βεβαιοῦται μᾶλλον ἐκεῖνο, τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου προδρόμου περὶ χριστοῦ ῥηθέν: Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ λαλεῖ. Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ θεὸς τὸ Ιωάν. γ.
πνεῦμα, καὶ ἑξῆς. Καίτοι πρόδηλόν ἐστι, τοῖς μὲν λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων ἁγίοις, δίδοσθαι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ μέτρου: ὥστε ἄλλον ἄλλα τοῦ αὐτοῦ πνεύματος δῶρα, καὶ ἄλλον ἄλλου πλείονα, ἢ ὀλιγώτερα, λαμβάνειν. Οὗ πέρι, διὰ πολλῶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους. Τῷ δὲ χριστῷ, ἢ ἀνθρώπῳ, ἐδόθη τὸ πνεῦμα οὐχὶ ἐκ μέτρου: ἀλλὰ ξύμπαντα ὅγε τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα ἔλαβεν. Ἵνα τε τοῦτο δημοσίᾳ πᾶσι περιφανὲς εἴη: ἐν ὁρατῷ περιστερᾶς εἴδει, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τὸν κύριον κατῆλθε. Διὰ ταῦτα, οὔτε παραστατική ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια ἐκείνη, τοῦ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι: οὔτε εἰς ἐκείνην συνελαύνει τὴν ἀτοπίαν, ὡσανεὶ δύο ἡμῶν τερατευομένων χριστούς.

Ἄλλο ἀντιτίθεται τῇ δόξῃ ἡμῶν ἄτοπον, τό: ὅτι, λεγομένου τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς υἱοῦ τε προέρχεσθαι: μᾶλλον δυοῖν, ἤπερ ἑνὸς, εἰσάγεται πρωτεῖον ἢ ἀρχή. Ἐνταῦθα σπουδαίως παρακαλοῦμεν, ὑμᾶς ἐπιμελῶς ἐνθυμεῖσθαι: ὅτι νῦν ἐν θεωρίᾳ τοῦ τῆς ὑπεραγίου τριάδος μυστηρίου ἀναστρεφόμεθα: τέως μεθιστῶντες τὸ θεωρεῖν τὴν σάρκωσιν τοῦ λόγου: καὶ ἐξετάζομεν, (ἐφ' ὅσον ἔξεστι, καὶ μέχρις ὅσου αἱ θεῖαι γραφαὶ ἐκφαίνουσι) τίνες αἱ διαφοραὶ τῶν ὑποστάσεων: ἐὰν ἐν ἑαυταῖς αὗται θεωρηθῶσιν. Ἔνθα, τῷ πατρὶ τοῦτο μὲν δίδομεν: αὐτὸν, πηγὴν εἶναι τῆς θεότητος: ἀχρόνως δὲ, ἵνα μὴ τοῦ πατρὸς ὕστερον θώμεθα τὸν υἱόν. Τὸ δὲ πρωτεῖον τῷ πατρὶ μόνῳ (παρὰ τὴν τῆς πηγῆς ἢ ἀρχῆς, ἣν εἰρήκαμεν) οὐδαμῶς ἐπιγράφομεν: ἵνα μὴ τὸν υἱὸν, τοῦ πατρὸς κατώτερον ποιήσωμεν.

Εἰ μὲν γὰρ τῷ ὄντι ἀλλήλαις ἰσότιμοί εἰσιν αἱ τρεῖς ὑποστάσεις: οὐ μόνῳ τῷ πατρὶ, ἀλλὰ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ πνεύματι, τὸ πρῶτον ἢ ἀρχὴ εἶναι δήπουθεν ὀφείλεται. Εἰ δὲ μόνος ὁ πατὴρ πρωτεύων χρηματίσει: οὐχ ἕξει πρὸς αὐτὸν, οὔτε ὁ υἱὸς, οὔτε τὸ πνεῦμα, ἰσοτιμίαν. Ἃ πάντα, τοῖς τε ἁγίοις γράμμασι, καὶ τῇ πίστει ἡμῶν, ἐκ διαμέτρου μαχέσαιντο ἄν. Ὅτε τοίνυν τὸ πρωτεύειν τῷ πατρὶ περιτίθεται: οὐχὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο, τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, ἀποφάσκεται, ἢ ἀφαιρεῖται: ἀλλ' ἔστι ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι κοινόν. Νέμεται δὲ τῷ ἀληθινῷ ἑνιαίῳ τρισυποστάτῳ θεῷ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν πεπλασμένων θεῶν, ἤτοι εἰδόλων, τῶν ἀσεβῶς τοῖς ἕλλησι θεραπευθέντων: ἀλλ' οὐ μόνῳ τῷ πατρὶ περιάπτεται, ἀποκλεισθέντος (τῆς ἀρχῆς καὶ ἀξίας ταύτης) τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος. Συνίσταται τοίνυν καὶ παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἧττον, ΕΝΟΣ μόνον ἀληθινοῦ θεοῦ ἀρχὴ, οὐχὶ δὲ πλειόνων ἡγεμονία θεῶν: καίπερ μεταξὺ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ υἱοῦ, προβαλλόντων.

Ἔπειτα δὲ παράγονται ἐν τῷ βιβλίῳ ὑμῶν μάρτυρες, οἱ ἡλίου τρόπον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διαλάμψαντες θεοφόροι πατέρες: καὶ μὴν, καὶ τῶν τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἀρχιερέων ἔνιοι: ὡς ἐκ πατρὸς μόνου τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ἀποφηνάμενοι: Ἀθανάσιος δηλαδὴ, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, Σίλβεστρος τῆς παλαιᾶς ῥώμης πάπας, Δάμασος πάπας, Ἀγάθων πάπας, Βασίλειος ὁ μέγας, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, Χρυσόστομος, ὁ Νύσσης Γρηγόριος, Διονύσιος ὁ Ἀρειοπαγίτης: ἔτι δὲ, Ζαχαρίας, Λέων, καὶ Βενέδικτος, ἀρχιερεῖς. Ὁμολογοῦμεν μὲν οὖν, τοὺς πλείους τούτων, ἀξιώματι μεγάλως ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ θεοῦ διαπρέψαι: καὶ τοὺς ὠφελιμωτάτους αὐτῶν πόνους ἀσπαζόμεθα: χάριτάς τε τῷ θεῷ, ὑπὲρ ὧν αὐτοῖς ἐξοχικῶν ἐχορήγησε χαρισμάτων, ὁμολογοῦμεν. Οὐχ ὁρῶμεν δὲ, πῶς, ἅπερ ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ μέσον παρηγάγετε ῥητὰ, τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις ἀντιβαίνει. Ταὐτὸν γὰρ μετὰ Χριστοῦ λέγουσι: τὸ δηλονότι ἅγιον πνεῦμα, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ἡμεῖς δὲ τούτου οὔποτε ἔξαρνοι ἐγενόμεθα: οὔτε ποτὲ (σὺν κυρίῳ φάναι) ἔξαρνοι γενησόμεθα. Ἄλλο δέ γε ἐστὶ, τὸ λέγειν, παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι:

Si enim vera eſt inter tres perſonas æqualitas: vtiq; principatus non ſoli Patri, verùm etiam Filio & Spiritui S. debetur. Sin ſolus Pater principatum obtinebit: Filius non erit Patri æqualis: nec Spiritus S. erit Patri æqualis. Quæ omnia cum ſacris literis, & cum fide noſtra, è diametro pugnarent. Cùm igitur Principatus Patri adſcribitur: non idem Filio & Spiritui S. adimitur & detrahitur: ſed eſt ille tribus perſonis communis. Et tribuitur vni vero & trino Deo, reſpectu Deorum fictitiorum, quos idololatræ gentes impiè coluerunt: non autem ſoli Patri tribuitur, excluſo (ab eo principatu) Filio & Spiritu ſancto. Quare conſtituitur etiam à nobis nihilominus VNIVS tantùm veri Dei principatus, non plurium Deorum: etiamſi interim aſſeramus, Spiritum S. non modò à Patre, verùm etiam à Filio, procedere.

Producuntur etiam Patres, clariſſima illa Eccleſiæ lumina, quinetiam Pontifices aliquot Romani, tanquam teſtes, qui de proceſsione Spiritus ſancti à Patre loquantur: Athanaſius videlicet, Gregorius Theologus, Syluester Pontifex Romanus, Damaſus Papa, Agatho Papa, Baſilius ille magnus, Gregorius Thaumaturgus, Chryſoſtomus, Nyſſenus Gregorius, Dionyſius Areopagita: Zacharias, Leo, & Benedictus, Pontifices. Agnoſcimus ſanè, inter hos pleroſq; fuiſſe magnæ in Eccleſia Dei authoritatis: & eorum ſaluberrimos labores exoſculamur, atq; Deo pro eximijs donis, quæ in ipſos contulit, gratias agimus. Sed non videmus, quomodo ipſorum dicta à vobis allata, cum noſtra ſententia pugnent. Idem enim dicunt, quod Chriſtus: quòd videlicet Spiritus ſanctus à Patre procedat. At nos hoc nunquam negauimus: neq; vnquam (Domino bene nos iuuante) negabimus. Aliud autem eſt, affirmare, quòd Spiritus S. à Patre proce-

dat: & aliud, dicere, quòd non à filio etiam procedat. Primum dicunt illi Patres, & pontifices commemorati: alterum verò nequaquam dicunt. Quare cum noſtra ſententia non pugnant. Quin potius, quòd idem nobiſcum ſentiant, ex eo ſatis colligi poteſt: quòd in ijſdem dictis, quæ recenſuiſtis, affirmant: Spiritum S. non eſſe alienum à Filio: &, Spiritum S. eſſe proprium Filij. Quid hæc ſibi aliud volunt, quàm quòd eodem modo ſeſe Spiritus S. ad Filium habeat, ſicut ad Patrem: & quòd non minus à Filio (cuius proprius eſt) procedat, quàm à Patre? Solus Cyrillus ex antiquioribus illis Patribus dicit, à ſolo Patre Spiritum S. procedere. Vt autem cætera tanti viri ſcripta admiramur: ita non videmus, cur vnum aut alterum ipſius dictum, plus ponderis & authoritatis habere debeat: quàm argumenta noſtra, quæ in contrariam ſententiam, ex ſacrarum literarum fundamentis extruximus. Idem reſpondemus ad dicta & authoritatem Romanorum quorundam Pontificum, ad authoritatem Nili & Damaſceni: quorum nullus poſtulauit, vt ſuis dictis plùs, quàm ſolidis ex ſcriptura argumentis, crederetur. Ac ſi humanæ authoritati in re tanta locus dari poſſet, vt iuxta eam decerneretur: poſſemus commemoratis hiſce ſcriptoribus, clariſsimos Latinos Patres, admiranda certè Eccleſiæ lumina, opponere. Nam quid aduerſus D. Auguſtinum diceretis? Eum certè quinta Synodus approbauit. Cùm autem conſtet, illum autorem nobiſcum facere, & ſtatuere progreſsionem Spiritus ſancti à Patre & Filio: quis non videt, doctam illam antiquitatem noſtram ſententiam ita non damnare, vt eam probare etiam voluerit? Nam ſi proceſsionem Spiritus à

Filio,

σθαι· καὶ ἄλλο, τὸ, ΜΗ ΚΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ἐκπορεύεσθαι. Τὸ μὲν πρότερον λέγουσιν οἱ παρηγμένοι πατέρες καὶ ἀρχιερεῖς· τὸ δ᾽ ἕτερον οὐ λέγουσι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὥστε οὐδὲ τῇ ἡμῶν γνώμῃ ἀντιφέρονται. Μᾶλλον μὲν οὖν αὐτοὺς ἡμῖν συμφέρεσθαι, ἐκεῖθεν συλλογιστὸν ἱκανῶς· ὅτι ἐν ταῖς αὐτῶν ῥήσεσιν, ἃς παρεθήκατε, ἀποφαίνονται· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀλλότριον εἶναι τοῦ υἱοῦ· καὶ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἶναι ἴδιον τοῦ υἱοῦ. Τί ταῦτα ἄλλο βούλονται λέγειν, ἢ τό· ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοιοτρόπως πρὸς τὸν υἱὸν ἔχει, ὥσπερ πρὸς τὸν πατέρα; Καὶ, ὅτι οὐχ ἧττον ἐκ τοῦ υἱοῦ (οὗ γε ἴδιον ὑπάρχει) προέρχεται, ἤπερ ἐκ τοῦ πατρός; Μόνος ὁ Κύριλλος τῶν ἀρχαιοτέρων ἐκείνων πατέρων, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς προβάλλει αὐτό. Ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ τἄλλα τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς ξυγγράμματα θαυμάζομεν· οὕτως ἔμπαλιν οὐχὶ δίκαιον ἡγούμεθα· ἓν, ἢ δύο, τῶν παρ᾽ αὐτοῦ ἀποπεφασμένων, μείζονα ῥοπὴν καὶ ἀξίωμα ἔχειν τῶν ἡμετέρων, ἅπερ ἐξεναντίας θεμελίοις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἐπῳκοδομήσαμεν. Τὸ αὐτὸ ἀποκρινόμεθα καὶ πρὸς τὰς χρήσεις τινων, τῶν τὸν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ θρόνον κοσμησάντων· πρός τε τὰ ἐκ Νείλου καὶ Δαμασκηνοῦ παραχθέντα· ὧν οὐδεὶς εἰς τοῦτο ὑπερηφανίας ἀφῖκται· ὥστε αἰτεῖν, τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις μᾶλλον, ἢ ταῖς ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων στερροτάταις ἀποδείξεσι, πιστεύειν. Ἀλλὰ μὴν, εἰ ἀνθρωπίνας ὑπεροχὰς καὶ ἀξιώσεις, ἐν τῷ τηλικούτῳ τὸ μέγεθος πράγματι ἰσχύειν καὶ κρατεῖν δεήσειεν· ὥστε τὰ αὐταῖς δοκοῦντα καὶ ἀρέσκοντα δογματίζεσθαι· ῥᾴδιον ἡμῖν ἂν εἴη, τοῖς ἀρτίως ῥηθεῖσι ξυγγραφεῦσι, λαμπροτάτους τῶν Λατίνων πατέρας, ἡλιοειδεῖς γε τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρας, ἀντιπαράγειν. Τί γὰρ ἂν πρὸς τὸν θεῖον Αὐγουστῖνον ἀντείποιτε; Αὐτόν γε ἡ πέμπτη Σύνοδος ἀπεδέξατο. Φανεροῦ δ᾽ ὄντος, τὸν μέγαν τουτονὶ, τὰ αὐτὰ, ἅπερ ἡμεῖς λέγομεν, φρονεῖν· τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἔκ τε τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, προβάλλοντα· τίς οὐ βλέπει, τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους σοφοὺς, τοσοῦτον ἀφεστηκότας τοῦ κατακρῖναι τὸ ἡμῶν δόγμα· ὥστε καὶ ἀσπάσασθαι αὐτὸ ἀξιῶσαι; Εἰ γὰρ τὴν τοῦ πνεύματος ἐκ

τοῦ υἱοῦ

τοῦ υἱοῦ προβολὴν, ὡς αἱρετικὸν λήρημα, ἐξέβαλον: οὐδενὸς δὲ μὴν λόγου τὸν ἅγιον Αὐγουστῖνον ἄξιον ἂν ἡγήσαντο. Νῦν δ᾽, οὐδαμῶς οὕτως: ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ ἠσπάσαντο. Ῥάδιον ἡμῖν ἂν εἴη, καὶ ἄλλων ἀξιοπιστοτάτων Λατίνων μαρτυρίας ἐπάγεσθαι. Ἀλλ᾽, ἐπεὶ ἐν τοῖς θείοις μυστηρίοις, ἥ τε πίστις, καὶ τὸ συνειδὸς, οὐκ ἔχουσι παγίως ἀνθρώπων μαρτυρίαις ἐπιστηρίζεσθαι: οὐκ ἠθελήσαμεν ἐκ τῶν παρὰ Λατίνοις διὰ πολλῶν ὑμᾶς ἐνοχλεῖν: καὶ μᾶλλον δὴ, ὅτι εὖ οἴδαμεν: ὑμῖν μὴ ἄγνωστον εἶναι: πάντας τοὺς τῶν Λατίνων κρατίστους πατέρας, ὁλοτελῶς τῆς ἡμετέρας γνώμης εἶναι.

Ἀλλὰ καὶ οἱ παρ᾽ ὑμῖν πατέρες, ἡμῖν ὁμόδοξοι: εἰ καὶ ῥήμασί πως διαφέρουσιν. Ἀθανάσιος γοῦν, ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, Δαβὶδ, φησι, ψάλλων τῷ θεῷ, λέγει: ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς: ἐν τῷ φωτί σου, ὀψόμεθα φῶς. Οἶδε γὰρ παρὰ θεῷ πατρὶ ὄντα τὸν υἱὸν, τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. (Τοῖς δὲ τῶν Γραικῶν πατράσιν ἐν τῷ περὶ Τριάδος κεφαλαίῳ, ταυτόσημά ἐστι, πηγὴ, ἀρχὴ, καὶ αἴτιον) Κύριλλος, ἐν τῷ α. πρὸς Παλλάδιον: Εἴπερ ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς: καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ, προχεόμενον πνεῦμα. Ἐπιφάνιος, ἐν τῷ ἀγκυρωτῷ λόγῳ: Πατὴρ, ἀληθῶς γεννήσας υἱὸν: καὶ υἱὸς, ἀληθῶς γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς, ἐνυπόστατος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως: καὶ πνεῦμα ἅγιον, ἀληθῶς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τῆς αὐτῆς θεότητος: ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεί. Οἷς ὁ μέγας Βασίλειος, ε. κατὰ Εὐνομίου συνάδων, τὸ ἅγιον πνεῦμα καλεῖ εἰκόνα ἀληθῆ καὶ φυσικὴν τοῦ θεοῦ, καὶ Χριστοῦ. Αὕτη δὲ (κατὰ Ναζιανζηνὸν β. περὶ υἱοῦ) εἰκόνος φύσις: μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται). Καὶ Κύριλλος, ἐν θησαυροῖς: Ὥσπερ εἰκὼν ἐστὶν ἀκριβεστάτη τοῦ πατρὸς, ὁ υἱός: (ὁ δεξάμενος γὰρ αὐτὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει) οὕτως, ἐπὶ τὸ ἴσον σχῆμα τῆς ἀναλογίας τρεχούσης: ὁ δεξάμενος τοῦ υἱοῦ τὴν εἰκόνα, τουτέστι, τὸ πνεῦμα: ἔχει πάντως δι᾽ αὐτοῦ τὸν υἱὸν, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα. Πῶς οὖν ἐν ποιήμασι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταριθμήσεται: εἴπερ ἐστὶν εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ υἱοῦ, καὶ θεοῦ; Καὶ Ἀθανάσιος, ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Σεραπίωνα: Ὥσπερ γὰρ ἐν οἰκείᾳ εἰκόνι ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἐν τῷ πνεύματι: οὕτω καὶ ὁ πατὴρ, ἐν τῷ υἱῷ.

Πάλιν

Filio, vt hæreſin, damnaſſent: nullo profecto loco habuiſſent D. Auguſtinum. Nunc verò ipſius doctrinam admiſerunt. Poſſemus alios producere Latinos, grauiſsimos Authores. Sed cùm in myſterijs diuinis, fides & conſcientia non poſsint ſolidè humanis teſtimonijs niti: nolumus longa commemoratione dictorum Latinorum vobis moleſti eſſe: præſertim cùm certò nobis conſtet, vobis ignotum non eſſe, quòd præſtantiſsimi quiq; Latini Patres, toti à noſtris ſtent partibus.

Quin etiã veſtri Patres nobiſcũ faciunt: licet verbis aliquatenus diſcrepent. Athanaſius certè in ſermone de diſpenſatione in natura humana, Dauid, inquit, in Pſalmo ad Deum dicit: Apud te fons vitæ eſt: in lumine tuo cernemus lumen. Nouerat quippe, apud Deum Patrem eſſe filium, qui fons eſt Spiritus S. (Patribus autem Græcis, quando de S. Trinitate agunt, idem valent hæc: fons, principium, & cauſa) Cyrillus item, Serm. 1. ad Palladium, S. quidem eſt, inquit, Dei patris: etiam filij eſt, vt ex vtroq; nempe ex Patre per filium, profundatur Spiritus. Epiphanius, in ſermone Anchorato: Pater, verè generans filium: & filius, verè generatus ex Patre, eſſentialis, abſq; principio & tempore: & Spiritus S. verè ex Patre & filio, eâdem Deitate ex Patre procedens, & ex filio accipiens ſemper. His aſtipulatur Baſilius magnus V. in Eunomium: vbi Spiritum S. appellat imaginem veram & naturalem Dei, & Chriſti. Hæc autem eſt imaginis (vt Nazianzenus 2. Sermo. de filio ait) natura: vt imitationem habeat Archetypi, & eius, cuius imitamentum dicitur. Cyrillus in Theſauris: Sicut filius eſt expreſsiſsima imago Patris: (qui enim ipſum recipit, Patrem habet) ita ad eundem habitum analogia currente: qui recipit filij imaginem, nempe Spiritum: omnino per ipſum habet filium, & in eo patrem. Quo pacto igitur S. Spiritus, inter creaturas, numerabitur: cùm ſit immutabilis imago filij, & Dei? Et Athanaſius, Epiſtola ad Serapionem: ſicut in propria imagine eſt filius, in Spiritu: ſic & Pater, in Filio.

Rurſus

Rurſus ad Serapionem,idem,de Spiritu S.
2. Theſſ. 2. Et tunc reuelabitur ille iniquus : quem Dominus IeſusChriſtus interficiet Spiritu oris ſui. Ad quem locum, in magno quodam & vetuſto manuſcripto operum magni Athanaſij volumine, quod apud nos reperitur, annotatio vetuſta in margine conſpicitur. Nota, Dictum iſtud non tot verbis nunc apud Apoſtolum legi : ſed breuiter,quem Dominus interficiet Spiritu oris ſui. Videntur autem verba,IESVS CHRISTVS, ab aliquibus,neſcio propter quam cauſam, expuncta eſſe. Fuiſſe autem ſic initiò ab Apoſtolo ſcriptum,euidenti ſigno patet : quòd ſic hoc loco à S. Patre hoc poſitum eſt:& quòd eodem modo prolatum à D.Chryſoſtomo in Epiſtola ad Theod.& à Baſilio M. 1.orat.Aſceticorum. Quin & ad Rom. ſic extat hoc dictum, in textu diuinæ ſcripturæ. Obſeruandum quoq;, de ipſo Spiritu S. locum expoſuiſſe Athanaſium : non autem de aliquo alio Spiritu. Hactenus illud Scholion. Nobis autem ibi, vbi Annotator inquit: verba,IESVS CHRISTVS, ab aliquibus,neſcio quam ob cauſam, expuncta fuiſſe : videntur, ideo malitioſè expuncta : quia ex ijs ſequatur, Spiritum S. è Filio quoq; procedere : quandoquidem Spiritus hic,Spiritus eſt oris Ieſu Chriſti.

Sed de veſtris Græcis Patribus, ſatis: de quibus pro veſtra æquanimitate nobis, vt opinor, eandem cenſuram concedetis, quam vobis de illis & Latinis quoq; ſuprà permiſiſtis : cùm Dionyſium, Methodium, Pierium, Pamphilum, & alios lapſos eſſe dicitis. Et præterea veniam ipſis deberi exiſtimatis,propter imbecillitatem conſilij, & facilem ad errorem prolapſionem, quæ in omnibus hominibus conſpiciatur. Sic ergo veterum omnium ſcripta legamus, vt in ijs iudicandis ſacram ſcripturam,veluti Lydium lapidem,adhibeamus.

Affirmatur etiam, ſeptem œcumenicarum Synodorum decreta, cum noſtra,de proceſſione Spiritus Sancti doctrina, pugnare. Quod ſanè nos videre non poſſumus.

Prima enim, Nicæna videlicet, docet : Spiri-

Πάλιν πρὸς Σεραπίωνα, ὁ αὐτὸς, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος: καὶ τότε ἀποκαλυφθή- β' Θεσ. β'.
σεται ὁ ἄνομος: ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς χριστὸς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. Πρὸς ὃ ῥητὸν, ἐν παλαιῷ μεγάλῳ χειρογράφῳ τῶν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου συνταγμάτων τεύχει, ὃ παρ' ἡμῖν ἐστι, σημείωσις παρεξεβλήθη παλαιὰ αὕτη. σημείωσαι, ὅτι τὸ ῥητὸν οὐ κεῖται νῦν οὕτως ἐν τῷ Ἀποστόλῳ: ἀλλ', ὃν ὁ κύριος ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ἔοικε δὲ, ὑπό τινων τὸ ἸΗΣΟΥ͂Σ ΧΡΙΣΤΟ`Σ ἐκβεβλῆσθαι, οὐκ οἶδ' ὅ, τι βουλομένων. Τοῦ δ' οὕτως ἐξ ἀρχῆς παρὰ τοῦ Ἀποστόλου γεγράφθαι, σημεῖον ἐναργὲς, τά τε ἐνταῦθα παρὰ τοῦ ἁγίου τούτου πατρὸς εἰρημένα: καὶ τὸ, ὁμοίως προενεγκεῖν τὸ ῥητὸν τοῦτο, τόν τε θεῖον Χρυσόστομον ἐν τῇ πρὸς Θεοδόσιον ἐπιστολῇ: καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, ἐν τῷ α. λόγῳ τῶν ἀσκητικῶν. Ἀλλὰ καὶ παρὰ ῥωμαίοις οὕτω κεῖται τὸ ῥητὸν, ἐν τῷ ὕφει τῆς θείας γραφῆς. Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ῥητὸν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐδέξατο: ἀλλ' οὐκ ἐπί τινος τῶν ἄλλων πνευμάτων. Ταῦτα μὲν, ἡ παρεκβολὴ ἐκείνη. Ἡμῖν δὲ, ὅπου φησὶν ὁ παρεκβαλών: ὑπό τινων τὸ Ἰησοῦς χριστὸς ἐκβεβλῆσθαι, οὐκ οἶδ' ὅ, τι βουλομένων: δοκεῖ, διὰ τοῦτο κακούργως ἐκβεβλῆσθαι: ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἕπεται, τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι: εἴπερ τὸ πνεῦμα τοῦτο, ἐστὶ τὸ πνεῦμα τοῦ στόματος Ἰησοῦ τοῦ χριστοῦ.

Ἀλλὰ περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἑλληνικῶν πατέρων, ἅλις: περὶ ὧν ἡμῖν, ὡς ἐλπίζομεν, τὴν αὐτὴν τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, ὡς ἄξιον τῆς ἐπιεικείας ὑμῶν, δώσετε: ἣν ὑμῖν αὐτοῖς περὶ αὐτῶν, τε δὴ καὶ τῶν Λατίνων, φθάσαντες συνεχωρήσατε: ἡνίκα τὸν Ἀλεξανδρείας Διονύσιον, Μεθόδιον, Πιέριον, Πάμφιλον, ἄλλους, τῆς ἀληθείας ἔστιν οὗ παρασυρῆναι εἴπατε: καὶ προσέτι συγγνώμης ἠξιώσατε, διὰ τὸ δειλὸν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς σφάλματα εὐόλισθον. οὕτως οὖν τὰ τῶν παλαιῶν βιβλία πάντων ἀναγνῶμεν: ὥστε ἐπὶ βασανισμῷ καὶ κρίσει αὐτῶν, τὰς θεοσδότους γραφὰς, ὡς μαγνησίαν λίθον, ἐπιφέρεσθαι.

Ἔτι δὲ φάσκετε, τὰς τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων ἀποφάσεις, τῇ ἡμετέρᾳ περὶ τῆς τοῦ πνεύματος προόδου μάχεσθαι. Τοῦτο δ' ἡμῖν οὐχὶ φαίνεται.

Ἡ μὲν γὰρ πρώτη (ἡ ἐν Νικαίᾳ τὸ πρῶτον συναχθεῖ-

συναχθεῖσα) διδάσκει· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξέρχεσθαι, καὶ ἴδιον εἶναι τοῦ υἱοῦ: ἀλλ᾽ οὐκ ἀρνεῖται, τὸ πνεῦμα μὴ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ προϊέναι. Οὐδὲ μὴν τότε ἀμφισβήτησις ἦν περὶ τοῦ, παρὰ τίνος ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα: ἀλλὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ χριστοῦ.

Spiritum ſanctum à Patre procedere, & Filij proprium eſſe: non autem negat, Spiritum ſanctum etiam à Filio procedere. Neq; tùm erat diſputatio de proceſſione Spiritus ſancti: ſed de diuinitate Chriſti.

Ἡ δὲ δευτέρα, φησὶ μὲν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι: οὐ διδάσκει δὲ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι.

Secunda Synodus dicit, Spiritum ſanctum à Patre procedere: nec tamen docet, à ſolo Patre procedere.

Ἡ τρίτη καὶ τετάρτη Συνόδοι, τὴν πρώτην (ἥτις ἡμῖν οὐκ ἀντιλέγει) κυροῦσαι ἱστᾶσιν.

Tertia & Quarta Synodus, primam Synodum (quæ nobiſcum non pugnat) confirmant.

Ἡ πέμπτη, ἕκτη, καὶ ἑβδόμη, οὐδὲν εἰδικῶς περὶ οὐδὲ τοῦ χρήματος διατρανοῦσιν: ἀλλὰ μόνον τὰς προλαβούσας ἐκείνας Συνόδους, ἀπαρασαλεύτους ὑπὸ πάντων φυλάττεσθαι παρεγγυῶσιν. Ἐξ ὧν δῆλον: ὅτι, εἰ καὶ οὐ διαρρήδην καὶ λεξικῶς, τὴν ἡμετέραν γνώμην αἱ εἰρημέναι Συνόδοι ἐξέφηναν: αὐτὴν ὅμως οὔτε ἀποβάλλονται, οὔτε ἀνασκευάζουσιν.

Quinta, Sexta, & Septima, nihil expreſſè de hoc negotio dicunt: ſed tantùm priores illas Synodos (quæ nobis non aduerſantur) ratas ab omnibus haberi volunt. Quare, tametſi prædictæ Synodi non expreſsis verbis noſtram ſententiam recitent: tamen eandem neq; reijciunt, neq; confutant.

Ἐπειδὴ τοίνυν, τούτων οὕτως ἐχόντων, πανάγιώτατε κύριε, τὰ παρ᾽ ὑμῶν μὲν ἐπ᾽ ἀναιρέσει τῆς ἡμῶν ὀρθοδοξίας προχειρισθέντα, οὐ πληροῖ τὰς ἡμῶν ψυχὰς, οὐδὲ τὰς ἡμετέρας συνειδήσεις ἀναπαύει: αἱ δ᾽ ἡμῶν πίστεις, ἃς ἐκ τῶν ἱερῶν ἁγίων ἀναντιῤῥήτων γραφῶν προυβαλόμεθα, οὐκ ἀνετράπησαν πω: ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν ὀρθαὶ ἵστανται: εὐέλπιδες τυγχάνομεν ὄντες, ὑμᾶς, κατὰ τὸ προῦχον τῆς χριστιανοπρεποῦς ἀγάπης ὑμῶν, οὐ δυσχερῶς οἴσειν: οὐδ᾽ ἀλόγιστον ἰσχυρογνωμοσύνην, ἢ αὐθάδειαν οὐδεμίαν, ἡμῶν καταγνώσεσθαι: ὅτι, ᾗ ὑμεῖς εἰσηγεῖσθε δόξῃ, συνθέσθαι καὶ ὑπογράψαι οὐ δυνάμεθα.

Cùm igitur, dilecti in Domino, ea, quæ à vobis ad refutandam noſtram ſententiam allata ſunt, noſtræ conſcientiæ non ſatisfaciant: noſtra verò argumenta, quæ literarum ſacrarum teſtimonio confirmauimus, nondum ſint euerſa: exiſtimamus, vos pro eximia veſtra humanitate, non in peiorem partem accepturos, aut nobis pertinaciam aliquam imputaturos, quòd ſententiæ veſtræ ſubſcribere non poſsimus.

Μᾶλλον μὲν οὖν ἀγαθὴ ἡμᾶς ἐλπὶς ἔχει: ὑμᾶς ταῦτα, ἅπερ κατὰ τὸ μέτριον ἡμῶν εὐσυνειδήτως οὕτως ἐγράψαμεν, σοφῶς καὶ ἀκριβῶς ἀνακρίνοντας καὶ βασανίζοντας, ποτὲ σὺν θεῷ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γνώμης γενήσεσθαι, ἡμῖν τε συμφρονήσειν: ἄλλως τε, καὶ ἡμῶν ἀμφοτέρων ἑκατέρωθεν, ἀληθινὴν, καὶ αἰώνιον τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου θεότητα συνομολογούντων: καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος,

ἐκ τοῦ

Speramus autem fore, vt ſi hæc, quæ pro noſtra mediocritate ſcripſimus, accuratè expenderitis, vt aliquando in ſententiam noſtram eatis: præſertim cùm vtrobiq; veram & æternam Spiritus ſancti diuinitatem confiteamur: & eiusdem Spiritus Sancti proceſsio à Filio,

Bb iiij ipſius

ipſius diuinitati nihil prorſus deroget, ſed eandem potiùs confirmet: & Patri nihil de ſua maieſtate decedat, etiamſi Spiritus ſanctus etiam à Filio (Patri conſubſtantiali) procedere credatur.

ἐκ τοῦ υἱοῦ προόδου, τὴν αὐτοῦ θείαν φύσιν κατ' οὐδὲν ὁτιοῦν ἐλαττούσης, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον βεβαιούσης: ἀλλὰ μὴν, οὐδὲ τῷ πατρὶ οὐδὲ τοὐλαχίστου ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης καὶ μεγαλειότητος ἀπογινομένου, ἀλλ' ὁλοτελῶς ἀκεραίου μενούσης: κἂν εἰ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κἀκ τοῦ τῷ πατρὶ ὁμοουσίου υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι πιστευθῇ.

DE LIBERO ARbitrio.

2. *Liberum arbitrium.* IN Articulo de libero Arbitrio, in eo vobis aſſentimur: quòd homo non violenter, & per modum coactionis, ad Deum conuertatur. Nouimus etiam, veras virtutes non eſſe ex complexionibus aut temperamentis hominum. Et veriſsimum eſt, quod aſſeritis: culpam eſſe ex electione & natura.

Sed in eo diſſentimus, quòd vos exiſtimatis: hominem habere non minùs vim & facultatem ad eligendum bonum, quàm ad eligendum malum. Sanè, ſi natura hominum in ſua illa prima integritate conſtitiſſet: liberam certè haberet electionem in bono non minùs, quàm in malo. Nunc verò, cùm tota hominis mens, per originis peccatum ſit deprauata: vt (teſte Moſe) *Gen. 6.* cuncta cogitatio cordis tantùm mala ſit, (vt in hebræis fontibus legitur) omni tempore: homo quidem ex ſe malum eligere poteſt, bonum verò eligere minimè poteſt. Loquimur autem nunc de ſpiritualibus rebus: quæ ad Dei gloriam, & æternam hominum ſalutem, ſpectant. Quòd enim ſcriptura aliquoties dicit, Deum proponere bonum & malum, vitam & mortem: *Syrach. 15.* & iubet, vtrum velimus, eligere: ex eo colligendum non eſt, hominem non renatum habere vim eligendi bonum aut malum. Dominus enim in lege ſua multa à nobis requirit, quæ præſtare non poſſumus. Requirit autem ea nihilominus: vt impotentiam, & naturæ noſtræ corruptionem, agnoſcamus: & ad miſericordiam Dei, in Chriſto Redemptore propoſitam, confugiamus.

Videamus

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΥ.

ΕΝ τῷ περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν κεφαλαίῳ ὁμολογοῦμεν μὲν μεθ' ὑμῶν: τὸν ἄνθρωπον οὐ βίᾳ, οὐδὲ ἀναγκαστικῶς, πρὸς θεὸν ἐπιστρέφεσθαι. Ἔτι, καὶ τοῦτο οἴδαμεν: τὰς ἀληθινὰς ἀρετὰς, οὐκ ἀπὸ συμπλοκῆς τῶν στοιχείων, ἢ τῆς ἐν ἀνθρώπῳ κράσεως, προβαίνειν. Καὶ ἀληθέστατα δὲ λέγετε: τὴν κακίαν ἐκ προαιρέσεως καὶ φύσεως εἶναι. β. Τὸ αὐτεξούσιον.

Ἐν ἐκείνῳ δὲ διαφωνοῦμεν, τῷ ὑμᾶς ὑπολαμβάνειν: τὸν ἄνθρωπον δύναμιν ἔχειν τοῦ αἱρεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἧττον, ἢ ἰσχὺν τοῦ τὸ κακὸν αἱρεῖσθαι. Καί τοι, εἰ μὲν τῇ πρώτῃ ἑαυτοῦ ἀκεραιότητι καὶ ἀγαθότητι, ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἐπέμεινε: πάντως ἂν αἵρεσιν ἔχοι τοῦ καλοῦ, οὐχ ἧττον, ἢ τοῦ φαύλου. Νῦν δὲ, ἐπεὶ σύνολος ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ ὁ νοῦς, ὑπὸ τῆς ἀρχῆθεν παραβάσεως λελώβηται: καὶ διέστραπται οὕτως, ὥστε (κατὰ μωσέα) σύμπασαν τῆς καρδίας ἔννοιαν, μόνον πονηρὰν εἶναι, (καθὼς ἐκ τῶν ἑβραΐδων τῆς γραφῆς πηγῶν ἀναγινώσκεται) καὶ τοῦτο, ἀνὰ πάντα χρόνον: δύναται μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ἄνθρωπος, τὸ πονηρὸν αἱρεῖσθαι: τῆς δὲ τοῦ ἀγαθοῦ αἱρέσεως, οὐδαμῶς κύριός ἐστι. Ταῦτα δὲ οὕτω λέγοντες, περὶ τῶν πνευματικῶν ἀποφαινόμεθα: ἃ πρὸς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, καὶ σωτηρίαν αἰώνιον τῶν ἀνθρώπων, βλέπει. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν οὗ γέγραπται: τὸν θεὸν παρατιθέναι ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ζωὴν καὶ θάνατον: κελεύειν τε, οὗ ἐὰν θέλωμεν, ἐκτείνειν τὴν χεῖρα: οὐ συλλογιστέον ἐντεῦθεν, ἄνθρωπον μὴ ἀναγεγεννημένον, δύναμιν ἔχειν αἱρέσεως ἀγαθοῦ, ἢ κακοῦ. Πολλὰ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐν τῷ ἑαυτοῦ νόμῳ ὁ κύριος ἀπαιτεῖ, ἃ ποιεῖν οὐ δυνάμεθα: ἀπαιτεῖ δὲ καὶ ὡς, ἵνα εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἡμετέρας ἀδυναμίας, καὶ φυσικῆς φθορᾶς, ἡμᾶς ἐνάγῃ: ἵνα λοιπὸν ἐπὶ τὸ θεῖον ἔλεος, ὃ διὰ τοῦ σωτῆρος χριστοῦ ἡμῖν προτείνεται, καταφεύγωμεν.

Γενέσ. ς.

Σειρ. ιε.

Σκεπτώ-

Σκεψώμεθα τοιγαροῦν ἐπιμελῶς τό: τί ἄνθρωπος (ἤτοι ἀναγεννήσεως μὴ τυχών, ἢ πνευματικῶς αὖθις ἀποθανών) εἰς ἑαυτοῦ ἐπιστροφήν, οἴκοθεν καὶ ἰδίᾳ ἰσχύϊ δύναται.

Εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς τῆς ὑμετέρας γνώμης ἐφικόμεθα: φάσκετε, τὴν θεοῦ χάριν, προηγεῖσθαι μέν, διὰ τὴν τοῦ κτίσματος καθ' ἑαυτὸ ἀδυναμίαν: ἕπεσθαι δέ, ἡγουμένης ἐκείνης, τὴν ἡμετέραν θέλησιν καὶ προαίρεσιν: διὰ τὸ ἡμᾶς μὴ ἐπαναγκαζομένην, ἀλλ' αὐτεξούσιον, ταύτην ἔχειν. Καί, τὸ μὲν πρότερον ἐκεῖνο, λέγεσθαι προηγούμενον ἀρεστότερόν τε θέλημα, καὶ εὐδοκίαν, ἐκ τοῦ θεοῦ ὄν: τὸ δὲ δεύτερον, καλεῖσθαι ἑπόμενον θέλημα, καὶ παραχώρησιν, ἐξ ἡμετέρας αἰτίας. Φρονεῖτε οὖν, ἄνθρωπον (καθ' ἑαυτὸν ἀσθενέστερον ὄντα, ἢ ὥστε πρὸς θεὸν ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐπιστρέφειν) πρῶτον μέν, θείᾳ χάριτι προηγουμένῃ κινεῖσθαι, ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι εἰς τὸ βέλτιον ῥέπειν: εἶτα δέ, προσγίνεσθαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου θέλησιν: τὸ καλὸν αἱρουμένην, καὶ ὡς ἀγαπητὸν διώκειν γινώσκουσαν: εἶναί τε ἐφ' ἡμῖν τοδὶ τὸ θέλημα: ὥστε δηλαδὴ τὸ παρατεθὲν καὶ δειχθὲν ἀγαθὸν ἑλέσθαι, ἢ ἀπωθεῖσθαι, δύνασθαι. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον, τὸ τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς αἴτιον, τῇ θελήσει ἡμῶν, τὸ ἀγαθὸν προαιρουμένῃ τοῦ πονηροῦ, ἀπονέμετε: ἅτε δυνηθείσῃ τὸ ἀγαθὸν ἢ αἱρεῖσθαι, ἢ ἀπορρίπτειν. Τοιγάρτοι, τῆς ἐπιστροφῆς ἡμῶν, ἀρχηγὸν μὲν τὸν θεὸν ποιεῖτε: συμπληρώτριαν δέ, τὴν ἀνθρωπείαν βούλησιν ἀποφαίνετε.

Videamus igitur diligenter, quid homo(aut non renatus, aut ſpiritualiter rurſus mortuus)ad conuerſionem ſuam, viribus ſuis efficere poſsit.

Si autem ſatis veſtram ſententiam aſſequimur, ſtatuitis: Gratiam quidem Dei præcedere, propter creaturæ per ſe impotentiam: ſequi autem, illa præcedente, noſtram voluntatem & electionem: quia hanc non coactam, ſed ſuæ voluntatis, habeamus. Et: illam priorem vocari præcedentem & potiorem voluntatem, & propenſam approbationem, eamq; eſſe ex Deo: alteram verò vocari conſequentem voluntatem & permiſsionem, cui nos cauſam præbeamus. Itaq; ſentitis, hominem (per ſe infirmiorem, quàm vt ad Deum conuerti ſuis viribus poſsit) primò per gratiam Dei præcedentem moueri, vt in meliorem partem inclinare incipiat: deinde, accedere hominis voluntatem, quæ eligat bonum: & ſtatuat, illud ſequendum & amplectendum eſſe: & hanc voluntatem, in noſtris viribus eſſe poſitam: vt videlicet bonum oblatum & oſtenſum eligere, aut reijcere valeamus. Et hoc modo, ſalutis noſtræ cauſa voluntati noſtræ, eligenti potiùs bonum, quàm malum, tribuitur: quippe quæ potuerit bonum vel eligere, vel reſpuere. Itaq; initium conuerſionis Deo tribuitis: eius verò complementum, voluntati humanæ adſcribitis.

Ἡμεῖς δὲ φρονοῦμεν, ἄνθρωπον (ἤτοι ἀναγεννήσεως ἀμοιροῦντα, ἢ πνευματικῶς πάλιν ἀποθανόντα) ἐπὶ τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιστρέφειν, οὐδὲν ὁτιοῦν ἐξ ἑαυτοῦ ἰσχύειν. Καὶ οὐ μόνον ἀναγκαῖον εἶναι, προηγεῖσθαι τὴν θεοῦ χάριν: ἀλλὰ καὶ ΜΟΝΗΝ αὐτήν, ὅλον ἐκεῖνο τὸ τῆς ἐπιστροφῆς ἔργον ἐπιτελεῖν. Ἀρνούμεθά τε, τῇ ἀνθρώπου θελήσει δύναμιν ἀφ' ἑαυτῆς εἶναι τοῦ αἱρεῖσθαι καλόν: ἕως ἂν ἤδη θεόθεν αὐτή, ἐπιστραφεῖσα καὶ ἀνακαινισθεῖσα τύχῃ. Ἐντεῦθεν, τὸν ἄνθρωπον, ὡς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιστροφήν, οὐ μόνον ἀσθενῆ φαμὲν εἶναι: ἀλλὰ καὶ οὐδὲν ὅλως δύνασθαι. Καὶ περὶ τὸ ἐπιστρέφειν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ πᾶν μόνῃ τῇ θείᾳ χάριτι, οὐδὲν δ' ἁπαξαπλῶς τῇ παρ' ἡμῶν δυνάμει, ἢ βουλήσει, προσάπτομεν.

At nos ſentimus, hominem (vel non renatum, vel rurſum ſpiritualiter mortuum) ad conuerſionem ſuam nihil prorſus viribus ſuis efficere poſſe. Et, non modò neceſſarium eſſe, vt gratia diuina præcedat: verùm etiam, vt ea ſola totum illud opus conuerſionis abſoluat. Et negamus hominis voluntatem ex ſuis viribus habere vim eligendi bonum: donec iam fuerit ipſa à Deo conuerſa, & renouata. Itaq; hominem in negotio conuerſionis ſuæ, non modò infirmum eſſe, ſed prorſus nihil poſſe, affirmamus. Et in conuerſione hominis omnia ſoli gratiæ diuinæ, nihil autem prorſus noſtris viribus, aut voluntati noſtræ, adſcribimus.

Vtra verò ſententia ſacræ ſcripturæ ſit magis conſentanea: perſpicuum erit, ſi gradus illos diligenter obſeruauerimus, per quos Dominus conuerſionem noſtram aggreditur, & abſoluit. Proponamus autem nobis hominem impium, qui diſſolutiſsimam vitam ducat, rurſum ad Chriſtum conuertendum. Huic oſtendendum erit, ipſius mentem eſſe deprauatam, vt mala velit, bona nolit: & inculcanda erit ei Lex diuina, qua non modò ipſius hominis prauitas innata, verùm etiam improbi ipſius mores, arguantur: & corporalia atq; æterna ſupplicia ipſi denuncientur. Hic, niſi Dominus Spiritu S. ſimul cor ipſius tetigerit, contemnet atq; ridebit iſtas admonitiones & minas: aut, vbi Sathan ipſi peccatum in conſcientia excitabit, (vbi dormire videbatur: vt eſt in Geneſi cap. 4.) & illud amplificabit, quantum ſit, & quantam iram Dei in ſe concitârit: homo ille in deſperationem ruet, atq; cum
Gen. 4. Caino dicet: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam mereat. Hæ ſunt vires hominis, ſibi relicti: horum alterutrum extremum homo ex viribus ſuis, ſine Spiritu ſancto poteſt. At ſi Spiritu S. (per miniſterium verbi Dei) cor illius verè motum, atq; ad ipſius obſequium reformatũ & renouatũ fuerit: tùm ex Lege Dei agnoſcet ſua peccata, ſeipſum accuſabit, ſibiipſi vehementer diſplicebit: & de ratione, qua eternam damnationem effugere, atq; cum Deo in gratiam redire poſsit, circumſpiciet. Hæ cogitationes non ſunt ex humanis viribus, ſed ex operatione Spiritus ſancti: qui per miniſterium Legis peccata
Ioan. 16. arguit, vt Chriſtus teſtatur: Arguet (inquit) mundum de peccato. Lex enim in
Rom. 3. eum finem (teſte Paulo) data eſt, vt ex ea peccata agnoſcantur. Hic eſt primus ad ſalutem gradus.

At non ſatis eſt, peccata agnoſcere: niſi etiam Chriſtum Redemptorem cognoſcat,

Ποτέρα δὲ γνώμη, μᾶλλον ταῖς ἁγίαις γραφαῖς ὁμολογεῖται: φανερὸν ἔσται, ἡμῶν μετ' ἐπιμελείας τοὺς βαθμοὺς παρατηρούντων: δι' ὧν τὴν ἡμῶν ἐπιστροφὴν, ὁ κύριος ἐπιχειρεῖ καὶ περαίνει. Προθώμεθα δὲ ἄνθρωπον ἀσεβῆ: εἰς ὑπερβολὴν μὲν ἀνειμένως καὶ πονηρῶς ζῶντα, πρὸς δὲ χριστὸν αὖθις ἐπιστρεπτέον. Τούτῳ δὴ δεικτέον ἐστὶ, αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐφθάρθαι οὕτως: ὥστε κακοῖς μὲν ἥδεσθαι, τὸ δὲ ἀγαθὸν ἀποβάλλεσθαι: καὶ τὸν θεῖον αὐτῷ ἐνηχητέον νόμον: τῷ μὴ μόνον τὴν ἔμφυτον αὐτοῦ διαστροφὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ πρακτικὸν αὐτοῦ κακόηθες, διελέγχεσθαι: κολάσεις τε, σωματικάς τε καὶ ἀϊδίους, αὐτῷ καταγγέλλεσθαι. Οὗτος δὲ, ἐὰν μὴ ἅμα τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ κύριος τῷ ἁγίῳ πνεύματι καθίκηται, καταφρονήσει, πλατέα γελῶν, τῶν παραινέσεων καὶ ἀπειλῶν ἐκείνων: ἢ, τοῦ σατανᾶ τὸ ἡμαρτημένον (τέως γε καθεύδειν δόξαν, κατὰ τὸ γενέσ. δ'.) διεγείραντος, καὶ ἐπὶ μεῖζον αὐξήσαντος, καὶ τὴν παρὰ θεοῦ κατ' αὐτοῦ ὀργὴν συνεκτραχύναντος: εἰς ἀπόγνωσιν ἐκπεσεῖται ὁ δείλαιος, μετὰ τοῦ Κάϊν λέγων: ὅτι μείζων ἡ πα- *Γενεσ. δ'.*
ρανομία μου, τοῦ ἀφεθῆναι αὐτήν. Ἴδε ἡ δύναμις ἀνθρώπου, ἴδε οἱ τόνοι, τοῦ θεόθεν μὲν ἐγκαταλειφθέντος, καθ' ἑαυτὸν δὲ γινομένου. Θάτερον τοῖν ἄκροιν τούτοιν, ἄνθρωπος ἐξ ἰδίας δυνάμεως, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου χωρισθεὶς, δύναται. Ἔμπαλιν δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ῥοπῆς (μέσου γινομένου τοῦ θείου ῥήματος) ἀληθῶς αὐτοῦ ἡ καρδία κεκινημένη, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτῷ ἀναπεπλασμένη κεκαινουργημένη τε, τύχῃ: τότε ἐκ τοῦ θείου νόμου ἐπιγνώσεται τὰς ἁμαρτίας ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ σφοδρῶς ἐγκαλέσει, σφόδρα ἑαυτῷ δυσαρεστήσει: καὶ τρόπον, ᾧ τὸ μὲν αἰωνίως κατακεκρίνεσθαι ἐκφεύξαιτ' ἂν, τῷ δὲ θεῷ πάλιν ἀποκαταλλαγείη ἂν, περισκοπήσεται. Οὗτοι οἱ λογισμοὶ, οὐκ ἀνθρωπίνης ἰσχύος ἀποτέλεσμά εἰσιν: ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ θείου πνεύματος ἐνεργείας ἐγγίνονται: ὃ διακονίᾳ τοῦ νόμου χρώμενον, τὰς ἁμαρτίας ἐλέγχει: ὥσπερ χριστὸς μαρτυρῶν, ἐλέγξει *Ιωάν. ις'.*
ὁ παράκλητος, φησὶ, τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας. Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ νόμος, κατὰ Παῦλον, ἐδόθη: ἵνα δι' αὐτοῦ ἐπίγνωσις ἁμαρτίας *Ρωμ. γ'.*
γένηται. Οὗτος μὲν, ὁ πρῶτος ἐπὶ σωτηρίαν βαθμός.

Οὐ μὴν ἀρκεῖ τὸ, τὰς ἁμαρτίας ἐπιγνῶναι, τῷ τάλανι ἁμαρτωλῷ: ἐὰν μὴ καὶ

τὸν

τὸν χριστὸν σωτῆρα ἐπιγνῷ. Μὴ γὰρ ἐπιγνω-
σθέντος, τελευτῶσα ἡ τοιάδε τῶν ἁμαρ-
τιῶν ἐπίγνωσις, εἰς ἀπόγνοιαν μεταβάλοι
ἄν. Ὅθεν ὁ Ἀπόστολος, τὸν βαρέως προσ-
β Κορ. β΄. πταίσαντα Κορίνθιον, ἀξιοῦσθαι χάριτος
καὶ συγχωρήσεως κελεύει: μή πως τῇ περισ-
Ἡσα. ξϛ΄. σοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ. Τῷ δὴ τὰς ἁμαρ-
τίας ἐπιγνόντι ἁμαρτωλῷ, καὶ τοὺς λόγους
Ἡσα. ξά. τοῦ θεοῦ τρέμοντι, τὸ περὶ χριστοῦ εὐαγγέλιον
παραθετέον: ἵνα ἡ συντετριμμένη αὐτοῦ
καρδία ἰαθῇ. Διδακτέος ὅγε, τὸν πατέρα
ἐπιθεῖναι τοῖς ὤμοις τοῦ υἱοῦ, πάντων ἡμῶν
τὰς ἀνομίας: αὐτὸν τραυματισθῆναι διὰ
Ἡσαΐ. νγ΄. τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ
ἡμεῖς ἰαθῶμεν. Δεικτέος αὐτῷ, ὁ ἀμνὸς τοῦ
θεοῦ, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. Ἐμ-
Ἰωάν. ά. φανιστέος ὁ ὑψωθεὶς ὄφις, τύπος χριστοῦ
Ἰωάν. γ΄. σταυρωθέντος γινόμενος: καὶ παραινετέον
τῷ μετανοοῦντι, τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς πίστεως
εἰς τὸν λυτρωτὴν χριστὸν ἐνατενίζειν, ὅπως
μὴ αἰωνίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ. Παραβλητέον
αὐτῷ τὴν τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου παραμυθίαν,
ά. Ἰωάν. ά. τήν: Τὸ αἷμα Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ θεοῦ, κα-
θαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.
Παρακτέον τὴν Πέτρου περὶ χριστοῦ μαρτυ-
Πραξ. ί. ρίαν, εἰπόντος: τούτῳ πάντες οἱ προφῆται
μαρτυροῦσιν: ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ
τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς
αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ τάδε πάντα, ἀνθρώπῳ παρα-
πεσόντι, καὶ αἰσθήσει τῆς ἀπὸ θεοῦ ὀργῆς ἐκ-
τεταραγμένῳ, συνεχῶς εἰς τὰ ὦτα λαλη-
τέον: ὅμως, μὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν
αὐτοῦ καρδίαν πλήττοντος, καὶ φωτίζον-
τος: ἐφ' ὅτῳ μὴ μόνον ἀληθῆ ταῦτα εἶναι
πιστεύσει: ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ χρῆσιν με-
τάξει, ἑαυτῷ προσάψει, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀλη-
θῶς παραμυθηθήσεται: πάντως αὐτῷ μά-
την ἐκεῖνα, καὶ εἰκῇ, λαληθήσεται. Πιστεύ-
σει γὰρ ὁ τοιοῦτος, αὐτὰ μὲν ἀληθεύειν πάν-
τα: μὴ μέντοι ἑαυτῷ μετεῖναι αὐτῶν: ὡς
μείζονα τῷ θεῷ προσκεκρουκότι, ἢ ὥστε
συγγνώμην ἐλπίζειν τολμᾶν. Ἐὰν δέ γε τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτοῦ τὴν καρδίαν, εἰς
ἀνάληψιν πεποιθήσεως ἐπὶ τὸν λυτρωτὴν
χριστὸν ἐξορμήσῃ, ἔν τε τῇ καρδίᾳ αὐ-
τοῦ, τὸ περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν εὐαγ-
γέλιον ἠχεῖν ποιήσῃ: τότε δὴ τότε οὗ-
τος, ὡσανεὶ ἐκ θανάτου ἀναβιώσεται:
χριστῷ

gnoſcat miſer ille peccator. Tandem enim
talis peccatorum agnitio(absq; Chriſti co-
gnitione) in deſperationem degeneraret.
Ideo Paulus iubet illum Corinthium, qui
grauiter lapſus fuerat, in gratiam recipi: 2.Cor.2
ne fortaſſe abundantiori triſtitia abſorbe-
retur. Proponendum eſt igitur peccatori
(qui peccata ſua agnoſcit, & ad ſermones Iſa.66.
Dei tremit)Euangelion de Chriſto,vt cor Iſa.61
ipſius contritum ſanetur. Docendum eſt,
quòd Pater Filio ſuo impoſuerit omnium
noſtrûm peccata: percuſſum eſſe ipſum Iſa.53.
propter delicta noſtra, vt nos liuore eius
ſanemur.

Monſtrandus eſt illi agnus Dei, qui Ioan.1.
tollit peccata mundi.Oſtendendus ſerpens Ioan.3.
exaltatus, typus Chriſti crucifixi: ac mo-
nendus, in Redemptorem Chriſtum ocu-
los fidei intendat: ne æterna morte mori-
atur. Proponenda illi conſolatio Apoſtoli 1.Ioan.1.
Ioannis, dicentis: Sanguis Ieſu Chriſti,
Filij Dei, emundat nos ab omni peccato.
Adducendum teſtimonium Petri de Chri- Act.10.
ſto,vbi inquit: Huic omnes Prophetæ te-
ſtimonium perhibent,remiſsionem pecca-
torum accipere per nomen eius omnes,
qui credunt in eum. Etſi autem hæc o-
mnia homini lapſo & ſenſu iræ Dei per-
turbato, ſedulò ſunt inculcanda: tamen
niſi Spiritus S. cor ipſius moueat, illumi-
net, atq; excitet: vt hæc non modò vera
eſſe credat, verùm etiam ad vſum ſuum
transferat, ſibi applicet, atq; ex ijs veram
conſolationem capiat: fruſtra profectò
hæc illi inculcabuntur. Et credet ille qui-
dem,vera eſſe omnia: ſed ad ſe nihil per-
tinere: vt qui Deum grauiùs offenderit,
quàm vt veniam ſperare audeat. At ſi Spi-
ritus S. cor eius (ad capiendam fiduciam
in Redemptorem Chriſtum) excitauerit:
atq; etiam in corde illi Euangelion de re-
miſsione peccatorum prædicauerit:tũ ve-
rò homo ille,tanquã ex morte reuiuiſcet:
ad

ad Chriſtum, thronum gratiæ accedet: & veniam omnium peccatorum ſuorum conſequetur. Quid in his omnibus hominis eſt, & non potiùs Spiritus ſancti? Homo enim ſuis viribus, & ſibi relictus, Deum fugere poteſt: ad Chriſtum accedere non poteſt. Sic enim Chriſtus inquit: [Ioan.6.] nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum. [Pſal.51.] Ideo Dauid orat: cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. [Ephe.2.] Paulus Apoſtolus docet: hominem ſua natura mortuum eſſe in delictis. Quare, vt homo mortuus nihil poteſt ad ſuam reſuſcitationem facere: ita neq; peccator ex ſuis viribus ſeſe ad Deum conuertere poteſt: ſed diuinitus eum à morte peccati excitari priùs oportet, quàm ille aliquid boni cogitare aut velle poſsit. [Ioan.15.] Sine me (inquit Chriſtus) nihil poteſtis facere. [Ibidem.] Niſi enim Chriſto per fidem inſiti ſimus: non poſſumus ferre fructum à nobis ipſis: ſed ſumus palmites aridi & ſteriles. [Ioan.3.] Quod enim ex carne natum eſt, caro eſt, inquit Chriſtus. Homo igitur carnalis non illuminatus à Spiritu S. peccare, & carnis concupiſcentias approbare & perficere poteſt: bonum (in rebus ſpiritualibus) eligere & velle non poteſt. [Rom.8.] Carnalis enim affectus voluntati & Legi Dei repugnat, vt Paulus teſtatur. [Rom.7.] Et natura ſumus ſerui peccati: nec liberi eſſe [Ioan.8] poſſumus, donec Filius nos liberauerit. Tùm autem demum illius liberationis participes fieri poſſumus, cùm in Chriſtum credimus. Credere autem in Chriſtum, non noſtrum eſt opus: ſed Dei donum & opus in nobis, iuxta illud Pauli: [Phil.1.] Vobis (inquit) donatum eſt, pro Chriſto, non ſolùm, vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. Quare (dilecti in Domino) tribuamus Deo gloriam: quòd ille ſolus ſit author noſtræ conuerſionis & ſalutis: neq;

χριστῷ τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος προσελεύσεται: ἀφέσεώς τε, ὧν ἡμαρτήκει, πάντων τεύξεται. Τί ἐν τούτοις πᾶσιν, ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὑπάρχει: καὶ οὐ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος κατώρθωται; ἄνθρωπος γὰρ ἑαυτῷ καὶ τῇ οἰκείᾳ ἰσχύϊ παραχωρηθεὶς, ἀνεξόρμητος ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὢν, θεὸν μὲν φεύγειν δύναται: χριστῷ δὲ προσέρχεσθαι οὐ δύναται. Φησὶ γὰρ διαῤῥήδην ὁ κύριος: ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς μέ: ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν. [Ἰωάν. ς.] Ἐνθένδε Δαβίδης προσεύχεται: Καρδίαν [Ψαλ. ν.] καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ θεὸς: καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Ὁ ἀπόστολος Παῦλος δηλοῖ: τὸν ἄνθρωπον, [Ἐφεσ. β.] τῇ ἰδίᾳ φύσει νεκρὸν εἶναι τοῖς παραπτώμασι. Τοιγαροῦν, ὥσπερ τεθνεὼς ἄνθρωπος, οὐδὲν δύναται πρὸς τὸ ἑαυτὸν ἀνιστάναι συνεισφέρειν: οὕτως οὐδὲ ὁ ἁμαρτωλὸς, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπὶ θεὸν ἐπιστρέφειν δυνατός: ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει ἀπὸ θανάτου ἁμαρτίας ἀναστῆναι χρείαν ἔχει: πρὶν ἂν αὐθόρμητος ἀγαθόν τι ἐνθυμεῖσθαι, ἢ βούλεσθαι, δύναται. Χωρὶς ἐμοῦ (φησὶ χριστὸς) οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. [Ἰωάν. ιε.] Μὴ γὰρ αὐτῷ διὰ πίστεως ἐμπεφυτευμένοι, οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν καρποφορεῖν ἀφ' ἑαυτῶν: [Αὐτόθι.] ἀλλὰ κλήματα τυγχάνομεν ὄντες ξηρὰ καὶ ἄκαρπα. Τὸ γὰρ ἐκ τῆς σαρκὸς γεγεννημένον, [Ἰωάν. γ.] σάρξ ἐστιν, ὥς φησι χριστός. Ἄνθρωπος οὖν σαρκικὸς, ἀφώτιστος ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὢν, ἁμαρτάνειν μὲν, καὶ τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας ἀποδέχεσθαι ἐξεργάζεσθαί τε, δύναται: καλὸν δὲ (ἔν γε τοῖς πνευματικοῖς) αἱρεῖσθαι, καὶ βούλεσθαι, οὐ δύναται: [Ῥωμ. η.] διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τῷ βουλήματι καὶ νόμῳ τοῦ θεοῦ μάχεται. Καὶ φύσει ἐσμὲν [Ῥωμ. ζ.] πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ δοῦλοι αὐτῆς: οὐδ' ἐλεύθεροι εἶναι δυνάμεθα, [Ἰωάν. η.] ἐὰν μὴ ὁ υἱὸς ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ. Τότε δὲ μόνον τῆς ἐλευθερίας μέτοχοι γίνεσθαι δυνάμεθα: ὅταν εἰς τὸν χριστὸν πιστεύσωμεν. Τὸ δὲ πιστεύειν εἰς αὐτὸν, οὐχ ἡμέτερόν ἐστιν ἔργον: [Φιλ. α.] ἀλλὰ θεοῦ χάρισμα καὶ ἔργον ἐν ἡμῖν, κατὰ τὸ Παύλου: ὅτι ὑμῖν ἘΧΑΡΊΣΘΗ τὸ ὑπὲρ χριστοῦ, οὐ μόνον ΤῸ ΕἸΣ ΑΥ̓ΤῸΝ ΠΙΣΤΕΎΕΙΝ: ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Διὰ δὴ ταῦτα, τιμιώτατε κύριε Πατριάρχα, ἠγαπημένοι ἐν χριστῷ θεοσεβείας σπουδασταὶ, δῶμεν τῷ θεῷ τὴν δόξαν: ὡς μόνῳ ἀρχηγῷ τῆς ἡμῶν ἐπιστροφῆς τε καὶ σωτηρίας ὄντι: μὴ δ'

ἐνταυθοῖ

ἐνταυθοῖ τι, κἂν ὁτιοῦν, τῷ ἡμετέρῳ θελήματι ἐπιγράφωμεν. Οὐχὶ αὕτη, πρὸς τὸ ἐπιστρέφειν ἄνθρωπον, τάξιν ἔχει ποιητικοῦ αἰτίου· οὐδαμοῦν ἂν φαῖεν αἱ γραφαί· ἀλλ' ὑποκείμενον καὶ ὕλη τυγχάνει ὄν· εἰς ὅ, διὰ μέσης τῆς τοῦ θείου ῥήματος διακονίας, ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα μὲν, ἐν τῇ ἀνθρώπου ἐπιστροφῇ, ὁ βαθμὸς σωτηρίας δεύτερος.

Θεωρῶμεν δὲ νῦν, πῶς τὰ ἀνθρώπου καὶ μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι ἔχει· ὅπου φανερὸν γενήσεται, ὡς ἐν τοῖς ἀναγεγεννημένοις ἐπεστραμμένοις τε, πάντα τὰ κατορθώματα τῷ θεῷ ἐπιγραπτέον εἶναι· ἀλλ' οὐκ εἰς ἄνθρωπον (ἐάν γ' ὀρθῶς τις σκοπήσῃ) ἀνοιστέον. Οὐ μὲν οὖν ἀρνησαίμεθ' ἄν, μὴ οὐκ ἔχειν τὸν ἤδη ἐπεστραμμένον δύναμιν, ὥστε θέλειν τὸ καλόν· λέγοντός γε τοῦ Παύλου, (Ρωμ. ζ.) ὅτι τὸ θέλειν παράκειταί μοι. Ἀκούωμεν μέντοι πάλιν τοῦ αὐτοῦ, τί ἐπιφέρει, περαίνων ὃ λέγειν ἤρξατο. Τὸ δὲ κατεργάζεσθαι, φησί, τὸ καλόν, οὐχ εὑρίσκω. Οὐ γὰρ, ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλ', ὃ οὐ θέλω κακόν, τοῦτο πράσσω. Ὢ τῆς ἀσθενείας τοῦ αὐτεξουσίου, κἂν τοῖς ἐπιστροφῆς κατηξιωμένοις. Θέλειν μὲν τὸ ἀγαθὸν δύναται ὁπωσδήποτε· κατεργάζεσθαι δ' αὐτὸ οὐ δύναται. Ἄγε δ' ἀκούωμεν περαιτέρω λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου περὶ τῆς δυνάμεως· ὁπόση εἰς τὸ ἀγαθὰ πράττειν, καὶ ἐν τοῖς παλιγγενεσίᾳ ἀνακαινωθεῖσι. (Αὐτόθι.) Συνήδομαι, φησί, τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου· καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Τὸ μὲν δὴ θέλειν τὸ καλόν, ἔχει ὁ ἐπεστραμμένος ἄνθρωπος· οὕτω μέντοι, ὥστε τῶν καλῶν πολλά, ἃ θέλοι ἄν, μὴ δύνασθαι κατεργάζεσθαι. Πόθεν δ' αὐτῷ, ἐπιστροφῆς ἤδη τετυχηκότι, ὑπάρχει· τὸ δύνασθαί τε θέλειν τὸ ἀγαθόν, καὶ δὴ καὶ δυνατῷ εἶναι κατεργάζεσθαί τι ἀγαθόν; Τοῦτο (Φιλ. β.) δὴ πάλιν τοῖς τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ῥήμασι, μᾶλλον ἢ τοῖς ἡμῶν, διατρανώσομεν. Ὁ θεός ἐστι, φησίν, ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ ΘΕΛΕΙΝ, καὶ τὸ ἘΝΕΡΓΕΙ͂Ν. Τί οὖν ἐν τούτοις πᾶσιν, ἡμέτερόν ἐστιν; Οὐδέν. Ὃ γὰρ θέλομεν ἀγαθόν, τοῦτο ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ· τό, ὅτι ἀγαθόν τι κατεργαζόμεθα, οὐχ οὕτως ἡμέτερόν ἐστιν ἔργον, ὡς τοῦ θεοῦ, ἐν ἡμῖν. Ὅτι δὲ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει· λίαν αὐτὴ μαρτυρεῖ ἡ πεῖρα. Οὐ γὰρ ἔφθη ὁ κύριος

τὴν

neq; noſtræ voluntati ea in re aliquid, quantulumcunq;, adſcribamus. Ea enim non habet in conuerſione hominis rationem cauſæ efficientis: ſed eſt materia ſubiecta, in quam Spiritus S. per miniſterium verbi Dei agit.

Videamus, chariſsimi, quomodo ſe res hominis etiam poſt conuerſionem habeant: & manifeſtum fiet, quòd etiam in renatis & conuerſis, tota laus Deo, non autem homini (ſi exactè negotium expendatur) debeatur. Negari quidem non poteſt, hominem iam conuerſum habere facultatem, vt poſsit velle bonum. Dicit enim (*Rom. 7.*) D. Paulus. Velle adiacet mihi. Sed audiamus rurſus Paulum, abſoluentem, quod dicere cœperat. Perficere autem (inquit) bonum, non inuenio. Non enim, quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo, malum, hoc ago. Quàm tenuis eſt hæc libertas voluntatis, etiam in conuerſis: quæ velle quidem bonum vtcunq; poteſt, perficere autem id non poteſt? Audiamus (*Ibidem.*) vlteriùs Paulum docentem, quantæ ſint vires ad bene agendum, etiam in renatis. Condelector (inquit) Legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam Legem in membris meis, repugnantem Legi mentis meæ: & captiuantem me in Lege peccati, quæ eſt in membris meis. Velle igitur habet homo conuerſus: ita tamen, vt multa bona, quæ velit, non poſſit perficere. Vnde autem iam conuerſus habet, vt poſsit velle bonum, & vt aliquid etiam boni perficere valeat? Id rurſus D. Pauli verbis, potiùs quàm noſtris, expri- (*Phil. 2.*) memus. Deus eſt (inquit Apoſtolus) qui operatur in vobis & VELLE & PERFICERE. Quid igitur in his omnibus noſtrum eſt? nihil. Quod enim bonum volumus, hoc Deus in nobis operatur: quod aliquid boni efficimus, hoc ipſum eſt non tam noſtrum, quàm Dei opus in nobis. Et ſanè rem ita ſe habere, experientia ipſa nimiùm teſtatur. Quàm primum

enim

enim Dominus, Spiritus ſancti ſui gubernationem nobis ſubtraxerit: in quæ ſcelera non præcipitamur? Dauid ruit in adulterium & homicidium. Petrus abnegat, & abiurat, ſeruatorem ſuum Chriſtum. At qui viri? Præſtantiſsimi certè: quorum vterq; renatus, & ad Chriſtum Meſsiam conuerſus fuerat. Itaq; homo Chriſtianus, quaſi puer paruulus, admodum imbecillis pedibus ambulat: quem pater manu ducit, ambulantem quidem vtcunq; ſed ita tamen, vt quàm primùm Pater manum ſuam retraxerit, mox puer in terram corruat. Quòd ſi homo iam à morte peccati reſuſcitatus, & ad Deum conuerſus, non poteſt ex ſeipſo bonum velle: deinde, ſi etiam Deo ipſius cor mouente, vt velit, non tamen (niſi agente Deo) valet illud perficere: quid poſſet præſtare nondum conuerſus, & adhuc morte peccati oppreſsus? Quòd igitur verbo Dei corda noſtra mouentur, ne diuinas cõminationes contemnant, id ex Deo eſt: quòd Euangelio credimus, ex Deo eſt: quòd iam ad Dominum conuerſi Lege Dei delectamur, ex Deo eſt: quòd aliquid boni perficimus, ex Deo eſt: Cum ne quidem idonei ſimus, cogitare aliquid boni ex nobis ipſis, tanquam ex nobis ipſis: ſed idoneitas noſtra ex Deo eſt. (2. Cor. 3) Hæc non eſſe de noſtro ingenio conficta: ex Scripturæ teſtimonijs, quæ produximus, haud dubiè intelligitis. Non ignoramus, ſanctos quoſdam Patres (præclara ſanè Eccleſiæ lumina, Chryſoſtomum & Baſilium) in quibuſdam locis, tantum tribuere viribus humanis, quantum vos etiam tribuendum putatis. Sed optimi illi viri (quod pace illorum dictum volumus) dum oſtendere ſtuduerunt, hominem non coactum peccare: dumq; Deum excuſare conati ſunt, ne videretur hominem iniuſtè damnare: longiùs aliquantò profecti ſunt, quàm oportuit. At illi non à nobis poſtulant, vt nimium ipſorum authoritati tribuamus. Quare hanc de viribus hominis doctrinam, Propheticam & Apoſtolicam, amplectamur, & firmiter retineamus, chariſsimi: quæ Deo perfectam laudem tribuit, eandem

τὴν ἐκ τοῦ ἁγίου ἑαυτοῦ πνεύματος χειραγωγίαν ἀντανελὼν ἀφ᾽ ἡμῶν: καὶ εἰς παντοῖα (τίνα γὰρ οὔ;) πονηρεύματα ἐξοκέλλομεν. Δαβίδης μὲν, μοιχείᾳ τε καὶ μιαιφονίᾳ μεμόλυνται: Πέτρος δὲ, ἠρνήσατο καὶ ἀπωμόσατο τὸν ἑαυτοῦ σωτῆρα χριστόν. Καίτοι, τίνες ἄνδρες; οὐ μὲν οὖν τῶν τυχόντων, ἀλλὰ τῶν ἐπιφανεστάτων: ὧν ἑκάτερος, ἀναγεννηθεὶς, κἀπὶ τὸν Μεσσίαν καὶ χριστὸν ἐπιστραφείς. Οὐκοῦν, ὁ χριστιανὸς ἄνθρωπος παιδίῳ μικρῷ ἔοικε, λίαν ἀσθενέσι ποδαρίοις περιπατοῦντι: χειραγωγίᾳ μὲν τοῦ πατρὸς βαδίζοντι ὁπωσοῦν: εὐθέως δὲ, τοῦ πατρὸς ἀπ᾽ αὐτοῦ τὴν χεῖρα ἐξελόντος, χαμαὶ καταπίπτοντι. Εἰ δ᾽ ἄνθρωπος, ἤδη τοῦ θανάτου τῆς ἁμαρτίας ἀναστὰς, κἀπὶ θεὸν ἐπιστραφεὶς, οὐ δύναται αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ καλὸν θέλειν: εἶτα δὲ, καίπερ τοῦ θεοῦ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς τὸ θέλειν κινοῦντος, ὅμως, μὴ ἐνεργοῦντος τοῦ θεοῦ, κατεργάζεσθαι αὐτὸ ἀδυνατεῖ: τί ποιήσειεν ἂν ὁ μήπω ἐπιστραφεὶς, καὶ ἔτι ὑπὸ τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον ὤν; ἰδοὺ, ὁ τρίτος βαθμός. Τὸ τοίνυν τὰς ἡμῶν καρδίας κινεῖσθαι, ἐπὶ τὸ μὴ καταφρονεῖν τῶν θείων ἀπειλήσεων, τοῦτο ἐκ θεοῦ ἐστι: τὸ πιστεύειν ἡμᾶς τῷ εὐαγγελίῳ, ἐκ θεοῦ ἐστι: τὸ ἡμᾶς ἤδη πρὸς κύριον ἐπιστρέψαντας τῷ θεοῦ νόμῳ τέρπεσθαι, ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι: τὸ κατεργάζεσθαί τι τῶν καλῶν, ἐκ θεοῦ ἐστιν: ἡμῶν, οὐχ ὅτι ἱκανῶν ὄντων, ἀφ᾽ ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν: ἀλλὰ τῆς ἱκανότητος ἡμῶν, ἐκ τοῦ θεοῦ οὔσης. (β΄. Κορ. γ΄.) Ταῦτα δὲ, οὐκ εἶναι τῆς ἡμετέρας διανοίας πλάσματα: ὑμῖν, ἐξ ὧν γραφικῶν προὐχειρισάμεθα μαρτυριῶν, φανερὸν δήπου. Οὐ μὲν λανθάνει ἡμᾶς: τῶν ἁγίων τινὰς πατέρων, καὶ θαυμασίους γε τῆς ἐκκλησίας φωστῆρας, Χρυσόστομον καὶ Βασίλειον, τοσοῦτόν που νέμειν τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑκουσίῳ: ὅσον καὶ ὑμεῖς νεμητέον νομίζετε. Ἰστέον δὲ, τοὺς ἀρίστους ἐκείνους (καὶ μηδεμία διὰ τοῦτο, παρακαλοῦμεν, ὀργὴ γένοιτο) βουληθέντας δεῖξαι, τὸν ἄνθρωπον, μὴ ἀναγκασθέντα ἁμαρτάνειν: καὶ τοῦ θεοῦ ὑπεραπολογεῖσθαι πειραθέντας, ὅπως μὴ δόξειεν ἀδίκως τοῦ ἀνθρώπου κατακρίνειν: περαιτέρω πως τοῦ δέοντος προβῆναι. Οἱ δ᾽ οὐκ αἰτοῦσιν ἡμᾶς: πλεῖον, ἢ δεῖ, τοῦ ἀξιώματος αὐτῶν ἀπαρτᾶσθαι. Τοιγαροῦν, ταυτηνὶ περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν διδαχὴν ἀσπασώμεθα, ἁγιώτατε αἰδεσιμώτατε κύριε, προφητικὴν καὶ ἀποστολικὴν οὖσαν: καὶ στερρῶς αὐτῆς ἀντεχώμεθα: ἥτις, τῷ θεῷ μὲν τελείαν δόξαν καὶ τιμὴν ἀπονέμει:

ἡμῖν δὲ, τοῖς δυστήνοις ἀνθρωπαρίοις, ἀφαιρεῖ. Μὴ γὰρ φοβηθῶμεν· μὴ οὑτωσὶ φρονοῦντες, πέρα τοῦ μετρίου ἑαυτοὺς ἔναντι τοῦ παντοκράτορος ταπεινώσωμεν· πλείονα δῆθεν αὐτῷ, ἢ προσήκει, τιμὴν προσάπτοντες.

ΠΕΡῚ ΤΗ͂Σ ἘΚ ΠΊΣΤΕΩΣ δικαιοσύνης, καὶ ἀγαθῶν ἔργων.

γ΄. Δικαιοσύνη ἡ ἐκ πίστεως, καὶ ἀγαθὰ ἔργα.

Σφόδρα ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἴπερ τι πώποτε ἄλλο· ἡμᾶς ἐπιμελῶς ζητεῖν, καὶ πληροφορεῖσθαι ἐκ παντὸς τρόπου, περὶ τοῦ, πῶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δικαιούμεθα· ἵνα τὴν ἀληθινὴν ἐκείνην δικαιοσύνην λάβωμεν· ᾗ ὡπλισμένοι, ἔμπροσθεν τῆς ἐπὶ θεοῦ κρίσεως ἀμετακινήτως ἂν ἱσταίμεθα. Τοὺς γὰρ ὑπὸ θεοῦ δικαιωθέντας, οὐδεὶς κατακρίνειν δυνήσεται· ὡς ἐν τῇ τῆς πρὸς ῥωμ. κεφαλ. η΄. ὁ Ἀπόστολος μαρτυρεῖ. Καὶ δικαιωθέντες ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν, ῥωμ. ε΄.

Ἐν τῷδε δὴ τῷ περὶ τῆς δικαιώσεως ἄρθρῳ, πολλὰ τέθειται παρ' ὑμῶν· ἃ καὶ παρ' ἡμῖν ἔξω πάσης ἀμφισβητήσεως κεῖται· ὧν βραχεῖαν νῦν ἀνάμνησιν ποιησόμενοι, ἔπειτα, πῇ διαφωνοῦμεν, θεωρήσομεν.

Οὐδεὶς δισταγμὸς, μὴ οὐ πᾶσαν ἡμᾶς σπουδὴν ποιεῖσθαι ὀφείλειν· ὅπως μὴ μόνον ἔξωθεν σεμνῶς, πρὸς τὰς θεοῦ ἐντολὰς ζήσωμεν· ἀλλ' ἄρα καὶ, ὅπως ἔσωθεν εὐπειθῶς πρὸς αὐτὸν πολιτευσόμεθα· τῷ θείῳ νόμῳ καὶ πνευματικῶς τὸ ἱκανὸν ἀποτίσαι σπουδάζοντες· τοῦ οὐχ ὅπως τὰς πράξεις καὶ λόγους ἡμῶν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῆς καρδίας κινήματα, τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ (πνευματικῷ γε ὄντι, καὶ πνευματικῶς νοεῖσθαι ὀφείλοντι) ἀντιβαίνειν. Εἰς τοῦτο γὰρ ἀνακτέον τὰς πολλὰς ἐκείνας, ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἀγαθοεργεῖν διεγειρούσας, τῶν θείων Ἀποστόλων παραινέσεις. Ἀσμένως τε ὁμολογοῦμεν, ἐκείνους οὐκ εἶναι υἱοὺς θεοῦ, τοὺς καλὰ ἔργα μὴ ποιοῦντας. Προσομολογοῦμεν δ' ἔτι, οὐκ ἀπὸ κενοδοξίας, ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ἀγαθὰ ἔργα παρεκτέα εἶναι· ἀλλὰ δόξῃ θεοῦ, καὶ ὠφελείᾳ τοῦ πλησίον, τὰς ἀρετὰς ὑπηρετῆσαι δεῖν. Ἔτι, ἀναντίρρητον, καθημέραν ἀληθινῇ θεοσεβείᾳ προκοπὰς, οἵαι μὴ εὐκαταφρόνητοι, φιλοπόνως ποιητέον εἶναι. Πρὸς τούτοις διδάσκομεν, τὸν ἀνθρώπινόν τι παθόντα, κἂν τινι παραπτώματι προληφθέντα, μετάνοιαν, ἵνα τῷ θεῷ διαλλαγῇ, ποιεῖσθαι χρῆναι· καὶ φυ-

eandem verò nobis miſeris homuncionibus adimit. Neq; enim metuamus, hac ratione futurum: vt nos nimiùm coram Deo humiliemus, & Deo plus honoris, quàm oportet, tribuamus.

DE IVSTICIA FIDEI, & bonis operibus.

Valde neceſſarium eſt, vt diligenter inquiramus, & certi ſimus, quomodo coram Deo iuſtificemur: vt veram illam iuſtitiam apprehendamus, qua coram Dei iudicio ſubſiſtere valeamus. Qui enim à Deo iuſtificati ſunt, eos nemo condemnare poterit: vt Apoſtolus teſtatur Rom. 8. Et iuſtificati fide, pacem habemus erga Deum. *3. Iuſticia Fidei, & bona opera.*

In hoc autem articulo de Iuſtificatione, multa à vobis recitantur: quæ apud nos etiam extra omnem controuerſiam ſunt poſita: quæ breuiter recitabimus: deinde, vbi ſit diſſenſio, videbimus.

Non dubium eſt, quin ſummo ſtudio in id incumbere debeamus: vt non modò externam honeſtam vitam, iuxta mandata Dei, ducamus: verùm etiam, vt internam Deo obedientiam præſtemus, & ſpiritualiter etiam legi diuinæ ſatisfacere ſtudeamus: vt non modò opera & ſermo, verùm etiam cordis cogitationes legi diuinæ (quæ ſpiritualis eſt, & ſpiritualiter intelligi debet) non repugnent. Huc enim referendæ ſunt tot Apoſtolorum cohortationes, quib. ad bona opera facienda nos excitãt. Et libenter fatemur, eos non eſſe Filios Dei, qui bona opera non faciant. Fatemur etiam, bona opera non ex ambitione, aut alia tali de cauſa, facienda: ſed ad gloriam Dei, & vtilitatem proximi, dirigenda eſſe. Præterea, certum eſt, in eo elaborandum: vt indies in vera pietate progreſſus non pœnitendos faciamus. Docemus etiam, ſi quis humani aliquid paſſus atq; peccato præoccupatus fuerit: pœnitẽtiam eſſe agendam, vt Deo reconcilietur:

 &

& cauendum in poſterum diligentiùs, ne peccatum nobis dominetur. Et ſæpe noſtris auditoribus inculcamus, Fidem, quam non ſequuntur bona opera, non eſſe veram fidem. Non enim eſt bona arbor, quæ non gignit bonos fructus. Et talem fidem, vnde non prodeunt bona opera, Deo placere negamus: quemadmodum etiam opera, ſine fide Deo diſplicere, vnà vobiſcum aſſerimus. Sed & Fidem, & Spem, & charitatem, indiſſolubili vinculo coniungimus. Et Chriſtianum eum eſſe nõ credimus, qui horum vno careat. Sine fide enim Deo placere, impoſſibile eſt, vt Apoſtolus teſtatur Heb. *11.* Sine ſpe nemo ſaluus eſſe, aut deſperationis malum effugere poteſt. Et, ſi quis non modò hominum, verùm etiam Angelorum, linguis loqueretur: charitatem autem non haberet: quid is eſſet, niſi vel æs ſonans, vel cymbalum tinniens: vt Apoſtolus docet *1.* Cor. *13*?

Certum eſt etiam, ex operibus deprehendi poſſe, (quouſq; tamen hominis iudicium de homine protenditur) qui'nam ſint illi, qui fide coram Deo ſunt iuſtificati: quemadmodum ex bonis fructibus arborem bonam eſſe colligimus. Voluit etiam hoc D. Iacobus contendens hominem operibus iuſtificari. Nam ſi eius verba, κατὰ τὸ ῥητὸν intelligi deberent: è diametro cum Paulinis ſcriptis pugnarent. Nam nec fidei, nec Iuſtificationis vocabulo, ea ſignificatione eſt vſus, qua Apoſtolus ijs vtitur. Cùm autem in diuinis, talis ſententiarum diſcrepantia nunquam conſpiciatur: nec D. Iacobus, deprauatæ ſententiæ Paulinæ inſimulari debeat: dubium non eſt, eum refellere voluiſſe hypocritas, quibus qualiſcunq; notitia hiſtoriæ Chriſti, fides videbatur. Et præterea fidem abſq; operibus iactabant. Horum ergo errorem correcturus D. Iacobus, oſtendit: Si ea fides iactetur, quæ in ſola hiſtoriæ notitia conſiſtat, non eos plus profeciſſe: quàm Diabolos, qui & ipſi iſta nouerint.

Deinde,

καὶ φυλάττεσθαι μεταποιοῦνται σπουδαιότερον, ὅπως μὴ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλευθῶμεν. Ἀλλὰ καὶ πολλάκις τοῖς ἀκροαταῖς ἡμῶν ἐπιβοῶμεν: τὴν μὴ ἑπόμενα ἔχουσαν καλὰς πράξεις καὶ ἔργα, οὐκ εἶναι ἀληθῆ πίστιν. Πῶς γὰρ ἂν ἀγαθὸν εἴη δένδρον, τὸ μὴ ποιοῦν καλὸν καρπόν; Καὶ τὴν οὕτως ἄκαρπον ἀρετῶν μένουσαν πίστιν, οὔ φαμεν ἀρέσκειν τῷ θεῷ: καθάπερ δὴ καὶ τὰ χωρὶς πίστεως ἔργα, ἀπαρέσκειν αὐτῷ, μεθ' ὑμῶν ἰσχυριζόμεθα. Ναὶ μὴν, καὶ πίστιν, καὶ ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην, ἀλύτῳ τινὶ δεσμῷ συνάπτομεν: οὐδὲ χριστιανὸν εἶναι πιστεύομεν, τὸν ἑνὸς τούτων ἀμοιροῦντα. Χωρὶς γὰρ πίστεως, ἀδύνατον, εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ: κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου Ἑβρ. ιά ῥηθέν. χωρὶς δ' ἐλπίδος οὐδεὶς σώζεσθαι, ἢ τὸ τῆς ἀπογνώσεως κακὸν ἐκφεύγειν, δυνατός. Καὶ, εἴ τις γλώσσαις, οὐ μόνον ταῖς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν Ἀγγέλων, λαλήσειεν: ἀγάπην δὲ μὴ ἔχοι: τί ὁ τοιοῦτος ἂν εἴη, ἀλλ' ἢ χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον: ὡς ά. Κορ. ιγ. γέγραπται;

Ἀλλὰ καὶ πιστὴ ἡ δόξα, ἡ λέγουσα: ἐκ τῶν ἔργων καταληπτὸν εἶναι, (ἐφ' ὅσον μέντοιγε, ἀνθρωπίνῃ κρίσει περὶ ἀνθρώπου γινώσκειν, ἐφικτὸν) τίνες εἰσὶν οἱ πίστει ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δεδικαιωμένοι: καθάπερ δὴ καλοῖς καρποῖς, δένδρον ἀγαθὸν τεκμαιρόμεθα. Ἠβουλήθη τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος: διατεινόμενος, ἄνθρωπον ἔργοις δικαιοῦσθαι. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸ ῥητὸν, τὰ ῥήματα αὐτοῦ νοηθῆναι δέοι: ἐκ διαμέτρου τοῖς ὑπὸ Παύλου γεγραμμένοις μάχοιντ' ἄν. Οὔτε γὰρ τῷ, πίστις, οὔτε τῷ, δικαιοσύνη, ὀνόματι, κατὰ τὴν αὐτὴν τῷ Παύλῳ σημασίαν ἐχρήσατο. Ἐπεὶ δὲ τοῖς θείοις, οὐδαμοῦ τοιαύτη τις τῶν ἐννοιῶν διαφωνία καὶ μάχη ἐνορᾶται: οὐδὲ τοῦ ἀδελφοθέου κατηγορῆσθαι, ὡς τὴν Παύλου ἔννοιαν διαφθείραντος, εὐπρεπές ἐστιν: ἀναμφίβολον ὑπάρχει, αὐτὸν ἀνασκευάσαι θελῆσαι τὴν κακοδοξίαν τῶν ὑποκριτῶν: οἳ ἐνόμιζον, τὴν οἱανδηποτοῦν τῆς τῶν χριστοῦ ἱστορίας εἴδησιν, πίστιν εἶναι: καὶ προσέτι, ἀεργόν τινα πίστιν ἐκαυχῶντο. Τουτωνὶ οὖν τὴν πλάνην διορθούμενος ὁ ἅγιος, δείκνυσιν: αὐτοὺς, ἐὰν τῇ τῆς ἱστορίας μόνῃ πίστει ἐγκαυχήσωνται, οὐδὲν πλέον προκόψαι τῶν δαιμονίων, εἰδότων καὶ αὐτῶν τὰς τοῦ χριστοῦ πράξεις καὶ παθήματα.

Εἶτα

Εἶτα δὲ, μάταιον εἶναι καύχημα, τὸ πίστει ἔργων λειπομένη συσεμνύνεσθαι. Μᾶλλον μὲν οὖν τοῦτο πράττειν δεῖν: ὅπως ἐκ τῶν καρπῶν τὸ δένδρον γνωσθήσεται: ἥ τε δικαιοῦσα πίστις, ἡ τῇ καρδίᾳ ἐγκεκρυμμένη, προδήλῳ καλῆς συνειδήσεως δικαιοσύνῃ μετρηθήσεται: ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ζῶν ἄνθρωπον, ἐκ τῆς ἀναπνοῆς αὐτοῦ γινώσκεται. Ἃ δὴ καὶ περιφανῶς ἐκ τῶν τοῦ Ἀποστόλου ῥημάτων ὁρᾶται. ΔΕΙ͂ΞΌΝ μοι, φησὶ, τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου: κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. Προβάλλει καὶ τὸν θεῖον Ἀβραάμον εἰς ὑπόδειγμα: ὃν οὕτως ἑτοίμως τῷ κυρίῳ ὑπηρετεῖν ἐσχηκέναι: ὥστε μηδὲ τοῦ μονογενοῦς ἂν φείσασθαι: ἐξ οὗ τὴν πίστιν αὐτοῦ δοκιμασθῆναι, καὶ φανερὰν καταστῆναι.

Ἔμπαλιν δ᾽ αὖ, ὅτε περὶ δικαιοσύνης ὁ μακάριος Παῦλος λέγει: ἄλλο πρᾶγμα μεταχειρίζεται. Ζητεῖ γὰρ ὅγε, οὐχὶ, ᾧ ἂν τρόπῳ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων δίκαιοι φανῶμεν: ἀλλὰ, πῶς ἂν τῷ θεῷ καταλλαγῶμεν: ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῖν ἀφῇ, ἡμᾶς ἑαυτῷ υἱοὺς ποιήσηται, καὶ τῆς οὐρανίου βασιλείας κληρονόμους γράψῃ. Τοῦτο γὰρ σημαίνει παρὰ τῷ θείῳ ἀνδρὶ τὸ δικαιοῦσθαι: ὅταν δηλονότι οὐ λογίσηται ἡμῖν, ἅπερ ἂν ἡμαρτηκότες ὦμεν, ὁ θεός: ἀλλὰ δικαίους ἐνώπιον ἑαυτοῦ ἡγήσηται. Εἰς τοῦτο γοῦν φέρει τὸ Ρωμ. δ΄. κείμενα. Δαβίδ, φησι, λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου: ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην, χωρὶς ἔργων. Μακάριοι, ὧν ἀφείθησαν αἱ ἀνομίαι: καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Γινώσκομεν οὖν μετὰ τοῦ Παύλου: ἄνθρωπον, δίκαιον κρίνεσθαι καὶ λογίζεσθαι ἐναντίον τοῦ θεοῦ: ἐφικνεῖσθαι ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, καὶ ζωῆς αἰωνίου, διὰ πίστεως: ᾗ πιστεύομεν πεποίθαμέν τε, τὸν χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκπληρῶσαι τὸν νόμον: καὶ τῷ ἰδίῳ πάθει τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπαλεῖψαι: καὶ δὴ διὰ πίστεως μόνης, δίχα ἔργων τοῦ νόμου: εἴτε ἔσωθεν καὶ πνευματικῶς ἐνεργουμένων, εἴτε ἔξωθεν ἀποδεικνυμένων. Ἥτις ἡμῶν γνώμη, περιφανεστάταις καὶ βεβαιοτάταις ἐκ τῶν γραφῶν μαρτυρίαις ἐπερήρεισται. Οὑτωσὶ γὰρ τοῖς ἐν Πισιδίᾳ Ἀντιοχεῦσι, περὶ χριστοῦ ἐδημηγόρησεν ὁ μακάριος Παῦλος, Πράξ. ιγ΄. Γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί: ὅτι διὰ τούτου (Ἰησοῦ) ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται: καὶ

Ψαλ. λά.

Deinde, vanam eſſe gloriationem, quæ fidem abſq; operibus commendet. Itaq; hoc agendum eſſe, vt ex fructibus arbor agnoſcatur: & fidem iuſtificantem, quæ in corde lateat, ex iuſticia bonæ conſcientiæ æſtimandam eſſe: ſicut & vita hominis, ex reſpiratione eius agnoſcatur. Quæ ſanè luculenter ex verbis Apoſtoli cernuntur. OSTENDE mihi, inquit, fidem tuam ex operibus tuis: & ego oſtendam tibi fidem meam ex operibus meis. Affert etiam exemplum obedientię Abrahami: qui ita paratus ad obſequium Domini fuit, vt ne filio quidem eſſet parſurus: qua ex re fides eius probata, & declarata fuerit.

Sed quando Paulus de Iuſtificatione docet, alia res agitur. Quæritur enim, non, quomodo coram hominibus iuſti appareamus: ſed, qua ratione Deo reconciliemur, vt nobis peccata condonet, nos pro filijs ſuis agnoſcat, & hæredes regni cœleſtis ſcribat. Hoc enim ſignificat D. Paulo Iuſtificari: quando videlicet peccata noſtra non imputantur nobis, ſed iuſti coram Deo cenſemur. Itaq; ad Romanos in hanc ſententiam ſcribit: Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus imputat Iuſticiam ſine operibus. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, &c. Sentimus igitur vnà cum Paulo, Hominem, iuſtum cenſeri & reputari coram Deo, conſequi remiſsionem peccatorum & vitam æternam, per fidem: qua credimus atq; confidimus, Chriſtum pro nobis legem perfectè impleuiſſe, & peccata noſtra, ſua paſsione expiâſſe: & quidem ſola fide, ſine operibus legis: ſiue ea interna ſint, & ſpiritualia, ſiue externa. Et hæc ſententia noſtra, clariſsimis & firmiſsimis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs nititur. Sic enim D. Paulus Antiochenis in Piſidia eſt concionatus de Chriſto. Notum ſit vobis, viri fratres: quòd per hunc (Ieſum) vobis remiſsio peccatorum annunciatur: &

Pſal. 32.

& ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moſis iuſtificari. In hoc (Chriſto) omnis,qui credit,iuſtificatur,Actor. *13.* De Chriſto Petrus ſic ait: Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum, Actor.*10.* Chriſtus de ſe ipſo ad hunc modum loquitur: Sic Deus dilexit mundum: vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, Ioan.*3.* Quin etiam Paulus opera legis (qualiacunq; illa ſint) à Iuſtificatione fidei excludit, dicens: Arbitramur, iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legis, Rom.*3.* Quid poteſt clarius dici? Videtis,chariſsimi,Paulum tribuere fidei,quòd hominem iuſtificet. Videtis,Petrum tribuere fidei,quòd homini remiſsionem peccatorum conferat. Videtis, Chriſtum tribuere fidei,quòd vitæ æternæ nos participes faciat. Videtis, D. Paulum opera Legis (abſq; vllo diſcrimine ſpiritualium & carnalium operum) à Iuſtificationis negotio excludere. Et, cùm Paulo ſaluari, & iuſtificari, idem ſint, (quemadmodum ex loco ſuprà de hominis beatitudine allato manifeſtum eſt) videamus, quàm perſpicuè ter maximus ille Apoſtolus ſalutem omnibus operibus deroget, ſoli verò fidei adſcribat. *Eph.2.* Gratia Dei ſaluati eſtis (inquit Paulus) per Fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Hæc eſt noſtra ſimpliciſsima ſententia de Iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo.

καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι. ἘΝ ΤΟΎΤΩι (τῷ χριστῷ) ΠᾶΣ Ὁ ΠΙΣΤΕΎΩΝ δικαιοῦται. Καὶ ι. πράξ. περὶ χριστοῦ Πέτρος, τούτῳ, φησὶ, πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν: ἌΦΕΣΙΝ ἉΜΑΡΤΙῶΝ ΛΑΒΕῖΝ διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ΠΆΝΤΑ ΤῸΝ ΠΙΣΤΕΎΟΝΤΑ εἰς αὐτόν. Ὁμοιοτρόπως περὶ αὑτοῦ χριστὸς Ἰωάν. γ΄. Οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον: ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν: ἵνα ΠᾶΣ Ὁ ΠΙΣΤΕΎΩΝ εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται: ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Ἀλλὰ δὴ καὶ Παῦλος, τὰ τοῦ νόμου ἔργα, ὁποιαοῦν ἂν ὄντα τύχῃ, τῆς διὰ τοῦ πιστεύειν δικαιοσύνης ἀποκλείει, λέγων Ρωμ. γ΄. Λογιζόμεθα, πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, ΧΩΡῚΣ ἜΡΓΩΝ ΝΌΜΟΥ. Τί σαφέστερον καὶ λαμπρότερον ἂν τούτων λέγοιτο; Ὁράτω, τιμιώτατε κύριε, ἡ ἁγιότης σου, ἀπονέμοντα Παῦλον τῇ πίστει τὸ, ὅτι δικαιοῖ. Ὁράτω, Πέτρον τῇ πίστει ἀπονέμοντα τὸ, ὅτι ἁμαρτιῶν ἄφεσιν ἀνθρώπῳ δίδωσιν. Ὁράτω, χριστὸν ἀπονέμοντα τῇ πίστει τὸ, ὅτι ζωῆς αἰωνίου ἡμᾶς μετόχους ποιεῖ. Ὁράτω, Παῦλον τὰ νομικὰ ἔργα, εἴτε πνευματικὰ, εἴτε σαρκικὰ, ἀδιαφόρως, τοῦ τῆς δικαιώσεως χρήματος ἀπείργοντα. Καὶ ἐπειδὴ παρὰ Παύλῳ ταὐτόν ἐστι, τό, τε σώζεσθαι, καὶ τὸ δικαιοῦσθαι, (καθάπερ ὁ προειρημένος περὶ μακαρισμοῦ ἀνθρώπου τόπος δείκνυσι) βλέπωμεν τὸν τρισμέγιστον Ἀπόστολον τοῦτον: μεθ' ὅσης σαφηνείας, τὸ δικαιοῦσθαι, πάντων μὲν τῶν ἔργων ἀποκρίνει, μόνῃ δὲ τῇ πίστει ἐπικρίνει. Τῇ χάριτι θεοῦ, φησὶν, ἐστὲ σεσωσμένοι, ΔΙᾺ ΤῆΣ ΠΊΣΤΕΩΣ: καὶ τοῦτο, ΟὐΚ ἘΞ ὙΜῶΝ, (θεοῦ, τὸ ΔῶΡΟΝ) ΟὐΚ ἘΞ ἜΡΓΩΝ: ἵνα μή τις καυχήσηται. *Ἐφεσ. β.* Ταῦτα μὲν ἡμεῖς, περὶ τοῦ δικαιοῦσθαι κατέναντι τοῦ θεοῦ ἁμαρτωλὸν ἄνθρωπον, οὕτως ἁπλούστατα γινώσκομεν καὶ ἀποφαινόμεθα.

Conferamus cum hac veſtram ſententiam,quæ ſic habet: perficiendo, quatenus fieri poteſt, legem, quæ ſecundum Spiritum eſt,iuſti fiemus. Qui verò externa tantùm ſpecie, & corporaliter legi ſeruiunt: diuinam, ſine controuerſia,amittunt gratiam: neſcientes illam, quæ mentem ab omni expurgat macula, per gratiam ſpiritualis legis,perfectionem. Et alio quodam folio:Dei Logos, amore generis noſtri

Παραβάλλωμεν δὲ νῦν αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν γνώμην, οὕτως ἔχουσαν: τελοῦντες, ὡς δυνατὸν, τὸν κατὰ πνεῦμα νόμον, δικαιωθησόμεθα. Οἱ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ νόμου, σωματικῶς λατρεύοντες, τῆς θείας πάντως ἐκπίπτουσι χάριτος: ἀγνοοῦντες τὴν τὸν νοῦν πάσης καθαίρουσαν κηλῖδος, ἐν χάριτι τοῦ πνευματικοῦ νόμου, τελείωσιν. Καὶ ἐν ἄλλῃ σελίδι: Ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, φιλανθρωπίᾳ ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς, ἄνθρωπος

,, ἄνθρωπος γενόμενος: καὶ ἐντολὰς δέδω-
,, κε, τὸ παρὰ φύσιν οὐ φαντάζεσθαι: οὐδὲ ἐργά-
,, ζεσθαι ἁμαρτίας, ἀλλ' ἀπέχεσθαι, ὡς δυνα-
,, τὸν: μόνων δὲ ἀρετῶν καὶ ἐντολῶν ἀντέχεσθαι.
,, ἂν δέ τι ἀνθρώπινον ἔλθῃ τυχὸν, ἀπεκδύε-
,, σθαι: καὶ σπεύδειν, τὸ χεῖρον καθυποτάξαι
,, τῷ κρείττονι: καὶ τὴν σάρκα δουλῶσαι τῷ
,, πνεύματι, δι' ἀρετῆς καὶ ἐργασίας τῶν ἀγαθῶν.
,, Πάλιν, μετά τινα φύλλα: Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε,
,, λοιπὸν εὑρεῖν τινα παραμυθίαν ἐκεῖ, τὸν μὴ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀπονιψάμενον τὰ ἡμαρτημένα. Ταῦτα μὲν, παναγιώτατε, οὕτως ἐπὶ λέξεως, τῷ ὑμῶν συντάγματι ἐμφέρεται.

Πῶς δ' αὐτὰ, αἷς ἄνω γραφικαῖς μαρτυρίαις ἐξεθέμεθα, συνάδει: ἡμεῖς γε ἰδεῖν οὐχ οἷοί τε ἐσμέν. Πῶς γὰρ δυνατὸν ἡμᾶς, τελειοῦντας τὸν νόμον, τουτέστιν ἀγαθουργοῦντας, δικαίους γίνεσθαι: εἰ δὴ τὰ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ ἔργα, οὐκ ἔνι πράττεσθαι, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν ἤδη προδεδικαιωμένων; Οὐδὲ γὰρ δύναται σαπρὸν δένδρον ἀγαθοὺς ποιεῖν καρποὺς, μαρτυροῦντός γ' αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ. Ὁ γὰρ μήπω δίκαιος ὤν, μηδὲ ἀναγεννηθεὶς, ἢ ἀπὸ θανάτου ἁμαρτίας μήπω ἀνασταθεὶς, ποίῳ ἂν τρόπῳ δικαίως πράξειε; Καὶ τὰ μὴ δικαιωθέντος πω, εἴτουν μὴ καταλλαγέντος, ἔργα, πῶς ἂν τῷ θεῷ ἀρέσειε; Πρότερον γὰρ τὸν ἄνθρωπον τῷ θεῷ ἀρέσκειν, ἀνάγκη: πρὶν ἂν αὐτοῦ ἀρέσειε τὰ ἔργα. Οὐκ ἄρα δυνάμεθα, κατενώπιον τοῦ θεοῦ δίκαιοι γίνεσθαι, ἢ δικαιοῦσθαι, διὰ τελειώσεως τοῦ νόμου: ἀλλ' ἀνάγκη, δικαίους ἡμᾶς εἶναι, ἢ δικαιωθῆναι, διὰ πίστεως, πρὸ τοῦ τὸν κατὰ πνεῦμα νόμον τελειῶσαι. § Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ, τὸν θεοῦ νόμον, κατὰ πνεῦμα, ἢ πνευματικῶς πληρῶσαι ΤΕΛΕΙΏΣ, δυνατὸν ἡμῖν. Ὁ γὰρ νόμος
Ῥωμ. ζ. πνευματικός ἐστι κατὰ Παῦλον: ἀπαιτεῖ ἡμᾶς, οὐ φαινομένην ἔξω μόνον ὑπακοὴν, καὶ τρόπων σεμνότητα: οἵαν καὶ τοῖς ἐθνικοῖς παρέχεσθαι, δυνατόν: ἀλλὰ καὶ ὅλου τοῦ ἐντὸς ἡμῶν νόος, πρὸς τὸν θεῖον νόμον ἐφαρμογὴν καὶ συμμορφίαν: ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μηδὲ τὰς ἐννοίας καὶ λογισμοὺς ἡμῶν, ἐφ' ἃ μὴ θέμις, ἐκφέρεσθαι. Ἐξαιρέτως γὰρ εἰς τὴν καρδίαν ὁ θεὸς ἀποβλέπει: οὐδέ γε τὰ τῶν ἡμετέρων καρδιῶν ἐνδόμυχα αὐτὸν λέληθεν. Οὐ τοίνυν τελειωθῆναι τὸν νόμον ἡγεῖται παρὰ τοῦ, κατὰ τὸ μὲν φαινόμενον ἀμέμπτως ζῶντος: μεταξὺ δὲ τὴν ψυχὴν κρυφίως ἀθεμίτοις πάθεσι καυματιζομένου, κἂν ἀναγεννηθεὶς καὶ ἄκων τοῦτο πάθῃ.

Ἐὰν

noſtri homo natus, nos in libertatem vindicauit: ac leges dedit, ne fingamus & ſpeculemur id, quod contra naturam eſt: nec perpetremus peccata, ſed pro virili parte abſtineamus: ſolis virtutibus & mandatis adhæreſcamus. Si verò quid fortè humani nobis accidat, exuamus: & id, quod vitioſum eſt, ſub dominatum melioris ſubiugemus: carnem deniq; per virtutem & benefacta ſpiritui ſeruam reddamus. Et poſt aliqua rurſus folia: Nequaquam fieri poteſt, vt poſthac aliquod ſolatium inueniat illic: qui non in hac vita expiauerit peccata. Hæc, dilectiſsimi, ſic ad verbum in ſcripto veſtro habentur.

Quomodo autem ea cum Scripturæ teſtimonijs ſuprà recitatis conueniant, videre nos non poſſumus. Quî enim fieri poteſt, vt perficiendo legem (hoc eſt, bene operando) iuſtificemur: cùm verè bona opera, non niſi ab ijs fiant, qui iam ſunt iuſtificati? Non enim arbor mala fructus bonos facere poteſt, vt Chriſtus ipſe teſtatur. Etiam homo nondum iuſtus, & non renatus, aut à morte peccati nondum reſuſcitatus, quomodo iuſtè ageret? Et hominis nondum iuſtificati, hoc eſt, non reconciliati, opera, quomodo Deo placerent? Perſonam enim priùs Deo placere oportet, quàm ipſius opera placeant. Quare non poſſumus coram Deo iuſti fieri, ſeu iuſtificari, perficiendo legem: ſed oportet nos iuſtos, ſeu iuſtificatos eſſe per fidem, priuſquam legem, quæ ſecundum Spiritum eſt, perficiamus.

Quin etiam Legem Dei ſecundum
Spiritum, ſeu ſpiritualiter, implere perfe- Rom. 7.
ctè non poſſumus. Lex enim Spiritualis eſt, vt Paulus ait: & requirit à nobis non externam tantùm obedientiam, & morum honeſtatem: quam etiam Ethnici præſtare poſſunt: ſed poſtulat, vt tota mens noſtra ſit Legi Dei conformis: vsq; adeo, vt ne quidem cogitationes noſtræ ad illicita euagentur. Deus enim cor præcipuè intuetur: neq; illi intimi noſtrorum cordium receſſus ſunt abſconditi. Quare non iudicat Deus, eum perfeciſſe Legem, qui externam obedientiam præſtat: cùm interim mens intus illicitis affectibus æſtuet, etiam contra hominis renati voluntatem.

 Si

Si igitur perficiendo legem iuſtificari voluerimus: profectò actum fuerit de ſalute noſtra. Lex enim vitam promittit, non ijs, qui particulas aliquas legis obſeruârint: ſed illis, qui totam legem impleuerint. Maledictionem verò æternam comminatur omnibus, qui non obedientiam omnibus numeris abſolutam Legi præſtiterint. Gal. 3. Deut. 27. Maledictus omnis (inquit Scriptura) qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea. Et Iacobus cap. 2. Quiſquis totam legem ſeruauerit, offenderit autem in vno, factus eſt omnium reus. Quapropter, qui perficiendo legem iuſtificari volent coram Deo: ex lege non iuſtificationem, ſed maledictionem, auferent. Itaq; ad gratiam & clementiam Dei confugiendum eſt: vt gratis per fidem in Chriſtum, & non ex operibus Legis, iuſtificemur. Verbi gratia, Matth. 22. Lex dicit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Et quidem hoc eſt maximum & primum mandatum. Quis verò vnquam hominum (Chriſto excepto) repertus eſt: qui (niſi fortè ſeipſum nondum nouerit) dicere potuerit, ſe ad eum prorſus modum dilexiſſe Deum. Quòd ſi primum & maximum mandatum perfectè obſeruare non poſſumus: quomodo perficiendo Legem iuſtificabimur? Et quomodo is Deum ex toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in tota mente ſua, diliget: qui cum Deo nondum eſt reconciliatus, qui nondum eſt iuſtificatus, qui nondum eſt Spiritu Dei renouatus? cùm eam perfectionem dilectionis, etiam iuſtificati & renati, in hac vita non habeant. Rom. 8. Si autem carnaliter affectum eſſe, inimicitia eſt aduerſus Deum: quo pacto homo carnalis, nondum conuerſus, nondum iuſtificatus, Deum, quem odit, diliget? quòd ſi Deum non diligit, ſed odio habet: quomodo Legem perficiet? ſi Legem non perficiet: quomodo ex Lege iuſtificabitur? Non enim charitas noſtra fons eſt Fidei: ſed potiùs Fides (qua credimus, Deum nobis propter Chriſtum placatum) eſt fons charitatis: vt nos

Ἐὰν τοιγαροῦν διὰ τελειώσεως νόμου δικαιοῦσθαι θέλωμεν: ἡ μὲν οἰχήσεται τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Ζωὴν γὰρ ὁ νόμος ἐπαγγέλλεται: οὐ μὲν τοῖς ἔστιν ἃ μόρια αὐτοῦ φυλάξασι: τοῖς δὲ ὅλον αὐτοῦ τὸ σῶμα πληρώσουσιν. Ἀνάπαλιν δὲ αἰώνιον ἀπειλεῖ κατάραν πᾶσιν: ὅσοι μὴ ἂν ὑπακοὴν ὁλοτελῆ αὐτῷ παρασχόντες ὦσιν. Ἐπικατάρατος πᾶς, φησὶν: ὃς οὐκ ἐμμένει ΕΝ ΠΑΣΙ τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ αὐτά. Γαλ. γ'. Δευτερ. κζ'. Καὶ Ἰάκωβος: Ἰακὼβ β'. Ὅστις ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ: γέγονε ΠΑΝΤΩΝ ἔνοχος. Οὐκοῦν, οἱ διὰ πληρώσεως τοῦ νόμου ζητοῦντες δικαιοῦσθαι παρὰ θεῷ: οὐ δικαίωσιν ἐκ τοῦ νόμου, κατάραν δὲ, ἀποίσονται. Ὅθεν ἕπεται, ἐπὶ τὴν χάριν καὶ ἔλεος τοῦ θεοῦ καταφευκτέον εἶναι: ἵνα δωρεὰν, διὰ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, δικαιωθῶμεν. Οἷον, παραδείγματος χάριν, φησὶν ὁ νόμος: Ματθ. κβ'. Ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. Αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. Τίς δὲ τῶν ἀνθρώπων πώποτε (τοῦ χριστοῦ ὑπεξαιρεθέντος) εὑρέθη δυνάμενος (εἰ μὴ τάχα οὔπω ἑαυτὸν ἐγνώκει) εἰπεῖν: ἑαυτὸν κατὰ τουτονὶ παντελῶς τὸν τρόπον ἀγαπῆσαι τὸν θεόν; μὴ δυνάμενοι δὲ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην ἐντολὴν κατορθῶσαι: πῶς ἂν τελειοῦντες τὸν νόμον δικαιωθεῖμεν; Πῶς τὸν θεὸν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἑαυτοῦ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ ἑαυτοῦ, ἀγαπήσειεν ἄν, ὁ μήπω τῷ θεῷ καταλλαγείς, ὁ μήπω δικαιωθείς, ὁ μήπω πρὸς τοῦ πνεύματος θεοῦ καινουργηθείς: ὅπου γε τὴν τοιαύτην ἀγάπης τελειότητα, οὐδὲ οἱ ἀναγεννηθέντες καὶ δικαιωθέντες, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἔχουσιν; Ρωμ. η'. Εἰ δὲ τὸ σαρκικὰ φρονεῖν, ἔχθρα εἰς θεόν ἐστι: τίς μηχανὴ, ἄνθρωπον σαρκόφρονα, μήπω ἐπιστραφέντα, μήπω δικαιωθέντα, ὃν μισεῖ θεὸν, τοῦτον ἀγαπᾶν; Εἰ δὲ τὸν θεὸν οὐκ ἀγαπᾷ, ἀλλὰ μισεῖ: ποίῳ τρόπῳ τὸν νόμον πληρώσει; Εἰ δὲ τὸν νόμον οὐ πληρώσει: εἰπέτω τις τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἐκ τοῦ νόμου δικαιωθήσεται. Οὐ γὰρ ἡ ἡμετέρα ἀγάπη, πηγή ἐστι τῆς πίστεως: ἀλλὰ μᾶλλον ἡ πίστις (ᾗ πιστεύομεν, τὸν θεὸν ἡμῖν διὰ χριστὸν ἐξιλασθῆναι) πηγή ἐστι τῆς ἀγάπης:

ἀγάπης: ὥστε παρ᾽ ἡμῶν διὰ τοῦτο ἀγαπᾶσθαι τὸν θεόν, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἀγαπήσας ἔφθη. Οὕτω γὰρ Ἰωάννης, Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν, φησίν, αὐτόν: ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς. (α. Ἰωάν. δ'.) Συνάγεται τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ἀδύνατον εἶναι: ἄνθρωπον, διὰ κατορθώσεως τοῦ νόμου, δίκαιον ἀποδείκνυσθαι ἐπὶ τοῦ θεοῦ: εἰ δὴ οὐδὲ τὴν πρώτην ἐντολήν, μή τί γε δὴ τὰς ἄλλας πάσας, τελειῶσαι δύναται.

vt nos ea de cauſa Deum diligamus, quia ipſe nos dilexit. Sic enim inquit Ioannes: Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. (1. Ioan. 4.) Quare impoſsibile eſt, hominem perficiendo Legem iuſtificari coram Deo: quia non poteſt primo mandato, ne dum reliquis omnibus, ſatisfacere.

Εἰ δ᾽ ὁ κύριος ἐνιαχοῦ ἀνθρώπους (ἐρωτῶντας, τί ποιοῦντες, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσουσι) πρὸς τὸν νόμον ἀποπέμπει: οὐ τοῦτο βουλόμενος, ἐποίησεν: ὥσπερ ἡμῶν ἂν τῷ ποιεῖν τελείως τὰ τοῦ νόμου δικαιουμένων: ἀλλὰ ἐκεῖνο μηχανώμενος, τὸ αὐτοὺς ἐκ τοῦ νόμου τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας καὶ ἀτονίαν ἐπιγινώσκειν: καὶ λοιπὸν πολλὰ ἐρρῶσθαι φράσαντας τῷ ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ δικαιοσύνῃ πεποιθέναι, ἐπὶ τὸν μεσίτην Χριστὸν καταφεύγειν. Διὰ τοῦτο, οὐχὶ πρὸς τὸν νόμον μόνον αὐτοὺς ἀπέπεμψεν: ἀλλὰ πλειστάκις περὶ ἑαυτοῦ λόγους ἐποιήσατο, εἰπών: (Ἰωάν. γ'. ε'. ς'. ιά.) Ὁ ΠΙΣΤΕΥΩΝ ΕἸΣ ἘΜῈ ἜΧΕΙ ΖΩΗΝ ΑἸΩΝΙΟΝ: οἷς ῥήμασιν, οὐ διὰ τοῦ τελειοῦν τὸν νόμον, ἀλλὰ διὰ τοῦ πιστεύειν εἰς αὐτόν, τὴν σωτηρίαν ζητεῖσθαι προστάττει.

Quòd autem Chriſtus aliquoties homines (interrogantes, qua ratione vitam æternam conſequi poſſent) ad Legem remittit: non ideo factum eſt, quaſi Legem perficiendo iuſtificemur: ſed eam ob cauſam, vt illi ex lege peccata ſua, & imbecillitatem, agnoſcerent: quò deinceps abiecta fiducia propriæ iuſtitiæ, ad Mediatorem Chriſtum confugerent. Ideo non remiſit eos tantùm ad Legem: ſed ſæpiſsimè palàm de ſe concionatus eſt dicens: *Qui credit in me, habet vitam æternam*: (Ioan. 3. 5. 6. 11.) quibus verbis non ſalutem, perficiendo legem, ſed in ipſum credendo, quærere iubet.

Πρὸς δὲ τούτοις, ἀνάξιον πρᾶγμα, τὸ ἀναμέσον ἡμῶν καὶ Χριστοῦ μερίζεσθαι τὴν ἡμῶν σωτηρίαν: ὡς δή τε καὶ ἡμῶν τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας μετὰ τοῦ θεοῦ ἀπολύεσθαι δυναμένων: καθ᾽ ὃν τρόπον, καὶ ἡμῖν μέρος τι ἐκ τοῦ κατορθώματος τοῦ μεσιτεύσαντος Χριστοῦ προσνεμηθείη: λέγεσθαί τε γένοιτ᾽ ἂν καὶ ἡμᾶς, ἐκ μέρους τινὸς λυτρωτάς, ὅπερ ὑπερβολὴ ἂν ἀτοπίας εἴη. Τῷ γὰρ μεσίτῃ Χριστῷ ΜΟΝΩι, καὶ πάμπαν οὐδενὶ ἄλλῳ, ἡ τιμὴ ὀφείλεται ἥδε. Φησὶ γὰρ αὐτὸς οὕτω διὰ τοῦ προφήτου Ἠσαΐου: (Ἠσα. μγ'.) ἘΓῺ, ἘΓῺ ΕἸΜῚ, ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου ἕνεκεν ἐμοῦ: καὶ τὰς ἁμαρτίας σου οὐ μὴ μνησθήσομαι ἔτι. Οὐδεὶς ἡμῶν ἐστι δήπου ἐκεῖνος ὁ ἘΓῺ, ὁ παρὰ τῷ προφήτῃ λαλῶν. Μόνος ὁ Χριστός, ἐκεῖνος ὁ μεσίτης ἐστί, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἐξαλείπτης. Τὸ αὐτὸ διδασκόμεθα, καὶ παρὰ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου, φαμένου: (α. Ἰωάν. α'.) ὅτι ΤῸ ΑἿΜΑ ἸΗΣΟΥ͂ ΧΡΙΣΤΟΥ͂, τοῦ υἱοῦ θεοῦ, καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Καί, ἵνα μὴ τάχα τις μόνον περὶ τῆς ἀρχεγόνου παραβάσεως αὐτό, μὴ περὶ τῶν πρακτικῶν δὲ ἁμαρτιῶν, ἐξακούσειεν ἄν: μικρῷ

Indignum eſt etiam, noſtram ſalutem partiri inter nos & Chriſtum: quaſi nos etiam peccata noſtra coram Deo expiare poſsimus: qua ratione nobis etiam pars aliqua de Mediatoris Chriſti officio tribueretur: & nos ex parte aliqua etiam Redemptores dici poſſemus, quod ſumma cum abſurditate coniunctum eſt. Hic enim honor, SOLI Mediatori Chriſto, & prorſus nulli alij, debetur. Sic enim Filius Dei per Prophetam Iſaiam loquitur: Ego, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas, (Iſa. 43.) propter me: & peccatorum tuorum non recordabor amplius. Nemo noſtrûm eſt, ille ego, qui in Propheta Iſaia loquitur. Solus Chriſtus eſt ille Mediator, & peccatorum expiator. Idem docet nos etiam Apoſtolus Ioannes, inquiens: Sanguis Ieſu Chriſti, Filij Dei, emundat nos ab omni peccato. (1. Ioan. 1.) Et, ne id fortaſſe quiſpiam de originali tantùm labe, & non etiam de actualibus peccatis, intelligendum putaret: paulò

1. Ioan. 2. paulò pòſt Apoſtolus hæc ſubijcit: Filioli
mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed
& ſi quis peccauerit: aduocatum habe-
mus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, iu-
ſtum: & ipſe eſt Propiciatio pro peccatis
noſtris: non pro noſtris autem tantùm,
ſed etiam pro totius mundi. Abſit igitur
chariſsimi, à nobis, vt cuiquam hominum,
facultatem expiandi peccata (niſi ſoli Chri-
ſto, Deo & homini tribuamus: neque
quenquam alium, quantacunq; ſit vitæ
innocentia præditus, in ſolium Mediato-
ris Chriſti collocemus: ſed ipſum ſolum
& vnicum, Propiciatorem agnoſcamus:
Rom. 3. quem propoſuit nobis Deus in ſanguine
ipſius, per fidem amplectendum: vt quot-
quot in ipſum crediderint, non pereant,
Ioan. 3. ſed habeant vitam æternam.

Hæc, dilectiſsimi, noſtra eſt de Iuſti-
ficatione fidei, & bonis operibus, ſenten-
tia: in qua non ſequimur rationis Iudi-
cium, aut ratiocinationem, & exquiſitè
excogitatos Syllogiſmos: ſed ſequimur
lucernam verbi Dei. Nec contemnimus
monita ſanctorum Patrum, quos vtique
magnificamus, dum ſacras literas ſe-
quuntur: ſed audimus in primis illum
Præceptorem noſtrum, de quo Pater dixit:
Matth. 17 Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi
complacitum eſt: HVNC AVDI-
TE. Auſcultamus etiam ipſius Apoſto-
Luc. 10. lis, de quibus ille dixit: Qui vos audit,
me audit. Et ſperamus, ſanctos illos Pa-
tres, quorum teſtimonia adfertis, com-
modiùs ſenſiſſe, quàm interdum ſunt lo-
cuti: dum acerrimè ad bona opera facien-
da hortabantur. Inſtamus autem & nos
crebris & grauibus exhortationibus apud
noſtros, eoſq; monemus, vt bonis operi-
bus fidem ſuam demonſtrent: atq; Deo
pro ſummis beneficijs, in Chriſto Redem-
ptore exhibitis, gratitudinem ſuam teſten-
tur: niſi de nouo Dei gratia excidere, &
in æternum perire, velint. Et quamuis
non omnes, pari gradu in pietate & ſan-
ctitate morum procedimus: tamen ani-
maduertimus, miniſterium noſtrum non
eſſe ſine fructu. Deus enim dat incremen-
tum, vt electi veræ innocentiæ & pietati
ex animo ſtudeant.

DE

μικρῷ ὕστερον ὁ αὐτὸς ταῦτα ὑποβάλλει: α. Ἰωάν. β.
Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁ-
μάρτητε. Καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ: παράκλη-
τον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν χριστὸν,
δίκαιον: καὶ ΑΥ̓ΤῸΣ ἹΛΑΣΜΌΣ
ἘΣΤΙ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν: οὐ περὶ τῶν ἡ-
μετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ΠΕΡῚ ὍΛΟΥ
ΤΟΥ͂ ΚΌΣΜΟΥ. Μὴ γένοιτο τοιγαροῦν,
ἁγιώτατε κύριε Πατριάρχα: ἡμᾶς ὡτι-
νιοῦν ἀνθρώπῳ δύναμιν τοῦ ἱλάσασθαι περὶ τῶν
ἁμαρτιῶν, εἰ μὴ μόνῳ τῷ θεανθρώπῳ χρι-
στῷ, ἐπιγράφειν: μηδ᾽ ὁντιναοῦν ἄλλον, ἡ-
λίκῃ δήποτε βίου καθαρότητι λάμποντα, εἰς
τὸν χριστοῦ θρόνον παράγοντες ἐγκαθίσωμεν:
ἀλλ᾽ αὐτὸν ἕνα καὶ μόνον ἹΛΑΣΤῊΝ ἐπι- Ῥωμ. γ.
γνῶμεν: ὃν προέθετο ἡμῖν ὁ θεὸς ἱλαστήριον
διὰ τῆς πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι: ἵνα
πάντες οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόλων- Ἰωάν. γ.
ται: ἀλλ᾽ ἔχωσι ζωὴν αἰώνιον.

Αὕτη ἡμῶν ἐστι, παναγιώτατε κύριε,
περὶ τῆς ἐκ τοῦ πιστεύειν δικαιώσεως, καὶ τῶν κα-
λῶν ἔργων, γνώμη: ἐν ᾗ, οὐ τοῖς ἐκ τῶν λο-
γισμῶν φαινομένοις, ἢ ἀποδείξεσι λόγων,
καὶ περιέργοις συλλογισμοῖς, παρακολουθοῦ-
μεν: ἀλλὰ τῷ λύχνῳ τοῦ ῥήματος θεοῦ συμ-
παρεμαρτοῦμεν. Οὐδ᾽ ἀποβαλλόμεθα τὰς
παραινέσεις τῶν ἁγίων πατέρων καὶ πνευματ-
ρητόρων: ἀλλ᾽ ὡς ἀληθῶς πολλοῦ τιμώμε-
θα, καθόσον ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς παρέ-
πονται: πρὸ πάντων δ᾽ ἀκούομεν ἐκείνου τοῦ ἐ-
πιστάτου ἡμῶν, οὗ πέρι ὁ πατὴρ ἐβόησεν. Οὗ-
τός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκη- Ματθ. ιζ.
σα: ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ἈΚΟΎΕΤΕ. Ἀκούομεν δὲ
καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, περὶ ὧν αὐτὸς ἀπε- Λουκ. ι.
φήνατο: Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἘΜΟΥ͂ ἈΚΟΎΕΙ.
Ἐλπίζομέν τε, τοὺς θείους ἐκείνους πατέρας,
ὧν μαρτυρίαις κέχρησθε, βέλτιον κατὰ νοῦν
φρονῆσαι: ἢ ὡς ἐνίοτε ῥήμασιν ἐφθέγξαν-
το: ἡνίκα σφοδροτάτῃ λέξει πρὸς τὸ καλὰ
ἐργάζεσθαι παρώρμων. Ἐφιστάμεθα δὲ καὶ
ἡμεῖς τοῖς ἡμῶν ἀκροαταῖς, συχνῶς καὶ ἐκ-
ψύχως παραινοῦντες καὶ προτρέποντες: κα-
λοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ἀρεταῖς τὴν ἑαυτῶν πίστιν
ἐπιδείκνυσθαι: ἐὰν μὴ ἄρα παλιμπετεῖς ἀπὸ τῆς
θείας χάριτος γενέσθαι, αἰωνίως τε ἀπολέσθαι,
θέλωσι. Κἂν δὲ μὴ πάντες ἴσοις βήμασι, κατὰ
τὴν τῆς εὐσεβείας, καὶ τῆς τῶν τρόπων ἀκεραιότητος,
ὁδοιπορίαν προάγωμεν: κατανοοῦμεν ὅμως
τὴν ἡμετέραν διακονίαν μὴ ἄκαρπον οὖσαν:
αὔξησιν τοῦ θεοῦ διδόντος, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἐκλε-
κτοὺς, περὶ ἀληθῆ ἀκακίαν καὶ θεοσέβειαν,
ἐκ ψυχῆς σπουδάζειν.

ΠΕ-

ΠΕΡῚ ΜΥΣΤΗΡΊΩΝ.

δ. Τὰ ἅγια μυστήρια.

Δῆλον ἡμῖν ἐκ τοῦ ὑμετέρου συγγράμματος: ὑμᾶς ἐν τῷ περὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας μυστηρίων λόγῳ, πλεῖστον ὅσον ἐπὶ τὰς τῆς ἐκκλησίας παραδόσεις, ἃς ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα κατὰ διαδοχὴν παρελάβετε, ἀποβλέπειν: καὶ οὐδὲν ὅλον τῶν πατροπαραδότων, ἑκόντας ἂν παρεῖναι. Ἡμεῖς δὴ καὶ αὐτοὶ, κρίνομεν μὲν, οὐκ ἔξω προπετείας εἶναι, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀσεβείας: τὸ, τινὰς τὰ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ΕΥ̓ΣΕΒΩ͂Σ ὀρθῶς τε παραδοθέντα, ἀθετῆσαι ἐγχειρεῖν, ἢ ὑποσπάσαι. Δικαιοῦμεν μέντοι, διάκρισιν τῶν παραδόσεων ποιεῖσθαι: ἵνα μὴ ὑπὸ τῷ εὐπροσώπῳ ὀνόματι τούτῳ, τινὰ παρεισδύωσιν: ἅπερ οὐχ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ἢ τῶν ἔγγιστα αὐτοὺς διαδεξαμένων, διετάγη: ἀλλ' ἀνθρωπίνη ἐθελοθρησκεία κατὰ βραχὺ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ παρεισεφθάρη. Ἃς γὰρ παραδόσεις καὶ ἔθη ἐν ἐκκλησίᾳ, ἔκ τινων ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἰχνῶν ἐξευρεῖν δυνάμεθα: ὧν τε κατὰ τὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν τῇ πρωτοπαγεῖ ἐκκλησίᾳ, χρῆσιν γινομένην κατανοοῦμεν: ταύτας οὐδαμῶς ἀθετοῦμεν, ἀλλ' ἀσμένως αὐταῖς χρώμεθα: εἴγε καὶ τοῖς ἡμετέροις καιροῖς προσαρμόζεσθαι χρησίμως ἔχουσιν. Ἐπὶ δὲ τούτοις, οὐκ ἀγνοοῦμεν, πολλὰ καὶ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους, καλῇ προθέσει, καὶ καθὼς ἐχρησίμευσε τοῖς τότε καιροῖς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ νομοθετηθῆναι: τηνικαῦτά γε εὐλόγους αἰτίας ἐσχηκότα. Οὐδὲ καταγινώσκομεν αὐτῶν, ἢ ὑβριστικῶς ἐκβάλλομεν. Ἀλλ' ὅμως, ὥσπερ τοῖς βελτίστοις ἐκείνοις, τοῖς τὰ τοιαῦτα διαταξαμένοις, ἀνδράσιν, οὐκ ἐγένετο γνώμη, ἀϊδίους θέσθαι νόμους πᾶσι τοῖς μεταγενεστέροις: οὕτω νομίζομεν, ἀνεμέσητον ἡμῖν ὀφείλειν εἶναι, τὸ περὶ τὰ τοιάδε τῇ χριστιανῇ ἐλευθερίᾳ χρῆσθαι: μηδὲ τὸν αὐτῶν τηρήσεως, ὡς παντελῶς ἀναγκαίας, ζυγὸν ὑποδύεσθαι. Πολλάκις γὰρ συμβαίνει, τῆς ἐκκλησίας πλείοσι τοῦ δέοντος παραδόσεσι φορτιζομένης, καὶ μόνον οὐ βυθιζομένης: τέως τὰ κυριώτερα, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖα, ἐλάσσονος φυλάξεως καὶ μεταχειρίσεως ἀξιοῦσθαι. Ὥστε τοὺς ἀνθρώπους, τοῖς παρέργοις ἀσχολουμένους, τὸ ἔργον ἀδεξιωτέρως καὶ ῥαθυμοτέρως ποιεῖν. Ναὶ μὴν, καὶ παραδόσεις τινὲς εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραβύονται: αἵτινες τῷ ὄντι, οὐχ ὅπως εἰσὶν ἀποστολικαί: ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διδασκαλίᾳ, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ τῶν

DE SACRAMENTIS.

4. *Sacramenta.*

Intelligimus ex veſtro Scripto, quòd in negotio de Sacramentis plurimùm ad traditiones Eccleſiæ, quas per manus accepiſtis, reſpiciatis: neq; quicquam eorum, quod à maioribus ſit traditum, omittendum exiſtimetis. Sanè nos etiam iudicamus, non carere temeritate, vel etiam impietate: ſi quis ea, quæ à maioribus piè & rectè tradita ſunt, contemnere aut conuellere velit. Sed nos inter traditiones diſcrimen obſeruandum cenſemus: ne ſub hoc plauſibili titulo quædam irrepant, quæ non ab Apoſtolis, aut eorum proximis ſucceſsoribus, inſtitutæ, ſed hominum ſuperſtitione paulatim in Eccleſiam Dei irrepſerunt. *De traditionibus Patrum.* Eas enim traditiones & conſuetudines in Eccleſia, quarum aliqua in ſacris literis veſtigia videre poſſumus, quas etiam viuis Apoſtolis in primitiua Eccleſia locum habuiſſe animaduertimus, haudquaquam reijcimus, ſed libenter vſurpamus: ſi modò illæ ad noſtra tempora rectè accommodari poſſint. Præterea non ignoramus, multa etiam poſt Apoſtolorum tempora bono conſilio, & pro ratione illorum temporum, in Eccleſia Dei ordinata fuiſſe: quæ tùm habebant probabiles rationes. Neq; ea damnamus, aut petulanter reijcimus. Sed tamen vt illis bonis viris, qui talia conſtituerunt, animus non fuit, perpetuas leges toti poſteritati præſcribere: ita putamus, fraudi nobis eſſe non debere, ſi ea in re libertate noſtra Chriſtiana vtamur: neq; nobis illa (tanquam omnino neceſſaria) obſeruanda imponi patiamur. Sæpenumero enim fieri ſolet: vt, dum Eccleſia nimis multis traditionibus oneratur, & quaſi obruitur: interim magis neceſſaria, & quæ principalia ſunt, minùs accuratè obſeruentur & tractentur. Ita fit, vt, dum homines in παρέργοις ſunt occupati, τὸ ἔργον parum dextrè faciant. Sed & quædam traditiones Eccleſiæ obtruduntur, quæ reuera non modò nō ſunt Apoſtolicæ: ſed quæ cum doctrina veteris & noui Teſtamenti, & cum exemplis Prophetarum, Chriſti, & Apo-

& Apoſtolorum, pugnant: de quibus infrà ſuo loco dicetur. Tales traditiones negligere & abrogare, pietas eſt: & laude digna, Deoq; probata, Eccleſiarum noſtrarum reformatio. Huiuſmodi traditiones profectò haudquaquam nouitatis ſtudio reijcimus: ſed, quia bona cum conſcientia eas recipere & vſurpare non poſſumus, in Eccleſia noſtra aboleuimus: quemadmodum etiam illis traditionibus inniti non poſſumus, quæ nihil quidem in ſe habent impietatis, ſed tamen ſuper fundamentum verbi Dei non ſunt extructæ. Veremur enim, ne, quicquid fiduciæ ſuper illas ædificauerimus, id aliquando cum perturbatione conſcientiæ corruat. Neq; dubitamus, quin Deus optimus Maximus obedientiam noſtrã ſit probaturus: ſi ea ſedulò obſeruare ſtuduerimus, quæ ille nobis in Veteri & Nouo teſtamento literis (ad omnem poſteritatem ſpectantibus) conſignata reliquit.

καὶ τῶν ἀποστόλων ὑποδείγμασιν ἀντιπίπτουσιν· ὧν πέρι, ὑποκαταβάντες ἐν ἰδίῳ τόπῳ λέξομεν. Τὸ δὲ τὰς τοιαύτας παραδόσεις παρεᾶν, καὶ ἀκυροῦν, εὐσεβείας ἐστὶ· καὶ ἀξιεπαίνου, θεαρέστου τε, τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν διορθώσεως, καὶ ἀναπλάσεως. Τὰς τοιαύτας (φαμὲν) οὐδαμῶς ἐπιθυμίᾳ νεωτερισμοῦ τινος ἀθετοῦμεν, οὐ δῆτα· ἀλλ', ἐπειδὴ μετὰ καλῆς συνειδήσεως δέχεσθαι, αὐταῖς τε χρῆσθαι, οὐκ ἂν δυνηθείημεν, τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν ἀπεξενώσαμεν· ὥσπερ αὖ οὐδὲ ἐκείναις παραδόσεσι, ταῖς οὐδὲν μὲν ἀσεβὲς ἐχούσαις, μὴ μέντοιγε ἐπὶ θεμελίῳ τοῦ θείου ῥήματος βεβηκυίαις, οὐ μὴ ἔχομεν ἐπιστηρίζεσθαι. Δεδοίκαμεν γάρτοι, μή, ὅπερ ποτὲ πεποιθήσεως ἐπ' αὐταῖς οἰκοδομήσωμεν· ἔλθῃ ποτὲ χρόνος, ἐν ᾧ τοῦτο, μετὰ διαταράξεως τοῦ συνειδότος ἡμῶν διαπέσῃ. Οὐδέ γε διστάζομεν, τὸ κατήκοον καὶ εὐπειθὲς ἡμῶν, μὴ οὐ τῷ τῶν ὅλων θεῷ ἀποδεχθήσεσθαι ἂν· ἐὰν ἐπιμελῶς ἐκεῖνά γε τηρεῖν σπουδάσωμεν· ἅτινα αὐτὸς ἡμῖν, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ διαθήκῃ ἀναγεγραμμένα, πᾶσι τοῖς ἐπιγενησομένοις διαφέροντα, κατέλιπε.

DE BAPTISMO.

Baptiſma.

PErcepimus etiam ex primo veſtro ſcripto, quòd vos in Eccleſiis illis Orientalibus trina immerſione, in baptiſmo adminiſtrãdo, vti ſoleatis. Etſi autem nos in Eccleſijs Occidentalibus, ter aquam in eum, quem Baptizamus, fundimus: neq; eos, qui baptizantur, aquæ immergimus: tamen veſtrum illum morem non improbamus: Quemadmodum etiam de illius moris antiquitate nihil dubitamus. Et in quibuſdam Septentrionalibus Germaniæ Eccleſijs, ante annos plus minus ſexaginta, eadem Baptizandi ratio fuit in vſu: neq; laudamus, quòd quidam eam conſuetudinem in illis locis abrogauerint. Ac ſi apud nos talis baptizãdi ratio in vſu eſſet: eam certè non mutaremus, ſed conſeruaremus. In noſtris verò Eccleſijs, quantum quidem ex hominũ memoria, & probatis ſcriptoribus Eccleſiaſticis, repetere poſſumus, iam per aliquot annorum centurias hic mos obtinuit: vt qui baptizarentur, non in aquam demergerentur: ſed ter (in nomine videlicet Patris, & Filij, & Spiritus S.) aqua perfunderentur.

ΠΕΡῚ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ̃.

Βάπτισμα.

ἘΜάθομεν ἐκ τοῦ προτέρου ὑμῶν βιβλίου· ὑμῖν μὲν ἔθος εἶναι, τοῖς ἐν ταῖς ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις, τρισὶ καταδύσεσι βαπτίζειν. Ἡμεῖς δέ, οἱ ἐν ταῖς δυτικαῖς, τρὶς τῷ βαπτιζομένῳ ὕδωρ ἐπιρραντίζομεν· ἀλλ' οὐκ εἰς ὕδωρ καταδύειν εἰώθαμεν. Ὅμως δ' ἐκείνην ὑμῶν τὴν συνήθειαν οὐ κακίζομεν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ περὶ τῆς τοῦ ἔθους ἐκείνου ἀρχαιότητος ἀμφιβάλλομεν. Κἂν ἐνίαις δὲ τῶν προσβορείων τῆς Γερμανίας ἐκκλησιῶν, πρὸ ἐτῶν πλέον ἢ ἔλαττον ἑξήκοντα, ὁ αὐτὸς τοῦ βαπτίζειν τρόπος εὐχρηστήθη· οὐδὲ ἐπαινοῦμεν, αὐτὸν ὑπό τινων ἐκεῖ ἀκυρωθῆναι. Εἴ τε χρῆσις παρ' ἡμῖν τοῦ τοιούτου τρόπου εἴη· αὐτὸν οὐκ ἂν μεταβάλοιμεν, ἀλλὰ τηρήσαιμεν. Ἐν δὲ ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις (ὅσον γε ἡμᾶς ἐκ μνήμης τῶν γεραιτέρων, καὶ τῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀξιοπίστως ἀναγραψάντων, εἰδέναι) ἀπὸ πλειόνων ἤδη ἑκατοντάδων ἐτῶν ἐκράτησε τὸ ἔθος· τοὺς βαπτιζομένους, μὴ καταδυθῆναι εἰς ὕδωρ· ἀλλ' ἐπὶ τρὶς (εἰς ὄνομα δηλαδὴ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος) ὕδατι ἐπιχυθῆναι ἢ ἐπιρραν-

ἐπιρῤαντισθῆναι. Ὥσπερ εἰ ἐφ' ἡμῶν παύειν, ἀντ' αὐτοῦ τε τριπλῆν καταδύσιν εἰσάγειν, ἐπιβαλοίμεθα: μέγιστον ἂν ποιήσαιμεν σκάνδαλον δήπου: οἰησομένων ἄν, τῶν ἄχρι δεῦρο ἄλλως βαπτισθέντων: ἑαυτοὺς οὐκ ὀρθῶς βαπτισθῆναι, οὐδ' ἐννόμως ἔτι τῇ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ἐντεθῆναι. Ὅθεν, ἢ περὶ τῆς σωτηρίας ἑαυτῶν ἀμφιγνοήσαιεν ἄν: ἢ τὸ βάπτισμα δευτεροῦν ἐθελήσαιεν: ὧν τοῦτο μὲν, ἐπὶ καταφρόνησιν τοῦ θείου ὀνόματος (ἐν γε τῷ βαπτισμῷ ἐπικληθέντος) κλίνειεν ἄν: ἐκεῖνο δὲ, ἀφορμὴν εἰς ἀπόγνωσιν τέλος παράσχοι. Καὶ μὴν, ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, μέσοις ἀδιαφόροις τε οὖσι πράγμασιν, ἐπὶ τοσοῦτον τῇ χριστιανικῇ ἐλευθερίᾳ χρηστέον ἐστίν: ἐφ' ὅσον, ὡς ὀλιγίστους μὲν σκανδαλίζεσθαι: ὅτι πλείστους δὲ οἰκοδομεῖσθαι, κἂν τῇ ἀληθινῇ πίστει θεοσεβείᾳ τε στερεοῦσθαι. Πρᾶγμα δὲ μέσον καὶ ἀδιάφορον εἶναι πιστεύομεν: εἴτε τις τρισὶ καταδύσεσιν, εἴτε τρισὶν ἐπιχύσεσι, βαπτίζεται. Οὐδὲν γὰρ λευκὸν καὶ σαφὲς, ἢ τοῦ χριστοῦ, ἢ τῶν Ἀποστόλων, τούτου πέρι πρόσταγμα φέρεται: ἐν ἐκείνοις γοῦν βιβλίοις, τοῖς ἀνενδοίαστον τὸ κῦρος (ἀνθρώπῳ γε χριστιανῷ, μὴ ἀθέμιτα φρονοῦντι) κεκτημένοις. Οὐδέν τε ὅλως τὸ μυστήριον τούτῳ ἐλαττοῦται: ἢ τῶν ἐν αὐτῷ οὐσιωδῶν τι ἐναλλάττεται: ἄν τε ὕδατι ἐπιρῤαντισθῇ ὁ βαπτιζόμενος, ἄν τε εἰς ὕδωρ καταδυθῇ. Μένει μὲν γὰρ τὸ στοιχεῖον τοῦ μυστηρίου: ὥστε βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ΥΔΑΤΙ: ἀλλ' οὐκ οἴνῳ, ἢ ἄλλῳ τῷ τῶν ὑγρῶν: μένει δὲ καὶ ῥῆμα κυρίου: ὥστε τὸν βαπτισμὸν διοικεῖσθαι ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὥστε ἡμῖν ὁλόκληρον εἶναι τὴν τελετὴν, κατὰ τὴν διάταξιν χριστοῦ, ἀκριβῶς: καὶ ἄνθρωπον, ἐξ ΥΔΑΤΟΣ καὶ πνεύματος ἀναγεννᾶσθαι: ὃν τρόπον περὶ τούτου παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐμυήθημεν. Ἡγούμεθα τοίνυν, οὐ θεμιτὸν εἶναι: τὸ, τὴν διαφορὰν τοῦ περὶ τὸ βαπτίζειν τρόπου, τοῦ γ' οὐδὲν παντελῶς τῇ οὐσίᾳ τοῦ μυστηρίου λυμαινομένου, ἀφορμήν τινος μεταξὺ τῶν χριστωνύμων σχίσματος παρέχειν. Καὶ ζητοῦντες, εὕροιτε τυχὸν ἂν ἐξ ἀρχαιοτάτων ἑλληνίδων βίβλων χρήσεις, ἐμφαινούσας: τὸ βάπτειν, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ καταδύειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ προσραίνειν, λεχθῆναι. Ἀλλὰ περὶ τοῦ ἔξωθεν καὶ προχείρου τῆς τελετῆς τῆσδε, ὡς καὶ ἄνω εἴπομεν, πρὸς οὐδένα κριθησόμεθα: καὶ, μηδεμίαν

derentur. Eam conſuetudinem ſi hodie abrogare,& pro ea immerſionem trinam inſtituere vellemus: id maximo certè cum offendiculo eſſet coniunctum. Qui enim hactenus aliter ſunt baptizati: ij exiſtimaturi eſſent, ſe non rectè baptizatos, neq; adhuc Eccleſiæ Chriſti ritè inſertos, eſſe. Itaq; aut de ſalute ſua dubitarent, aut Baptiſmum repetere vellent: quorum hoc ad contemptum nominis diuini (in ſacro Baptiſmate inuocati) vergeret: illud verò deſperationi tandem occaſionem præberet. In rebus autem, quæ per ſe mediæ ſunt, & indifferentes, ita libertate Chriſtiana vtendum eſt: vt quàm pauciſsimi offendantur, plurimi autem ædificentur, & in vera fide atq; pietate confirmentur. Rem autem mediam & indifferentem eſſe credimus: hominem vel ter in aquam mergere, vel ter aqua perfundere. Nullum enim expreſſum ſuper ea re mandatum Chriſti, aut Apoſtolorum, extat: in ijs quidem certè ſcriptis, de quorum authoritate homini Chriſtiano fas non ſit dubitare. Neq; quicquam huic Sacramento decedit, aut in ipſius ſubſtantia quicquam immutatur: ſiue aqua ſuper hominem fundatur, ſiue homo aquæ immergatur. Manet enim Elementum Sacramenti: vt homo baptizetur AQVA: non vino, aut alio liquore: manet & verbum Domini: vt Baptiſmus adminiſtretur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Itaq; habemus integrum Sacramentum: vt eſt à Chriſto inſtitutum: in quo homo AQVA & Spiritu renaſcatur: ſicut de ea re noſter Saluator Chriſtus nos docuit. Ideoq; diuerſam illam baptizandi rationem (quæ ſubſtantiæ Sacramenti nihil prorſus adimit) non debere eſſe alicuius ſchiſmatis occaſionem inter Chriſtianos, iudicamus. Et poſſent ex antiquiſsimis Græcis ſcriptoribus exempla adduci: in quibus apparet, τὸ βάπτειν non tantùm immergere, ſed etiam aſpergere, ſignificare. Sed de externa iſta ceremonia, vt ſuprà etiam diximus, nemini litem mouebimus: atque

optaremus, nullam grauiorem inter Chriſtianos controuerſiam Religionis extare. Interim autem non dubitamus: quin nos, qui in Saluatorem Chriſtum credimus, & ter (in nomine videlicet Patris, & Filij, & Spiritus S.) aqua perfuſi ſumus, pro vere baptizatis Chriſtianis (quorum baptiſmus non ſit iterandus) agnoſcatis.

μηδεμίαν τοῖς χριστιανοῖς, περὶ τῶν τῆς θρησκείας, βαρυτέραν ἀμφισβήτησιν ἂν εἶναι, εὐχοίμεθα. Ἐν τοσούτῳ γε μὴν οὐκ ἀμφιβαλλόμεθα: ἡμᾶς, τοὺς εἰς τὸν σωτῆρα χριστὸν πεπιστευκότας: καὶ τρὶς (εἰς ὄνομα, λέγομεν, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος) ὕδατι προσρανθέντας: μὴ οὐχὶ, ὡς ἀληθῶς βαπτισθέντας χριστιανοὺς, καὶ μὴ δευτέρῳ βαπτίσματι ἀνακαινιστέους, ὑφ' ὑμῶν ἐπιγινώσκεσθαι.

DE CHRISMATE.

Chriſma.

Vtinam, Chariſsimi, tam facilè in negotio Chriſmatis, quàm Baptiſmi, conuenire poſſemus. Sed vos non modò Chriſmate vtimini: verùm etiam maximas ipſi vtilitates, & effectus admirandos, tribuitis. Dicitis enim: Chriſmate inungimur, vt Chriſmatis Regij Deificationis fiamus participes. His paucis verbis quantæ res comprehendantur: vobis viris ſapientiſsimis non eſt ignotum. At nos talia Chriſmati tribuere non poſſumus: quia verbum Dei nihil de iſto Chriſmate docet, multò verò minus Chriſmati tales virtutes tribuit. Facit quidem Ioannes Euangeliſta Chriſmatis mentionem, cùm ait: καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου: & paulò pòſt: ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει. (1. Ioan. 2.) Scitis autem, his verbis Apoſtolum non de Chriſmate olei, ſed de Spiritu S. loqui: quo omnes verè Chriſtiani ſunt vncti, vt Regnum cœlorum conſequantur. Quòd autem Chriſma olei nullum habeat teſtimonium in Nouo teſtamento: vos ipſi non negatis. Non enim tantùm fatemini, quòd Paulus ea de re nihil ſcripſerit: ſed neq; vllum Chriſti, aut Apoſtoli, teſtimonium pro Chriſmate, affertis. Et inter alia dicitis: Eccleſia enim Chriſti, gratia huius proficiens, diuinis dictis & fundamentis multa ADINVENIT, ornatu quodam veſtiens, &c. Quibus verbis ſignificatis, Chriſma eſſe ADINVENTIONEM Eccleſiæ. Vt autem Eccleſiæ licet inſtituere quædam, quæ ad bonum ordinem in Eccleſia faciant: ita

ΠΕΡῚ ΧΡΊΣΜΑΤΟΣ.

Χρίσμα.

Ὅσον δ' εἰς τὸ χρίσμα ἀνήκει· εἴθε, τιμιώτατε δέσποται, οὕτω ῥαδίως περὶ αὐτοῦ, ὡς περὶ τοῦ βαπτίσματος, συμβαίνειν ἂν δυναίμεθα. Ὑμεῖς γὰρ, οὐ μόνον τῷ χρίσματι χρῆσθε: ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα λυσιτελεῖν αὐτὸ, καὶ ἐπιτελεῖν, φάσκετε. Οὕτω γὰρ, αὐτολεξεί: Τὸ χρίσμα χριόμεθα, ἵνα τοῦ χρίσματος τοῦ βασιλικοῦ τῆς θεώσεως γενώμεθα κοινωνοί. Ὀλίγαι μὲν, αἱ λέξεις: ἡλίκων δὲ πέρι φθέγγονται, ὑμῖν, ὡς σοφωτάτοις οὖσιν, οὐκ ἀγνοεῖται. Ἡμεῖς δὲ, οὐχὶ τοιαῦτ' ἂν τῷ χρίσματι ἀπονέμοιμεν. Διὰ τί; Ὅτι τὸ θεῖον ῥῆμα, οὐδὲν περὶ τοῦ χρίσματος τούτου διδάσκει: πολλῷ δ' ἧττον, αὐτοῦ τοσαύτην δύναμιν καταφησι. Ποιεῖται μὲν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, χρίσματος μνείαν, ὅπου λέγει: Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου. (α. Ιωάν. β.) Καὶ μετὰ βραχύ: Ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει. Ἴστε δὲ, ταῦτα τὸν Ἀπόστολον, οὐ περὶ χρίσματος ἐλαίου, ἀλλὰ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, λέγειν: ὃ πάντες οἱ ὄντως χριστιανοὶ ἐχρίσθησαν, ἵνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐφίκωνται. Τὸ δὲ τοῦ ἐλαίου χρίσμα μηδαμοῦ τῆς καινῆς διαθήκης μαρτυρεῖσθαι, οὐδ' αὐτοὶ ἔξαρνοί ἐστε: οὐ μόνον γε ὁμολογοῦντες, οὐδὲν αὐτοῦ πέρι τὸν Παῦλον γράψαι: ἀλλὰ καὶ οὐδεμίαν ἡντινοῦν ἐκ χριστοῦ, ἢ Ἀποστόλου, τοῦ χρίσματος κατασκευὴν ἐπάγοντες. Καὶ ἐν ἄλλοις οὕτω λέγετε: Ἡ γὰρ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, τῇ χάριτι αὐτοῦ προκόπτουσα, ἐπὶ θείοις ῥητοῖς καὶ θεμελίοις, πολλὰ ἘΞΕΥ͂ΡΕ, καὶ κατεστολίσατο, καὶ ἑξῆς. Οἷς ῥήμασι σαφὲς καθίστατε, τὸ χρίσμα εἶναι ἘΠΕΞΕΎΡΕΣΙΝ τῆς ἐκκλησίας. Ὥσπερ δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἔξεστι, θέσθαι τινὰ εὐταξίας ἕνεκεν ἐν αὐτῇ: οὕτως

οὕτως οὐδαμῶς παρακεχώρηται αὐτῇ, καινὰ μυστήρια, ἢ νέας θεολατρείας, διατυποῦσθαι. Καὶ κακῶς ἀκούει ἐν τοῖς ἁγιογράφοις τὰ ἀνθρώπινα ἐπεξευρήματα. Ἀποτομώτατα γὰρ ὁ κύριος ἀπεῖπε· μήτε προσθεῖναι πρὸς τὸ ῥῆμα αὐτοῦ, μήτ' ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ. Οὐδ' αὖ ἀεὶ ὅλης τῆς ἐκκλησίας ἡγητέον ἐστὶ, τὸ ὑπό τινων ἐθελοθρήσκων ἀνθρώπων ἐπινοηθέν· καὶ προσχήματι θείας καὶ πνευματικῆς ἀποκαλύψεως τῇ ἐκκλησίᾳ παρεισκριθέν. Τὰ γὰρ ἐπὶ σωτηρίαν αὐτῆς ἀναγκαῖα· ταῦτα ἐν τοῖς θείοις γράμμασι πάντα ἀπεκαλύφθη· καὶ παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἀποστόλων, ἐκφαντικῶς διετάχθη. Τὸ δὲ χρίσμα, ἐπεὶ οὔτε Χριστοῦ, οὔτε Ἀποστόλων, μαρτυρίαν ἢ παράδειγμα ἔχει, προδήλως τῇ σωτηρίᾳ ἀναγκαῖον οὐκ ἔστιν. Ἀλλ' οὐδὲ πεποιθέναι ἔχομεν· χάρισμά τι τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡμῖν διὰ τοῦ χρίσματος δίδοσθαι. Διὰ τί γὰρ ἑαυτοῖς πεποίθησιν ἐπ' αὐτῷ ποιήσαιμεν· μὴ ῥῆμα θεοῦ ἔχοντες, τοιοῦτόν τι ἐκ χρήσεως τοῦ χρίσματος ἐπαγγελλόμενον; Ὅπου δ' οὐκ ἔστιν ἐπαγγελία θεία· οὐδὲ πεποίθησιν ἀληθινὴν εἶναι ἐγχωρεῖ. Καὶ οἱ ἐπί τινι κτίσματι πεποιθότες δίχα ῥήματος ἐπαγγελτικοῦ· οὗτοι τὸν θεὸν (κατά γε τοῦτο) μᾶλλον πειράζουσιν, ἢ τιμῶσιν. Οὐδέ γε ὄφελός τι ἐκ τοῦ βαπτίσματος, ἢ τοῦ κυριακοῦ δείπνου, λαμβάνειν, ἢ ἑαυτοῖς ἐπαγγέλλεσθαι, ἂν δυνηθεῖμεν· εἰ μὴ θεόθεν αἱ τελεταὶ αὗται, προφανεῖ θεοῦ ῥήματι διετέθησαν. Ἡγούμεθα τοίνυν, οὐδὲν εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν ζημιοῦσθαι, κἂν τὸ χρίσμα παραλίπωμεν· ἀγαπῶντες τέως, οἷς περιφανῶς ὁ θεὸς διετάξατο, μυστηρίοις.

Ὅσον δ' ἐπὶ τὸν Διονύσιον ἐκεῖνον, τὸν ἐξ Ἀρείου πάγου· ὃς, ὡς ἀποστολικὴν παράδοσιν, τὸ χρίσμα ἔχει, καὶ συνίστησιν· οὐ μὲν ἀγνοοῦμεν, γενέσθαι τινὰ Διονύσιον Ἀρεοπαγίτην (τὸν ἐν ταῖς Ἀποστολικαῖς πράξεσι μνημονευόμενον) ἄνδρα ἅγιον, καὶ τοῦ Ἀποστόλου Παύλου μαθητήν· ὃν οὗτος Ἀθήνησι διδάσκων, ἐπὶ Χριστὸν ἐπέστρεψε. Τὸ δὲ, τουτονὶ τὸν Διονύσιον, τὸν τῷ Παύλῳ μαθητεύσαντα, ξυγγράψαι τὸ βιβλίον, ὃ ἐπὶ Διονυσίου ὀνόματι περιφέρεται, ἡμᾶς πιστεύειν, εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι οὐ δυνάμεθα. Παράγεται γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ Κλήμης ὁ Ἀλεξαν-

ita nequaquam licet Eccleſiæ noua Sacramenta, aut nouos cultus diuinos inſtituere. Et adinuentiones humanæ, malè admodum in ſacris literis audiunt. Dominus enim ſeueriſsimè præcepit: ne quid ipſius verbo vel addamus, vel detrahamus. Neq; ſemper toti Eccleſiæ imputandum eſt, quod ab aliquibus hominibus ſuperſtitioſis excogitatur: & ſub nomine reuelationis Spiritus ſancti, Eccleſiæ obtruditur. Quæ enim ad Eccleſiæ ſalutem ſunt neceſſaria: ea omnia in ſacris literis ſunt reuelata, & à Chriſto & Apoſtolis expreſsis verbis inſtituta. Cùm autem Chriſma non habeat Chriſti, aut Apoſtolorum, teſtimonium aut exemplum: certum eſt, id non eſſe ad ſalutem neceſſarium. Sed neq; confidere poſſumus, quòd per illud chriſma donum quoddam Spiritus ſancti nobis conferatur. Cur enim nobis ſpem ea de re faceremus: cùm non habeamus verbum Dei, quod tale quid nobis de vſu Chriſmatis promittat? Vbi autem non eſt promiſsio diuina: ibi etiam non poteſt eſſe vera fiducia. Et qui in creatura aliqua confidunt, vbi verbo promittente carent: ij Deum (ea quidem in parte) veriùs tentant, quàm colunt. Neq; verò è Baptiſmate, aut Cœna Domini, aliquam vtilitatem capere, aut nobis polliceri, poſſemus: niſi hæc Sacramenta diuinitus, expreſſo Dei verbo inſtituta eſſent. Quare iudicamus, nullam nos iacturam ſalutis facere: tametſi vſum Chriſmatis obmittamus: contenti interim ijs Sacramentis, quæ expreſſo verbo Dei nituntur.

Quod ad Dionyſium illum Areopagitam attinet, qui Chriſma pro Apoſtolica traditione habet & commendat: equidem non ignoramus, fuiſſe quendam Dionyſium Areopagitam (cuius Acta Apoſtolorum mentionem faciunt) virum ſanctum, & Pauli Apoſtoli diſcipulum: quem Paulus, cùm Athenis doceret, ad Chriſtum conuertit. Sed hunc Dionyſium, Pauli diſcipulum, eſſe authorem iſtius libelli, qui ſub Dionyſij nomine circumfertur, vt credamus: in animum noſtrum inducere non poſſumus. In illo enim libello allegatur Clemens

De Dionyſio Areopagita.

Act. 17.

Alexandrinus , qui aliquot ſeculis poſt Dionyſium Areopagitam, Pauli diſcipulum, vixit. Itaq; certum eſt, alium quendam eſſe iſtius libelli authorem, qui poſt tempora Clementis Alexandrini vixerit. Sed & totum illud ſcriptum multa habet, quæ ad veram Dei agnitionem & pietatem parum faciunt: & in ceremonijs nimium eſt ſuperſtitioſus. Deniq; , ſi diligenter ſingula expendantur & examinentur: facilè deprehenditur, quòd illud ſcriptum non oleat Præceptorem Paulum: cuius epiſtolæ huic Dionyſij ſcripto ſunt admodum diſsimiles. Petimus autem , ne hanc nobis in dicendo libertatem, ex vero candore profectam , vitio vertatis. Non enim hæc in cuiuſquam contumeliam, ſed tantùm ad aſſerendam veritatem, neceſſariò dicuntur.

Laodicenſis Synodus , & Carthaginenſe Concilium tantum authoritatis non habent: vt poſsint Sacramentum nouum vel inſtituere, vel confirmare: quod neq; à Chriſto, neq; ab ipſius Apoſtolis , ſit inſtitutum. Chryſoſtomus, vir ſanctus & eloquentiſsimus , communi opinione & conſuetudine, quæ tùm in Eccleſia altas iam radices egerat, tanquam torrente abreptus, Chriſma probauit. Quæ autem fuit illius optimi viri eximia pietas: ſi ipſius temporibus reformatio Religionis fuiſſet inſtituta: in qua ea, quæ humanitùs excogitata, in Eccleſiam irrepſerant, rurſus fuiſſent abolita: non dubitamus , quin eiuſmodi piæ reformationi nequaquam ſeſe oppoſuiſſet: ſed potiùs eam iuuare & promouere pro virili elaboraſſet.

Vnctiones in veteri Teſtamento inſtitutæ, non ſignificabant Chriſma olei: ſed figurabant vberiora illa dona Spiritus ſancti : quorum alia ſunt omnibus Chriſtianis communia : alia ijs conferuntur, quorum opera Dominus in peculiaribus vocationibus ad ædificationem Eccleſiæ Dei vtitur: alia prorſus admiranda erant dona, qualia Apoſtolis in die Pentecoſtes, et poſtea quibuſdā alijs (ad confirmationē doctrinæ

Ἀλεξανδρεύς: ὃς πλείοσι γενεαῖς ὕστερον τοῦ Ἀρεοπαγίτου Διονυσίου, τοῦ τῷ Παύλῳ μαθητοῦ γενομένου, ἐβίω. Βέβαιον οὖν, ὑπ' ἄλλου τοῦτο βιβλίον ξυγγραφῆναι, μετὰ τὸν Ἀλεξανδρέα Κλήμεντα ζήσαντος. Ἔτι γὰρ μήν, καὶ πολλὰ τῷ ξυγγράμματι ἐκείνῳ ἔνεστιν: ἅτινα ὀλίγον πρὸς ἀληθινὴν θεογνωσίαν καὶ εὐσέβειαν συμφέρουσι: καὶ κατακόρως περὶ τὰς τελετὰς καὶ θεσμὰ ὁ ξυγγράψας περιττός ἐστιν. Ὅλως δέ, ἐὰν τὰ καθέκαστον αὐτοῦ μετ' ἀκριβείας βασανισθῶσι: ῥαδίως καταλαμβάνεται, ἐκεῖνο οὐκ ἀπόζειν τοῦ διδασκάλου Παύλου: οὗτινος αἱ ἐπιστολαί, τῆς τοῦδε τοῦ Διονυσίου βίβλου κομιδῇ ἀπεοίκασι. Δεόμεθα δὲ τῆς ἁγιότητός σου, παναγιώτατε κύριε: τὴν ἡμῶν εἰλικρινῶς φιλαλήθη παῤῥησίαν ταύτην, μὴ δυσχερῶς ἀποδέχεσθαι. Οὐ γὰρ ἐπ' οὐδενὸς ὕβρει, μόνον δ' ἐπὶ συστάσει τῆς ἀληθείας, ἐξ ἀνάγκης ταῦτα λέγεται.

Ἡ δ' ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ἡ ἐν Καρχηδόνι, σύνοδοι, τοσαύτην ἀξίωσιν οὐκ ἔχουσιν: ὥστε δύνασθαι μυστήριον νέον ἢ κτίζειν, ἢ βεβαιοῦν: ὅπερ οὔτε παρὰ Χριστοῦ, οὔτε τῶν αὐτοῦ Ἀποστόλων, διετάχθη. Καὶ ὁ Χρυσόστομος, τἄλλα ἅγιος ἀνὴρ ὤν, καὶ δεινότατος λέγειν, ὑπὸ τῆς κοινῆς δόξης, καὶ συνηθείας, εἰς βάθος ἤδη ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ῥιζωθείσης, ὥσπερ ὑπὸ χειμάῤῥου, παρενεχθείς, ἀπεδέξατο μὲν τὸ χρίσμα. Καθὼς γὰρ ἐξαιρετός τις ἐγένετο τἀνδρὸς ἡ θεοσέβεια: εἰ κατὰ τοὺς αὐτοῦ καιρούς, διόρθωσις καὶ καθαίρεσις τῶν τῆς θρησκείας προὐτέθη: ἐφ' ᾧ τε, τὰ ἀνθρώπινα τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεισδύντα ἐπινοήματα, πάλιν ἀθετηθέντα ἐκκλύζειν: οὐδεμία ἡμῖν ἐστιν ἀμφιβολία, αὐτὸν οὕτω θεαρέστῳ ἀναπλάσει οὐδαμῶς ἂν ἐναντιώσασθαι: ἀλλὰ μᾶλλον συναίρεσθαι τοῦ ἔργου, αὐτό τε προβιβάζειν, εἰς δύναμιν ἂν διαπονήσασθαι.

Αἱ γὰρ τῆς παλαιᾶς διαθήκης χρίσεις, οὐκ ἐσήμαινον τὸ τοῦ ἐλαίου χρίσμα: ἀλλὰ προετύπουν τὰ πλουσιώτερα τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρίσματα: ὧν τὰ μέν, πᾶσι τοῖς χριστιανοῖς ἐστι κοινά: τὰ δέ, εἰς τούς, ὧν τοῖς πόνοις πρὸς ἐξαιρέτους κλήσεις εἰς οἰκοδόμησιν τῆς Ἐκκλησίας ὁ κύριος χρῆται, τρέπεται: ἄλλα δ' αὖ τὰ, λίαν θαυμάσια δῶρα ὑπῆρχεν: οἷα ἦν τὰ τοῖς Ἀποστόλοις ἐν ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, καὶ μετέπειτα τισὶν ἄλλοις, ἐπὶ βεβαιώσει

τῆς

τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας νεμηθέντα. Οὐκ ἄρα τὰ τῆς παλαιᾶς χρίσματα, εἰς τὴν καινὴν ἀνακτέον. Ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ, σκιαὶ ἦσαν τῶν μελλόντων, κατὰ τὸν Ἀπόστολον: ἐν δὲ τῇ καινῇ, αὐτὸ τὸ σῶμα. Ἥκιστα τοιγάρτοι χρείαν ἔχομεν, ἀφέντες τὸ σῶμα, σκιὰς τὴμερον διώκειν: καὶ χρίσεις καινὰς χωρὶς θείου λόγου ἐνίστασθαι, ἢ παρατηρεῖν.

Κολασσ. β΄. Ἑβρ. ι΄.

doctrinæ Euangelicæ) conferebantur. Quare Chriſmata illa veteris Teſtamenti, non ſunt in nouum Teſtamentum reducenda. In veteri Teſtamento erant vmbræ rerum futurarum, vt Apoſtolus teſtatur: in nouo Teſtamento eſt corpus ipſum. Itaq; minimè opus eſt, vt omiſſo corpore, hodie vmbras ſectemur: & nouas vnctiones, ſine verbo Dei inſtituamus, aut obſeruemus.

Coloſſ. 2. Heb. 10.

Οὐδὲ μὴν διὰ τοῦτο, τῆς ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος οἱ ἄνθρωποι στέρονται: κἂν μὴ τῷ ἐξ ἐλαίου χρίσματι χρήσωνται. Διὰ γὰρ τοῦ βαπτίσματος χορηγεῖται τὸ πνεῦμα: δι' ὃ καὶ ὁ Ἀπόστολος καλεῖ τὸ βάπτισμα, οὐ μόνον λουτρὸν παλιγγενεσίας: ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἈΝΑΚΑΙΝΏΣΕΩΣ ΠΝΕΎΜΑΤΟΣ ἉΓΊΟΥ: παρὰ τὸ, ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ βαπτισμοῦ τῷ ἁγίῳ πνεύματι δωρηθῆναι, δι' αὐτοῦ τε ἀνακαινωθῆναι. Ναὶ μὴν, καὶ ὁσημέραι ἡμῖν ἀκούουσι, καὶ σπουδαίως μελετῶσι, τὸ ῥῆμα θεοῦ, αὔξεται τὰ δῶρα τοῦ πνεύματος: ἐνδελεχῶς καὶ διακαῶς προσευχομένοις, αὔξεται ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, κατὰ τὸ χριστοῦ: Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν: πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ, ὁ ἐξ οὐρανοῦ, δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Χάριν οὖν οἴδαμεν τῷ θεῷ: διὰ τοῦ ῥήματος, καὶ τῶν ἀπὸ χριστοῦ διατεταγμένων δυο μυστηρίων, πάντα ἡμῖν πλουσίως διδόντι, τὰ πρὸς ἡμῶν σωτηρίαν ἀναγκαῖα. Τἄλλα δὲ, ὅσα θείῳ ῥήματι ἀθεμελίωτα, ἄλλον μηδένα ὑβρίζοντες, χωρὶς ἁμαρτίας παραλείπομεν.

Τίτ. γ΄.

Λουκ. ια΄.

Neq; tamen ideo gratia Spiritus ſancti homines priuantur: etſi Chriſmate olei non vtuntur. Per Baptiſmum enim datur Spiritus S., eamq; ob cauſam Apoſtolus Paulus vocat Baptiſmum non tantùm lauacrum Regenerationis, verùm etiam Renouationis Spiritus S., quòd videlicet in Baptiſmo Spiritu ſancto donemur, & per eundem renouemur. Augentur dona Spiritus Sancti, quotidiano auditu, & diligenti meditatione, verbi Dei: augetur gratia Spiritus S. ſedula & ardenti oratione, iuxta illud Chriſti: Si vos, cùm ſitis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris: quantò magis Pater cœleſtis dabit Spiritum S. petentibus ab ipſo. Gratias igitur DEO agimus: qui per verbum, & duo illa Sacramenta à Chriſto inſtituta, omnia illa nobis largitur, quæ ad ſalutem noſtram ſunt neceſſaria. Reliqua verò, quæ verbum Dei non habent pro fundamento, citra cuiuſquam contumeliam, ſine peccato omittimus.

Tit. 3.

Luc. 11.

ΠΕΡΊ ΚΥΡΙΑΚΟΫ δείπνου.

Κυριακὸν δεῖπνον.

Συμφρονοῦμεν μὲν ὑμῖν κατὰ τοῦτο: ὅτι τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα, χριστοῦ, ἐν τῇ θείᾳ εὐχαριστίᾳ ἀληθῶς παρεῖναι πιστεύετε. Καὶ πολλὰ χαίρειν φράζομεν τοῖς, μᾶλλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἢ τῷ ῥήματι θεοῦ, περὶ τὸ μυστήριον τοῦτο πιστεύουσι: καὶ τὸ σῶμα, τό, τε αἷμα, τοῦ κυρίου, ὡς μακροτάτην τῆς ἁγίας κοινωνίας ἀφεστηκέναι οἰομένοις: ἐπειδὴ τοῖς ἑαυτῶν λογισμοῖς περιλαβεῖν οὐ δύνανται τό: πῶς τὸν χριστὸν ἅμα ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, εἶναι οἷόν τε.

Οὕτω

DE COENA Domini.

Cœna Domini.

Conſentimus vobiſcum in eo, quòd corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia, verè præſentia eſſe creditis. Et reijcimus eos, qui in hoc myſterio, plus humanæ ſuæ rationi, quàm verbo Dei, credunt: atq; corpus & ſanguinem Chriſti à ſacra Cœna longiſsimè abeſſe putant: propterea quòd ratione ſua cõprehendere nequeant, quomodo Chriſtus ſimul in cœlis, & in terris, eſſe poſsit.

Sed

Sed ita Chriſti corpus & ſanguinem, in Cœna Domini reuera vnà cum pane & vino edi & bibi credimus: vt tamen panis & vinum non transmutentur. Paulus e- 2. Cor. 11.
nim Apoſtolus Sacramentum illud panem vocat, cùm inquit: Quotieſcunque comederitis panem hunc. Et poſt pauca: Quiſquis ederit panem hunc, aut biberit poculum Domini indignè: &c. Itaq; elementa, panem & vinum, in ſubſtantia ſua permanere, ex Apoſtolo Paulo didicimus: ita tamen, vt, qui hunc panem edit, reuera ſimul edat corpus Chriſti: & qui vinum è calice bibit, reuera ſimul bibat ſanguinem Chriſti. Ad eundem etiam modum verba Pauli intellexit Irenæus, vnus ex antiquiſsimis Eccleſiaſticis ſcriptoribus: quippe cuius Præceptor fuit Polycarpus, auditor Ioannis Euangeliſtæ.
Lib. 5. cap. 34. Is ipſe Irenæus dicit: Euchariſtiam conſtare ex duabus rebus, ex terrena, & ex cœleſti: & per terrenam quidem, elementa panis & vini: per cœleſtem verò, corpus & ſanguinem Chriſti, intelligit. Itaq;, quemadmodum in Baptiſmate non mutatur ſubſtantia aquæ: ſed vnà cum aqua adeſt, & operatur gratia Spiritus S. ad Regenerationem: ſic in Cœna Domini non mutatur ſubſtantia panis & vini: ſed vnà cum pane & vino adſunt, & diſtribuuntur corpus & ſanguis Chriſti, tam indignis, quàm dignis: ita tamen, vt digni, ad ſalutem: indigni verò, corpus & ſanguinem (teſte Apoſtolo) ad iudicium ſumant. Notum eſt, quòd Filius Dei aſſumpſerit corpus ſuum è carne & ſanguine beatiſsimæ virginis Mariæ. Quòd ſi iam panis etiam in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem Chriſti, transmutaretur: Chriſtus videretur duo habere corpora: quorum alterum ex carne & ſanguine virginis Mariæ, alterum verò ex pane & vino, conſtaret. Quinetiam, ſi talis fieret transmutatio: quicquid accideret pani & vino in ſacra Cœna, idipſum etiam neceſſariò eueniret corpori & ſanguini Chriſti.

Verbi

Οὕτω μέντοι γε τὸ τοῦ χριστοῦ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα, ἐν τῷ ἁγίῳ δείπνῳ ἀληθῶς ὁμοῦ τῷ ἄρτῳ, καὶ τῷ οἴνῳ, ἐσθίεσθαι καὶ πίνεσθαι πιστεύομεν: ὥστε ὅμως τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον, πῶς μὴ μεταποιεῖσθαι. Ὁ γὰρ ἀπόστολος Παῦλος, τὸ μυστήριον ἐκεῖνο ἄρτον ὀνομάζει, ά. Κορινθ.
εἰπών: Ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον. Καὶ μετ' ὀλίγα: ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου, ἀναξίως. Ὥστε τὰ δῶρα, τὸν ἄρτον καὶ οἶνον, τὴν ἰδίαν ἑαυτῶν οὐσίαν φυλάττειν, ἐκ τοῦ Ἀποστόλου μεμαθήκαμεν: οὕτω μέντοι, ὥστε τὸν μὲν ἐσθίοντα τὸν ἄρτον τοῦτον, ἀληθῶς ὁμοῦ ἐσθίειν τὸ σῶμα χριστοῦ: τὸν δὲ πίνοντα τὸν οἶνον ἐκ τοῦ ποτηρίου, ἀληθῶς ὁμοῦ πίνειν τὸ αἷμα χριστοῦ. Εἰς ἣν ἔννοιαν τὰ Παύλου ῥήματα καὶ ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος ἐξεδέξατο, ἀνὴρ τῶν παλαιοτάτων τῆς Ἐκκλησίας ξυγγραφέων: οὗ γε διδάσκαλος ὁ πανίερος Πολύκαρπος, ἀκροατὴς ἐγένετο Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Οὗτος τοίνυν ὁ ἐν ἁγίοις Εἰρηναῖος Βιβ. έ. κεφ. λδ'.
φησί: τὴν ἁγίαν Εὐχαριστίαν ἐκ δυοῖν συνεστηκέναι πραγμάτοιν: ἐκ γηΐνου, καὶ ἐξ οὐρανίου. Καὶ τὸ μὲν γήϊνον, τὰ στοιχεῖα τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου νοεῖ: τὸ δὲ οὐράνιον, τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ. Τοιγαροῦν, ὃν τρόπον ἐν βαπτίσματι οὐ μεταβάλλεται ἡ τοῦ ὕδατος οὐσία: ἀλλ' ὁμοῦ τῷ ὕδατι πάρεστι, καὶ ἐνεργεῖ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις, εἰς παλιγγενεσίαν: οὕτω καὶ ἐν τῷ κυριακῷ δείπνῳ, ἀμετάποίητος μὲν ἡ οὐσία τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου μένει: ὁμοῦ δὲ μετὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου, πάρεισι καὶ διαδίδονται τὸ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ: οὐδὲ μόνον τοῖς ἀξίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀναξίοις: οὕτω μέντοι, ὥστε τοὺς μὲν ἀξίους, ἐπὶ σωτηρίᾳ, τοὺς δὲ ἀναξίους, εἰς κρίμα, τό, τε σῶμα καὶ τὸ αἷμα (ὡς ὁ Ἀπόστολος μαρτυρεῖ) λαμβάνειν. Ἔτι, γνώριμον μὲν πᾶσι, τὸν θεοῦ λόγον προσλαβεῖν ἑαυτῷ τὸ σῶμα, ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς μακαριωτάτης παρθένου Μαρίας. Εἰ δὲ ἄρα καὶ ὁ ἄρτος εἰς σῶμα χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος εἰς αἷμα χριστοῦ, μεταβληθείη: κινδυνεύσειεν ἂν ὁ κύριος, δύο ἔχειν σώματα: τὸ μὲν, ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς ἀειπαρθένου ἀναληφθέν: τὸ δὲ αὖ, ἐξ ἄρτου καὶ οἴνου μετουσιωθέν. Ἀλλὰ μὴν, εἰ τοιαύτην τινὰ ξυμβαίη γενέσθαι μεταβολήν: τηνικαῦτα, ὅ, τι ποτὲ πάθοι ἂν ἐν τῷ ἁγίῳ δείπνῳ ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος: ταὐτὸν καὶ τῷ χριστοῦ σώματι καὶ αἵματι, ἐπάναγκες ἂν εἴη ξυμπεσεῖν.

Οἷον

Οἷον δὴ λέγομεν: εἰ μὲν μέρος τι ἄρτου ἁγιασθέντος, εἰς πῦρ ῥιφείη. (ὅπερ ὑπὸ ἀσεβῶν ἐνίοτε κακουργηθῆναι, ἐξ ἱστοριῶν μαρτυρεῖται) αὐτὸ ἂν τὸ χριστοῦ σῶμα κατακαείη: εἰ δὲ οἶνος ἐκ τοῦ ποτηρίου ἐκχυθείη, καὶ ὑπὸ γῆς καταποθείη: τὸ αἷμα χριστοῦ ἐξεχύθη ἂν, καὶ ὑπὸ τῆς γῆς κατεπόθη: ὅπερ ὅμως ἑκάτερον, ἄτοπον. Ταῦτα δὲ λέγοντες οὕτως, οὐδαμῶς ἀρνούμεθα: μὴ οὐκ ἐν τῇ ἱερᾷ Εὐχαριστίᾳ, ὄντως τὸ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ παρεῖναι: ὑπὲρ οὗ ἤ μὴν ἐνθύμως, θείῳ ὑπερειδόμενοι ῥήματι, τισὶ πρὸς αὐτὸ παρ' ἡμῖν ἀντιλέγουσι μαχόμεθα. Πιστεύομεν γὰρ βεβαίως, ὁμοῦ τῷ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ, τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου παρεῖναι, καὶ διαμερίζεσθαι πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνουσι. Τότε γὰρ τότε, τὸ κυριακὸν σῶμα καὶ αἷμα διαμερίζονται: ὅτε ταύτῃ τῇ τοῦ χριστοῦ ἐντολῇ πειθαρχοῦμεν, τῇ: Ἐσθίετε, πίνετε. Ὅτε δὲ οὐκ ἐσθίεται, οὐδὲ πίνεται: τότε τὸν ἄρτον καὶ οἶνον, τῷ σώματι καὶ αἵματι χριστοῦ μυστηριωδῶς ξυνῆφθαι, οὐ πιστεύομεν: διότι ἐκτὸς τῆς χρήσεως, ὁ ἄρτος καὶ οἶνος καθ' ἑαυτὰ, οὐ μή ἐστι μυστήρια.

Verbi gratia: ſi particula panis conſecrati in ignem abijceretur, (quod aliquoties ab impijs hominibus factum Hiſtoriæ teſtantur) ipſum corpus Chriſti cremaretur: Si vinum in calice effunderetur, & à terra abſorberetur: ſanguis Chriſti effunderetur, & à terra eſſet abſorptus: quorum tamen vtrunq; eſt abſurdum. Hæc autem nequaquam eò dicuntur, quòd veritatem præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna ſacra negare velimus: (pro qua certè acriter ex verbo Dei, contra aduerſarios quoſdam noſtros pugnamus) Credimus enim firmiter, quòd vnà cum pane & vino, corpus & ſanguis Chriſti adſint, & diſtribuantur omnibus veſcentibus. Tùm enim Chriſti corpus, & ſanguis Chriſti diſtribuuntur: cùm huic Chriſti mandato paremus: Edite, bibite. Cùm autem non editur, nec bibitur: tùm panem & vinum, cum corpore & ſanguine Chriſti Sacramentaliter coniuncta eſſe, non credimus: Quia extra vſum panis & vinum, per ſe non ſunt Sacramentum.

Ὑμεῖς δὲ ἔτι, καὶ ὕδωρ τῷ οἴνῳ τοῦ ποτηρίου μιγνύναι εἰώθατε: ὅπερ ἡμεῖς παραλείπομεν, διὰ τὸ μηδεμίαν ὑπὸ τῶν Εὐαγγελιστῶν, καὶ τοῦ Παύλου, τὸ ἱερὸν δεῖπνον διαγραψάντων, ὕδατος μνείαν ποιηθῆναι. Καὶ τῇ σημασίᾳ δὲ ἁρμοδιώτερον εἶναι νομίζομεν, τὸ μὴ προσμίξαι ὕδωρ. Ὥσπερ γὰρ οἶνος, ὅσῳ μᾶλλον καθαρὸς ἀλλ' οὐ κεκραμένος, τοσούτῳ μᾶλλον τὰς τῶν πινόντων ψυχὰς εὐφραίνει: τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὸ αἷμα χριστοῦ, ὥσπερ τις ἀκρατώτατος οἶνος τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἀληθῶς ἱλαρύνει καὶ ἀνακτᾶται. Οὐ γὰρ μάλα οἶνος μεμιγμένος, ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς ἐπαινεῖται: καθὼς ὁ προφήτης φησίν: ὁ οἶνός σου μέμικται ὕδατι. Οὐ μὴν, μετὰ τοιαύτης γνώμης ταῦτα λέγομεν: ὡς δέον, σώματος ἀνάληψιν καὶ θεραπείαν ἐκ τῆς ἁγίας κοινωνίας ζητῆσαι: ἢ ὡς ἀσεβὲς ὂν, εἴ τις ὀλίγον ὕδωρ τῷ οἴνῳ μίσγοι: ἀλλ' ἵνα αἰτίαν ἀποδῶμεν, δι' ἣν οὐκ ἀναγκαίαν τὴν τοιαύτην μίξιν ὑπολαμβάνομεν: ἧς γε οὐδεμία παρὰ ταῖς γραφαῖς ἐστι μνεία.

Ἡσα. α

Vos etiam in calice aquam admiſcere ſoletis: quod nos omittimus, propterea quòd Euangeliſtæ, & Paulus in deſcriptione Cœnæ Dominicæ, nullam aquæ mentionem faciant. Et ſignificationi etiam meliùs reſpondere putamus, cùm vino non admiſcemus aquam. Vt enim vinum meraciſsimum (non autem dilutum) omnium maximè hominum animos exhilarat: ita ſanguis Chriſti, tanquam vinum meraciſsimum, noſtras animas verè exhilarat, atq; reficit. Neq; enim vinum dilutum in ſcriptura admodum bene audit: Vt cùm Propheta dicit: Vinum Iſa. 1. tuum, mixtum eſt aqua. Hæc non eo animo à nobis dicuntur, quaſi corporis refectio in ſacra Cœna ſit quærenda: aut quaſi piaculum ſit, ſi quis aliquantulum aquæ vino admiſceat: ſed vt cauſam recitemus, quare eam mixtionem non neceſſariam exiſtimemus: quippe cuius nullam mentionem ſacræ literæ faciant.

Eiuſdem generis eſt, quòd vos in adminiſtratione Cœnæ Dominicæ, pane fermentato vti ſoletis: nos verò infermentato vtimur. Et vos quidem panem fermentatum, propriè panem eſſe & rectè dici putatis: quaſi infermentatus non ſit propriè panis dicendus. Sed farina, ſi cùm aqua ſubigatur, & pinſatur, reuera fit panis: ſiue fermentum admiſceatur, ſiue non admiſceatur. Alioquin Iſraelitæ toto feſto Paſchatis nullum Panem comediſſent. Non enim fermentato veſci licebat. (1. Cor. 5.) Et cùm Paſcha noſtrum ſit Chriſtus: verus ille agnus Paſchalis, qui in ſacra Cœna fit cibus noſter: rectè infermentato pane vtimur: non modò, vt admoneamur innocentiæ & puritatis illius panis cœleſtis: verùm etiam, vt excitemur ad expurgandum vetus fermentum malitiæ & nequitiæ: & ſic Paſcha (Ibidem.) celebremus in azymis ſynceritatis & veritatis, vt Paulus monet. Neq; tamen cum quoquam ſuper ea re litigare velimus: modò is de ſubſtantia & vſu ſacræ Cœnæ, à Chriſto inſtitutæ, rectè & piè ſentiat.

Παραπλήσιόν ἐστι τὸ, ὑμᾶς μὲν ἐνζύμοις, ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εὐχαριστίας πραγματείᾳ χρῆσθαι: ἡμᾶς δὲ, ἀζύμοις. Καὶ ὑμεῖς μὲν, τὸν ἔνζυμον, τῇ ἀληθείᾳ ἄρτον εἶναι, καὶ ὀρθῶς λέγεσθαι, νομίζετε: ὡς δῆθεν τὸν ἄζυμον, οὐ κυρίως ἄρτον λέγεσθαι προσῆκον. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ἀλεύρου μεθ' ὕδατος ἀναφυραθέντος, καὶ μαχθέντος, ἀληθῶς γίνεσθαι ἄρτον: ζύμης εἴτε ἀναμεμιγμένης, εἴτε μή. Ἄλλως γὰρ ἂν τοὺς Ἰσραηλίτας, δι' ὅλου τοῦ Πάσχα οὐ φαγεῖν ἄρτον: διότι οὐκ ἐξῆν ἔνζυμα προσφέρεσθαι. ἔτι, ἐπειδὴ τὸ (ά Κορ. έ.) πάσχα ἡμῶν ἐστι χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς ἐκεῖνος ἀμνὸς, ὁ ἐν τῷ ἱερῷ δείπνῳ γιγνόμενος βρῶσις ἡμῶν: εὐλόγως ἀζύμοις χρώμεθα: οὐ μόνον, ἵνα τῆς ἀναμαρτησίας καὶ καθαρότητος ὑπομνησθῶμεν ἐκείνου τοῦ οὐρανίου ἄρτου: ἀλλ' ἤδη καὶ, ἵνα διεγερθῶμεν εἰς τὸ ἐκκαθαίρειν τὴν παλαιὰν ζύμην τὴν τῆς κακίας καὶ πονηρίας: καὶ λοιπὸν ἑορτάσωμεν τὸ πάσχα ἐν ἀζύμοις, τοῖς εἰλικρινείας καὶ (Αὐτόθι.) ἀληθείας, κατὰ τὴν παραίνεσιν Παύλου. Οὐ δὲ μὴν πρὸς τινὰ ὁντινοῦν, περὶ τούτου φιλονεικεῖν ἂν βουληθεῖμεν: μόνον ἐὰν οὗτος περὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν χρῆσιν, τοῦ χριστοδιατάκτου δείπνου, ὀρθοδοξήσῃ.

DE ORDINATIONE, ſeu Sacerdotio.

(Ordinatio.) ETſi ordinationem Miniſtrorum Eccleſiæ non numeramus inter Sacramenta: quæ diuinitus in hunc vſum inſtituta ſunt, vt cuiuſq; credentis in Chriſtum fidem (de remiſsione peccatorum, & vita æterna) confirment: tamen non permittimus cuiquam, vt officio docendi in Eccleſia, aut Sacramenta adminiſtrãdi, fungatur: niſi ſit legitimè ad Miniſterium Eccleſiæ vocatus, & donis neceſſarijs inſtructus. Nouimus etiam, Eccleſiam Dei idoneis Miniſtris carere nequaquam poſſe. Ipſi enim ſunt diſpenſatores (1. Cor 4.) Myſteriorum Dei: vt Apoſtolus teſtatur. Quare, vt œconomo aut patrefamiliâs opus eſt familiæ: ita etiam miniſtro indiget Eccleſia. Certum eſt etiam, Deum eſſe per

ΠΕΡῚ ΧΕΙΡΟΤΟΝΊΑΣ, ἢ ἱερωσύνης.

Τὴν μὲν χειροτονίαν τῶν τῆς ἐκκλησίας διακόνων (Χειροτονία.) (οὕτω γὰρ τοὺς ἱερεῖς ἡμεῖς ὀνομάζομεν) οὐκ ἐναριθμοῦμεν τοῖς μυστηρίοις: τοῖς παρὰ θεοῦ εἰς τοῦτο διατεταγμένοις: ὅπως ἑνὸς ἑκάστου, τοῦ εἰς χριστὸν πιστεύοντος, τὴν πίστιν (τὴν περὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ζωῆς αἰωνίου) βεβαιῶσι: οὐκ ἐπιτρέπομεν δ' ὅμως οὐδενὶ, τοῦ διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ τὰ μυστήρια μεταχειρίζεσθαι, ἐξουσίαν ἔχειν: ἐὰν μὴ νομίμως εἰς ἐκκλησίας διακονίαν κληθεὶς ᾖ, καὶ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ ἀναγκαίοις χαρίσμασι χορηγηθείς. Οἴδαμεν δ' ἔτι, τὴν ἐκκλησίαν θεοῦ, χωρὶς εὐθέτων ὑπηρετῶν συστῆναι οὐ μὴ δύνασθαι. Αὐτοὺς γὰρ εἶναι οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ, παρὰ τοῦ ἀποστόλου μεμαρτύρηται. Ὥσπερ (ά. Κορ. δ'.) οὖν οἰκονόμου, ἢ οἰκοδεσπότου, δεῖ τοῖς ἐν οἴκῳ: τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ διακόνων ἡ ἐκκλησία χρείαν ἔχει. Πρόδηλον δ' αὖ, τὸν θεὸν διὰ

τῆς

τῆς ὑπηρεσίας τῶν διακονούντων ἐνεργὸν εἶναι: τοὺς δ᾽ ἀνθρώπους ἐπὶ τὸν κύριον ἐπιστρέφεσθαι, δικαιοῦσθαι, ἀναγεννᾶσθαι, ἀγαθῶν ἔργων πλήρεις γίνεσθαι, τῶν πειρασμῶν καὶ θλίψεων εὐσταθῶς ἀνέχεσθαι, καὶ τελευτῶντας σώζεσθαι: εἴπερ οἱ Ἐκκλησιασταὶ τὰ δέοντα ποιῶσι: μήτε τὴν τοῦ θείου ῥήματος διδασκαλίαν κιβδηλεύοντες, μήτε περὶ τὴν ἑαυτῶν τάξιν νωθρεύοντες. Δοκιμάζομεν δὲ τήν τε παιδείαν, καὶ τὰ χαρίσματα, καὶ τὴν περὶ τὸν βίον πολιτείαν, τούτων: οἷς τό, τε διδάσκειν, καὶ τὸ τὰ ἅγια μυστήρια διακονεῖν, ἐπιτρέπειν βουλόμεθα: οὐδέ, πρὶν ἂν δόκιμοι εὑρεθῶσι, ταῖς ἐκκλησίαις ἐφίσταμεν. Συνιστῶνται δὲ ταύταις διὰ προσευχῶν: αἳ ὡρισμένοις ῥήμασιν ἐν ἐπηκόῳ πάντων γίνονται, ἐπὶ τῷ, διακονήσειν Ἐκκλησίᾳ μέλλοντι: συνευχομένῳ καὶ αὐτῷ (τὰ γόνυα θέντι) ἐφ᾽ ὅλης τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης τῷ θεῷ, ὑπὲρ τοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα λαμβάνειν, εἰς τὸ προσηκόντως τῆς ἑαυτοῦ κλήσεως προστῆναι. Καὶ σπουδαιότατα αὐτῷ, πάσης τῆς συνάξεως ἀκουούσης, ἐπιτέλλεται: ποιεῖν τὰ τοῦ ἔργου ἑαυτοῦ πιστῶς, ἐπιμελῶς, ἀνεπιπλήκτως: ἵνα ποτὲ τῷ ἀρχιποίμενι Ἰησοῦ χριστῷ, ἔμπροσθεν τοῦ αὐτοῦ βήματος λόγους δυνηθῇ διδόναι. Ἐπὶ τούτοις, εὐσεβῶς ψαλμῳδεῖται καὶ ὑμνεῖται, τῷ μετὰ χεῖρας ἔργῳ ἁρμοζόντως: καὶ παρὰ τοῦ ἐπισκοποῦντος (παρόντων τινῶν ἐκκλησίας ποιμένων) χεῖρες αὐτῷ ἐπιτίθενται, κατὰ τὸ τῆς πάλαι ἐκκλησίας ἔθος: οὕτω τε τῷ κυρίῳ καὶ θεῷ καθιεροῦται, ἐφ᾽ ᾧ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ μετὰ ταῦτα ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Τὴν δὲ χρῖσιν, καὶ τἄλλα ἔθιμα, παραλείπομεν: ἐπείπερ ἐν τῇ τῶν Ἀποστολικῶν πράξεων βίβλῳ, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκομεν: καίτοι ἐν αὐτῇ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλεονάκις, μνείας οὔσης, πῶς ἐκκλησιῶν διάκονοι ἐχειροτονήθησαν, γινομένης. Οὐδ᾽ ἀμφινοοῦμεν, εἰ τῶν σκευωριῶν ἐκείνων (ὧν ἔστιν οὗ μεγάλη πληθὺς εὑρίσκεται) ἡ διακόνων κατάστασις χρείαν ἔχοι: μὴ οὐχ ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων διατύπωσιν αὐτῶν ἂν καταλειφθῆναι: οἵ γε καὶ ἐπ᾽ ἐλαττόνων διετάξαντο, τί ἐν ἐκκλησίᾳ γενέσθαι προσῆκον: ἀναμφιβόλως τε ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτῶν, ὑποδείγματα τῶν τοιούτων ἂν ὁραθείη. Ἡμεῖς δή, οἷς νομίμοις ἡ ἀληθῶς πρωτότυπος ἐκκλη-

per officium Miniſtrorum efficacem: vt homines ad Dominum conuertantur, iuſtificentur, regenerentur, bonis operibus fiant fœcundi, in tentationibus & afflictionibus ſint ſuperiores & conſtantes, & tandem ſaluentur: ſi modò Eccleſiæ miniſtri officium ſuum rectè faciant, neque doctrinam Dei adulterent, aut in functione ſua ſint ceſſatores. Exploramus autem eorum eruditionem, dona & mores: quibus officium docendi, & adminiſtrandi Sacramenta, committere volumus: &, vbi idonei iudicantur, tùm demùm Eccleſijs præficiuntur. Commendantur autem Eccleſiæ precibus: & ſolennes recitantur in congregatione Eccleſiæ preces ſuper eum, qui Eccleſiaſtico munere functurus eſt: ipſo vnà etiam coram tota illa Eccleſia, flexis genibus rogante Dominum: vt Spiritum ſanctum largiatur, quò rectè officium commiſſum facere poſſit. Et grauiſsima cohortatione coram toto cœtu ipſi iniungitur: vt munus ſuũ obeat fideliter, diligenter, & irreprehenſibiliter: vt poſsit olim ſupremo paſtori Ieſu Chriſto, coram ipſius tribunali, rationem reddere. Adduntur piæ cantiones Pſalmorum & Hymnorum, qui ad illud negotium congruunt. Et à Superintendente (præſentibus aliquot Paſtoribus Eccleſiæ) manus illi imponuntur, iuxta veteris Eccleſiæ morem: & ſic ille Domino Deo conſecratur, vt poſthac Eccleſiæ curam gerat. Vnctionem verò, & alias ceremonias, omittimus: Propterea, quòd in Actis Apoſtolorum nihil tale reperiamus: tametſi ibi non ſemel, ſed aliquoties fiat mentio, quomodo Eccleſijs Miniſtri ſint præfecti. Nec dubitamus, ſi ceremoniæ illæ (quæ alicubi in vſu ſunt plurimæ) ad conſtituendum Eccleſiæ Miniſtrum eſſent neceſſariæ, quin Apoſtoli eas præſcripſiſſent: quippe qui de rebus leuioribus diſpoſuerunt, quid in Eccleſia fieri deceat: & haud dubiè in actis Apoſtolicis talia exempla extarent. Nos igitur contenti ijs ceremonijs, quibus verè primitiua Eccleſia

Eccleſia eſt vſa, non dubitamus: quin Miniſtri Eccleſiæ apud nos ritè ſint vocati, ordinati, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, ad paſcendum illius gregem, conſecrati: etiamſi externum oleum non adhibeatur: modò illis oleum Spiritus S. non deſit.

Ἐκκλησία ἐχρήσατο, στέργοντες, οὐ διστάζομεν, ἀλλὰ πιστεύομεν: ὅτι παρ' ἡμῖν ὑπηρέτας τῶν ἱερῶν, κανονικῶς κληθῆναι, χειροτονηθῆναι, καὶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, εἰς τὸ βόσκειν αὐτοῦ τὴν ἀγέλην, καθιερωθῆναι: κἂν μὴ τὸ ἔξωθεν ἔλαιον προσγίνηται: μόνον τοῦ παρὰ τοῦ θείου πνεύματος ἐλαίου αὐτοῖς μὴ λείποντος.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium. IN hoc capite nihil eſt, in quo diuerſitas inter veſtram & noſtram doctrinam deprehendatur: niſi quòd intelligere non poſſumus: quo Argumento S. literarum, μυστήριον propriè appelletis: cùm in eo nec Elementum ſit: nec quemadmodum in veris Sacramentis, remiſsionis peccatorum, & gratiæ Dei, obſignatio fiat. Quòd autem D. Paulus Epheſ. 5. coniugium Myſterium magnum vocat: id ratione typica facit: conferens Chriſtum & Eccleſiam cum Matrimonio: ſicut ipſa Apoſtoli verba teſtantur, dicentis: Myſterium hoc magnum eſt. Loquor autem de Eccleſia, & de Chriſto.

ΠΕΡῚ ΓΆΜΟΥ.

Οὐ γοῦν ἐν τῷδε τῷ κεφαλαίῳ διάφορον πρὸς τὴν ὑμῶν διδαχὴν, ἡμῖν καταλαμβανόμενον: παρεκτὸς τοῦ, ὅτι οὐ καταλαμβάνομεν ἡμεῖς: τίνα ἐκ τῶν γραφῶν πίστωσιν φέρετε, εἰς τὸ καλεῖν κυρίως τὸν γάμον μυστήριον: ἐπειδὴ οὔδε στοιχεῖον ἐν αὐτῷ ἐστιν: οὐδὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ὄντως μυστηρίοις, ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ χάριτος θεοῦ, ἐπισφραγισμὸς γίνεται. Εἰ δὲ Ἐφεσ. ε. ἐκεῖνον Παῦλος μυστήριον μέγα ὀνομάζει: τυπικῶς τοῦτο νοῶν ποιεῖ: συγκρίνων γε Χριστὸν, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, γάμῳ: καθὼς αὐτὰ τὰ ῥήματα τοῦ Ἀποστόλου μαρτυρεῖ, λέγοντος: Μυστήριον τοῦτο, μέγα ἐστίν. Ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. *Γάμος.*

DE POENITENTIA.

Pœnitentia. DIcitis, chariſsimi, Pœnitentiam conſtare conuerſione, confeſsione peccatorum, & à malis diſceſſu. Et exiſtimatis, in Myſterio pœnitentiæ, etiam Monaſticæ vitæ ordinem contineri. De hoc toto negotio quid ſentiamus: iuxta ſacrarum literarum teſtimonia paucis explicabimus.

Certiſsimum eſt, pœnitentiam ſummè neceſſariam eſſe. *Rom. 2.* Impœnitentes enim colligunt ſibi ipſis iram in die iræ, quo patefiet iuſtum iudicium Dei, qui redditurus eſt vnicuiq; ſecundum opera ſua. Et Chriſtus, cùm de clade quorundam Galilæorum audiuiſſet, dixit: Niſi reſipueritis, *Luc. 13* omnes ſimiliter peribitis. Veram autem pœnitentiam eſſe conuerſionem ad Deum, nequaquam dubitamus. Qui enim *Ier. 2, & 32.* Domino tergum vertunt, (vt ſcriptura loqui ſolet) & ſectantur ſuas adinuentiones, atq; carnis deſideria (neglecto interim verbo

ΠΕΡῚ ΜΕΤΑΝΟΊΑΣ.

Φάσκει ἡ σὴ ἁγιότης, μετανοίας μέρη εἶναι συστατικὰ, ἐπιστροφὴν, ἐξαγόρευσιν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ ἀπόστασιν ἀπὸ τοῦ κακοῦ. Νομίζει δὲ, τῷ τῆς μετανοίας μυστηρίῳ, καὶ τὸ μοναστικὸν σχῆμα ἐμπεριέχεσθαι. περὶ ὅλου δὴ τούτου τί ἡμεῖς γινώσκομεν: ἐν βραχεῖ, μαρτυρίαις ὁμοφωνοῦντες ταῖς γραφικαῖς, διασαφηνιοῦμεν. *Μετάνοια.*

Παγίως οὖν ἔχει, μετανοίας μάλιστα χρείαν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀμετανόητοι, θησαυρίζουσιν *Ῥωμ. β'.* ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ: ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ Χριστὸς, ἀκούσας τοῦ φόνου Γαλιλαίων τινῶν, εἶπεν: Ἐὰν μὴ μετανοῆτε: πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. Ἀληθῆ δὲ μετάνοιαν εἶναι, τὸ ἐπιστρέφειν *Λουκ. ιγ'.* πρὸς θεὸν, τῶν πάνυ ἀναμφιλόγων ἡμῖν. Οἱ γὰρ στρέφοντες ἐπὶ τὸν κύριον τὰ νῶτα, *Ἱερεμ. β'. καὶ λβ'.* (κατὰ τὴν τῆς γραφῆς φράσιν) καὶ τὰς ἰδίας ἐφευρέσεις διώκοντες, καὶ σαρκὸς ἐπιθυμίας (ἀμελήσαντες ἐν τοσούτῳ, τοῦ ῥήματος.

Ματθ. ζ. ματος καὶ τῶν ἐντολῶν, θεοῦ) οὗτοι διὰ τῆς εὐρυχώρου ἐκείνης ὁδοῦ εἰσέρχονται, τῆς εἰς ἀπώλειαν ἀπαγούσης. Ὅσοι δὲ μετὰ τοῦ ἀσώτου υἱοῦ, πρὸς τὸν οὐράνιον πατέρα ἐπανέρχονται: Λουκ. ιε. ἄφεσιν τῶν πεπλημμελημένων, ταπεινοφρόνως ἐκ ψυχῆς αἰτούμενοι: οὗτοι σωτηρίας ἐπιτυγχάνουσιν. Ἡμεῖς δὲ τοιαύτην πρὸς θεὸν ἐπιστροφὴν (ὡς καὶ ὑμῶν ἡ ἁγιότης δήπου) ζητοῦμεν: μεθ᾽ οἵας ἀληθῆ ἐπὶ τῷ θείῳ ἐλέει πεποίθησιν συνῆφθαι: τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα, ἕνεκα τοῦ μεσίτου χριστοῦ, τὰς ἁμαρτίας ἡμῖν δωρεὰν ἀφήσειν, καὶ πάλιν ἡμᾶς εἰς χάριν ἀναλήψεσθαι. Τοῖς γὰρ λυπουμένοις μὲν ἐπὶ τῷ ἁμαρτεῖν, θάρσους δὲ τοῦ ἄφεσιν λήψεσθαι ἀμοιροῦσιν, ἀπογνώσεως ἐπικρέμαται κίνδυνος. Καὶ οἱ, τοῦ μὲν πονηρὰ πράττειν εἰς τὸ ἑξῆς ἀπεχόμενοι, περὶ δὲ συγγνώμης διστάζοντες: οὗτοι τὸν θεὸν οὐκ ἀγαπῶσιν: ἀλλ᾽ ἐκ μέσης τῆς καρδίας μισοῦσιν. Ὅθεν οὐκ ἀληθῶς ἀγαθὰ ἔργα ποιοῦσιν, οἷα τῷ θεῷ ἀρέσκειν: ἀλλ᾽ ὑποκρίσει κεχρωσμένα. Πῶς γὰρ τὰ παρὰ κρυφίως μισοθέου ἀνθρώπου πραττόμενα, τῷ θεῷ ἂν ἀρέσκοι; Οἵτινες δ᾽ οἴδασι τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν ἔχοντες: τὸν θεὸν ἐκ πίστεως ἀγαπῶσι: καθὼς περὶ τῆς ἁμαρτωλοῦ ἐκείνης ἀποφαίνεται Λουκ. ζ. χριστός: τῇ αὐτῆς πολλῇ ἀγάπῃ τεκμαρτέον εἶναι: ὅτι ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί. Ἐν τῇ διαγραφῇ τοιγαροῦν τῆς μετανοίας, ἤτοι ἐπιστροφῆς, τὴν περὶ ἁμαρτιῶν διὰ χριστὸν ἀφέσεως πίστιν, σιγῇ οὐ μὴ παραπεμπτέον.

Verbo & mandato Dei) hi in lata illa via ambulant, quæ ad exitium ducit. Qui *Matt. 7.* verò cum filio illo prodigo reuertuntur ad Patrem cœleſtem, & veniam delicto- *Luca 15.* rum ex animo humiliter petunt: hi ſalutem conſequuntur. Nos autem talem conuerſionem (quemadmodum & vos haud dubiè) requirimus: cum qua ſit coniuncta vera fiducia de miſericordia Dei: quòd Pater cœleſtis propter Mediatorem Chriſtum ſit peccata nobis condonaturus, noſq; in gratiam recepturus. Qui enim dolent quidem ſe peccâſſe, ſed non habent veniæ conſequendæ fiduciam: illis periculum deſperationis imminet. Et ij, qui à ſceleribus quidem ſibi poſthac temperant, ſed tamen de venia dubitant: Deum non diligunt, ſed in cordium ſuorum intimis receſſibus Deum oderunt. Itaq; non verè bona, & Deo placentia, ſed hypocritica opera, faciunt. Quomodo enim ea opera Deo probarentur, quæ ab homine, qui Deum occultè odit, proficiſcuntur? Qui autem ſciunt, ſibi peccata remiſſa eſſe: hi Deum ex fide diligunt: ſicut Chriſtus de illa mu- *Luca 7.* liere peccatrice docet, ex illius multa dilectione colligendum eſſe, quòd multa ei peccata fuerint dimiſſa. Quare in deſcriptione pœnitentiæ ſeu conuerſionis, fides (de remiſſione peccatorum propter Chriſtum) non eſt ſilentio prætereunda.

Περὶ δὲ τοῦ ἐξαγορεύειν τὰ ἁμαρτήματα, ὁμολογοῦμεν καὶ ἡμεῖς ἑτοίμως: ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν ἄνθρωπον αὐτὰ ἐξομολογεῖσθαι. Τίνι δέ; τῷ θεῷ, τῷ τὰ τραύματα ἰᾶσθαι δυναμένῳ: καθάπερ ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ χρυσόστομος διδάσκει. Ὥσπερ δὲ οὐδένα κωλύομεν, τὰ ἑαυτοῦ πλημμελήματα, ἢ ἐκ μέρους, ἢ καὶ πάντα (ὅσων γε ἀνάμνησιν ἔχειν δύναται: ἢ ὅσα μάλιστα τῷ αὐτοῦ συνειδότι βαρέα) τῷ ἱεροδιακόνῳ ἐξαγορεύειν: οὕτως οὐδένα πρὸς τοιαύτην τῶν ἁμαρτιῶν ἀπαρίθμησιν οὐδενὶ νόμῳ, ἀναγκάζομεν. Διὰ τί; Διότι νόμον, ἢ ἐντολὴν θεοῦ, οὐδέ γε περὶ, οὐδεμίαν ἔχομεν. Ὥστε οὐδὲ τὴν τοιάνδε ἐξομολόγησιν ἐπισπέρχομεν, ὡσανεὶ εἰς σωτηρίαν,

ἢ τῶν

Iam, quod ad Confeſſionem pecca- *De Confeſſione peccatorum.* torum attinet: fatemur etiam nos libenter, neceſſarium eſſe, vt homo peccata ſua confiteatur: ſed Deo, qui ea vulnera ſanare poteſt: quemadmodum lumen illud Eccleſiæ præclarum, Chryſoſtomus docet. Vt autem nemini prohibemus, quò minùs ipſi liceat, vel aliqua, vel omnia ſua peccata (quæ quidem in memoriam reuocare poteſt, aut quæ præcipuè eius conſcientiã torquent) Eccleſiæ Miniſtro confiteri: ita neminem ad eiuſmodi peccatorum enumerationem lege aliqua cogimus. Quia legem, aut præceptum Dei, de ea re, nullum habemus. Quare etiam talem confeſſionem non vrgemus, tanquam eſſet neceſſaria ad ſalutem,

ſeu ad

ſeu ad conſequendam peccatorum remiſſionem. Ac ſumus contenti, ſi quis generaliter, ſeriò tamen, coram Eccleſiæ miniſtro confiteatur, ſe peccatorem eſſe, dolere ex animo de peccatis admiſsis: credere in Chriſtum Mediatorem, & peccatorum expiatorem: velle vitam ſuam in melius emendare, & petere abſolutionem à peccatis. Sed & tota Eccleſia, ante ſumptionem Cœnæ Dominicæ ſolet præmittere talem generalem peccatorum confeſsionem: præeunte videlicet Miniſtro Eccleſiæ, verbis, quibus ſe Eccleſia coram Deo multorum peccatorum ream fatetur, & humiliter veniam petit: quam Confeſsionem (tam publicam, quàm priuatam) ſequitur deinde Abſolutio. Ad hunc modum Iſraelitæ ad Iordanem confeſsi ſunt peccata ſua: fatentes, ſe Deum grauiter & multùm offendiſſe, & ſuppliciter veniam petere. *Matth. 3.* Si enim Ioannes (vt & Apoſtoli, die Pentecoſtes) ſingulorum ſingula peccata (quando tot hominum milia ad ipſum confluxerunt) audire & exquirere debuiſſet: quis fuiſſet tandem iſtarum Confeſſionum finis, aut modus? Neq; ſanè centum concionatores (nedum vnus Ioannes Baptiſta) tot Confeſsionibus audiendis ſuffeciſſent. Quare, cùm nuſquam Chriſtus, aut Apoſtoli, præceperint ſingula peccata Sacerdoti recitanda: nolumus nos laqueum illum conſcientijs inijcere, vt exiſtiment, peccata non condonari, niſi coram Sacerdote commemorentur. Talia enim interdum ab hominibus peccata committuntur: quæ non ſine vitæ periculo homini (præſertim non taciturno) committi poſſunt: & inuenire eſt peccatores, qui mori malint, quàm ſuam turpitudinem cuiquam hominum reuelare. Hi deſperationi inuoluerentur: ſi audirent, peccata ſibi non remitti, niſi ea Sacerdoti confiterentur. Sufficere igitur credimus ad ſalutem, eam confeſsionem peccatorum, quæ Deo fit: qui & peccata noſtra optimè nouit, & ea pœnitentibus condonat. De hac Confeſsione præclara

&

ἢ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπίτευξιν, ἀναγκαῖαι. Στεργόμεθά τε: εἴ τις γενικῶς μὲν, ἐκ ψυχῆς δὲ, Ἐκκλησίας διακόνῳ ἐξομολογήσηται ἁμαρτωλὸς εἶναι: ἐνδιαθέτως ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι λυπεῖσθαι: πιστεύειν ἐπὶ χριστῷ μεσίτῃ, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἐξαλείπτῃ: βούλεσθαι τὸν βίον ἐπὶ τὸ βέλτιον διορθοῦσθαι: καὶ τῶν σφαλμάτων ἄφεσιν αἰτεῖν. Ἀλλὰ καὶ ὅλη ἄρα ἡ τοῦ λαοῦ σύναξις, πρὶν τοῦ κυριακοῦ μεταλαβεῖν δείπνου φθάνειν εἴωθε τοιαύτην γενικὴν τῶν ἐσφαλμένων ἐξαγόρευσιν ποιουμένη: τοῦ διακόνου τῇ συναγωγῇ προηγουμένου τῶν ῥημάτων: οἷς αὐτὴ ἑαυτὴν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, πολλῶν ἁμαρτημάτων ἔνοχον παριστάνουσα, μετὰ ταπεινώσεως δεῖται συγγνώμης: ἣ ἐξαγορεύσει (τῇ τε ἰδίᾳ, καὶ τῇ δημοσίᾳ) ἕπεται λοιπὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἀπόλυσις. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, οἱ Ἰσραηλῖται παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας ἐξομολογήσαντο: *Ματθ. γ.* λέγοντες, δεινῶς καὶ πολυμερῶς τῷ θεῷ προσκόψαι, καὶ συγχώρησιν λιπαροῦντες αἰτεῖν. Εἰ γὰρ Ἰωάννης (ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἐπὶ τῆς Πεντηκοστῆς) ἑνὸς ἑκάστου τὰ ἁμαρτήματα καθ᾽ ἕκαστον (τοσούτων χιλιάδων πρὸς αὐτὸν συνερρυηκυιῶν) ἀκροᾶσθαι καὶ ἐξετάζειν ἀνάγκην εἶχε: τί ἂν ἐκείνων τῶν ἐξομολογήσεων ἐγένετο πέρας, ἢ μέτρον; Οὐδέ γε ἑκατὸν ἱερομύσται, μήτι γε, δὴ εἷς ὁ ἅγιος πρόδρομος, εἰς τοσοῦτον πλῆθος ἐξαγορεύσεων ἤρκησαν ἄν. Οὐδαμοῦ τοίνυν, ἢ τοῦ χριστοῦ, ἢ τῶν ἀποστόλων, ἐπιταξάντων: τὰ πλημμελήματα καθ᾽ ἓν τῷ πνευματικῷ ἀπαριθμεῖσθαι: οὐκ ἀξιοῦμεν ἡμεῖς, τὸν βρόχον τοῦτον ταῖς συνειδήσεσιν ἐπιβάλλειν: ὥστε νομίζειν, τὰς ἁμαρτίας μὴ ἀφίεσθαι, ἐὰν μὴ τῷ ἱερεῖ κατὰ μίαν ἐξωμολογημέναι τύχωσι. Τοιαῦτα γὰρ ἐνίοτε παρὰ ἐνίων ἁμαρτάνεται: οἷα μὴ χωρὶς κινδύνου ζωῆς, πνευματικῷ (ἄλλως τε, καὶ μὴ ἐχεμυθεῖν δυναμένῳ) πιστεύεσθαι: καὶ εὑρεθεῖεν ἂν τινὲς, καὶ τὸ ἀποθνήσκειν, τοῦ φανερὰν ὡτινιοῦν ἄλλῳ καθιστᾶν τὴν ἑαυτῶν αἰσχύνην, προαιρούμενοι. Οὗτοι δ᾽ ὑπ᾽ ἀπογνώσεως ἂν καταποθεῖεν: εἰ ἀκούσαιεν, τὰς ἁμαρτίας ἑαυτοῖς μὴ ἀφίεσθαι, μὴ ἐξειποῦσιν ἱερεῖ. Ἀρκετὴν οὖν πιστεύομεν ἐπὶ σωτηρίαν, τὴν πρὸς θεὸν ἐξομολόγησιν: ὃς καὶ βέλτιστα τὰ σφάλματα ἡμῶν οἶδε, καὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἀφίησι. Περὶ ταύτης τῆς ἐξαγορεύσεως, ἔχομεν παντὸς ἀξίαν καὶ

γλυκυ-

ά. Ιωάν. ά. γλυκυτάτην ἐπαγγελίαν, τήν· Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· πιστός ἐστι, καὶ δίκαιος· ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας· καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. Καὶ
Ψαλ. λά. Δαβίδης φησίν· Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ ΚΥΡΙΩι· καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Τοσούτων τε παραδειγμάτων ἀληθοῦς μετανοίας, ἐν τῇ τῶν Ἀποστολικῶν πράξεων βίβλῳ ἱστορηθέντων· οὐδαμοῦ οὐδεὶς πάσας τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ἀπαριθμησάμενος εὑρίσκεται. Διὰ ταῦτα, ᾧ ἡμεῖς ἔθει περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦτο χρώμεθα· τοῦτο, μάλιστα πάντων τῇ τῆς πρωτοθέτου Ἐκκλησίας πράξει συμβαῖνον φανερόν ἐστιν· ἄλλως τε, καὶ ἐπεὶ τοῦτο (εἴπερ τῷ ἱεροψάλτῃ πιστεύομεν, ὥσπερ οὖν ὀφείλομεν) καὶ γενέσθαι ἀνένδεκτόν ἐστιν,
Ψαλ. ιή. εἰπόντος· Παραπτώματα τίς συνήσει; καὶ εὐθὺς πάλιν· Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, κύριε.

Ἔπειτα, πρὸς ἀληθινὴν μετάνοιαν, καὶ τὸ ἀποστῆναι τῶν κακῶν ἐπιζητοῦντες, καλῶς λέγετε· εἴπερ ἐπὶ καρπῶν τῆς μετανοίας αὐτὸ ἐκδέχεσθε. Καλεῖ γὰρ τὴν ἀπὸ τοῦ κακοῦ ἀπόστασιν, καρποὺς μετανοίας, ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, λέγων· Ποιήσατε καρποὺς
Ματθ. γ́. ἀξίους τῆς μετανοίας. Τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸ περὶ τὰ ὄντως καλὰ ἔργα σπουδάζειν, ἡμᾶς ἐκ ψυχῆς μαρτυρεῖ μετανοῆσαι· ὥσπερ δὴ ἀγαθοῦ δένδρου μαρτύριόν εἰσι καλοὶ καρποί. Οἱ γὰρ, ἀδεῶς μὲν ἐν ταῖς ἑαυτῶν πονηρίαις προβαίνοντες, τέως δὲ μετανοεῖν κομπάζοντες· οὗτοι οὐχ ὅπως μετάνοιαν ποιοῦνται, ἀλλὰ καὶ καταγελῶσι τοῦ θεοῦ. Οὐχὶ δ' ἡμῖν ἐνταῦθα λόγος περὶ τῶν, καλὴν μὲν ἐχόντων τὴν πρόθεσιν· δι' ἀσθένειαν δὲ τῆς σαρκὸς, ἔστιν ὅτε εἰς ἁμαρτίας αὖθις ὑπολιαζόντων. Τοὺς τοιούτους γὰρ, οὐ τοῖς ἀπηλπισμένοις ἐγκατα-
Γαλ. ς́. τάξαι δεῖν, ἀλλ' ἐν πνεύματι πραότητος καταρτίσαι, ἔγνωτε.

Τὸ δ' ὑμᾶς, ἐν τῷ τῆς μετανοίας μυστηρίῳ, καὶ τὸ Μοναστικὸν σχῆμα εἶναι λέγειν· τοῦτο ἡμῖν ἄλλως δοκεῖ. Μίαν γὰρ, καὶ τὴν αὐτὴν, τοῦ ἀληθῶς μετανοεῖν ὁδὸν καὶ τρόπον, πᾶσι τοῖς χριστιανοῖς ἡ θεόπνευστος γραφὴ εἰσηγεῖται· οὐδὲ διάφορα μετανοίας εἴδη παραδίδωσιν. Εἰ τοίνυν ἡ τῶν Μοναχῶν πολιτεία, μέρος τι τῆς μετανοίας ἦν· πᾶσιν ἂν τοῖς χριστωνύμοις ἀνάγκη γένοιτο, μοναδικὴν

& dulciſsima extat promiſsio: Si confitea-
mur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt 1. Ioan. 1.
remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et Dauid
ait: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſti- Pſal. 31.
ciam meam Domino: & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. Et cùm tot exempla veræ pœnitentiæ in libro Actuum Apoſtolicorum recitentur: nuſquam tamen commemoratur, quòd quiſquam omnia ſua peccata enumerauerit. Quare eum morem, quem nos in hac re obſeruamus, omnium maximè cum primitiuæ Eccleſiæ praxi conuenire certum eſt: præſertim cùm hoc (ſi Dauidi credimus, ſicut certè debemus) ne fieri quidem poſsit,
cùm ille dicat: Delicta quis intelligit: Et Pſal. 18.
rurſus: Ab occultis libera me, Domine.

Quòd ad veram pœnitentiam, etiam diſceſſum à malo requiritis: rectè dicitur, ſi id de fructibus pœnitentiæ accipiatur. Ioannes Baptiſta enim, iſtum à malo diſceſſum, vocat fructus pœnitentiæ, cùm
dicit: Facite fructus, qui deceant pœni- Matth. 3.
tentiam. Abſtinentia enim à peccatis, & ſtudium verè bonorum operum, teſtantur, nos ex animo reſipuiſſe: quemadmodum boni fructus ſunt teſtes bonæ arboris. Etenim qui in ſceleribus ſuis ſecurè pergunt, & interim de pœnitentia gloriantur: hi non pœnitentiam agunt, ſed Deum irrident. Non eſt autem nobis nunc ſermo de ijs, qui bonum habent propoſitum: & tamen quandoq; ex infirmitate carnis in peccata relabuntur. Hos
non pro deploratis habendos, ſed ſpiritu Gal. 6.
manſuetudinis inſtaurandos eſſe, noſtis.

Quòd autem in myſterio pœnitentiæ, etiam vitæ Monaſticæ ordinem contineri putatis: ea in re nos diuerſum ſentimus. Vnam enim & eandem rationem agendi veram pœnitentiam, ſacra Scriptura omnibus Chriſtianis præſcribit: neque diuerſas (vt ſic loquamur) pœnitentias docet. Quare ſi ordo Monaſticæ vitæ, pars aliqua pœnitẽtiæ eſſet: tùm omnes Chriſtiani neceſſe haberent ordinem Monaſti-

cum ſuſcipere: quod etiam vos non dicitis. Sin vera pœnitentia, ſine vita Monaſtica agi poteſt: ſequetur, id vitæ genus diuerſum quiddam à pœnitentia eſſe: neq; eum minùs pœnitentiam agere, qui non ſit Monachus, quàm eum, qui Monaſticam vitam eſt amplexus. Sed de Monaſtica infrà ſuo loco copioſiùs & commodiùs dicetur.

S. Oleum.

DE SACRO OLEO, SEV *vnctione extrema,*

,, SAcrum oleum inter Sacramenta traditum eſſe, vt diuinæ miſericordiæ ſignum, creditis: quod Redemptionis & ſanctificationis cauſa homini, ſe à delictis & peccatis conuertenti, impertiatur: ideoq; etiam remiſſionem peccatorum afferre, & ex infirmitatibus corporis erigere, exiſtimaris.

Nos verò, chariſsimi, grauibus de cauſis diuerſum ſentimus. Atq; oleum illud inter Sacramenta traditum eſſe, perſuadere nobis non poſſumus. Nuſquam enim legimus, quòd Chriſtus inſtituerit illam extremam vnctionem: ſicut inſtituit Sacramentum Baptiſmi, & Sacramentum cœnæ Dominicæ. Marc. 6. Nouimus quidem, quòd Apoſtoli, cùm primò (ante paſsionem Chriſti) emitterentur, quoſdam ægrotos oleo vnxerint, eosq; ſanauerint: ſed illa ceremonia, ad miracula eius temporis pertinebat: quibus ceſſantibus, meritò etiam ceremonia illa ceſſat. Ioan. 9. Et vt ſputum cum puluere mixtum (quo Chriſtus cæci oculos illinere voluit) non eſt Sacramentum: ita nec oleum, quo ægri vngebantur, vt miraculo ſanitatem corporis (ſicut cœcus ille viſum) reciperent. Neq; oleum illud eſt diuinæ miſericordiæ ſignum: quia talia externa, miſericordiæ diuinæ ſigna, debent habere expreſſam promiſsionem diuinam: qualis eſt illa (verbi gratia) de Baptiſmo: Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Tale nihil in ſacris literis de oleo illo legitur. Fides autem non poteſt rem aliquam externam apprehendere, & amplecti pro ſigno diuinæ miſericordiæ: niſi habeat verbum Dei, cui inniti poſsit. Neq; opus eſt, vt illud oleum, Redemptionis & ſanctificationis cauſa homini à peccatis & delictis ſe conuertenti, impertiatur. Qui

κλὴν κατάστασιν ἀναιρεῖσθαι: ὅπερ οὐδὲ ὑμεῖς λέγοιτ' ἄν. Εἰ δὲ γνησίαν μετάνοιαν, καὶ χωρὶς τοῦ μονάζειν πράττεσθαι ἔνι: τουτὶ κινδυνεύει τῆς ζωῆς τὸ εἶδος, ἀλλοῖόν τι τῆς μετανοίας εἶναι: οὐδὲ μετανοεῖν ἧττον, τόν γε μὴ μοναχὸν ὄντα, τοῦ τὴν πολιτείαν ταύτην ἐπανελομένου. Ἀλλὰ περὶ τῆς Μοναστικῆς, εἰσαῦθις ἐν ἰδίῳ τόπῳ εὐθετώτερον καὶ πλατύτερον.

Ἅγιον ἔλαιον.

ΠΕΡῚ ἉΓΊΟΥ ἘΛΑΊΟΥ, ΚΑῚ *χρίσεως τελευταίας.*

Τὸ δ' ἅγιον ἔλαιον, πιστεύετε παραδοθῆναι γε αὐτὸ ὡς ἱερὰν τελετὴν, καὶ θείου τύπον ἐλέους: ὅπερ εἰς ἀπολύτρωσιν καὶ ἁγιασμὸν, τοῖς ἀπὸ ἁμαρτίας ἐπιστρέφουσι χορηγεῖσθαι. Διὸ καὶ λύσιν παρέχειν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐξ ἀρρωστημάτων ἐγείρειν.

Ἡμῖν δὲ, ἁγιώτατε κύριε, διὰ μεγάλας αἰτίας οὐ ταὐτὸν ἔγνωσται: τὸ ἔλαιον τοῦτο ἐν τοῖς μυστηρίοις παραδοθῆναι, ἑαυτοὺς οὐ πείθειν δυναμένοις. Οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τὴν τελευταίαν ἐκείνην χρίσιν διαταξάμενος ἀνέγνωσται: ὥσπερ τὰ τοῦ βαπτισμοῦ, καὶ τοῦ ἱεροῦ δείπνου, μυστήρια διέθετο. Γνωστὸν μὲν ἡμῖν, τοὺς Ἀποστόλους, τὸ πρῶτον (πρὸ τοῦ κυριακοῦ πάθους) ἐκπεμφθέντας, Μάρκ. ς. τινὰς ἀρρωστήσαντας ἐλαίῳ ἀλεῖψαι, καὶ θεραπεῦσαι: τοῦτο δὲ, τοῖς ἐκείνου τοῦ καιροῦ θαυματουργήμασι προσῆκεν: ὧν παυσαμένων, εἰκότως καὶ ἡ τοιάδε ἄλειψις παύεται. Ἰωάν. θ. Καὶ, καθάπερ ὁ ἐκ τοῦ πτύσματος πηλὸς, ὁ παρὰ τοῦ κυρίου ἐπὶ τοὺς τοῦ τυφλοῦ ὀφθαλμοὺς ἐπιχρισθεὶς, οὐκ ἔστι μυστήριον: ὁμοίως, οὐδὲ τὸ ἔλαιον, ᾧ οἱ ἄρρωστοι ἠλείφοντο: ἵνα διὰ θαύματος, τὴν ὑγίειαν τοῦ σώματος (ὥσπερ ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος, τὴν ἀνάβλεψιν) ἀπολάβοιεν. Οὐδὲ τύπος θείου ἐλέους, τοὔλαιον ἐκεῖνό ἐστι: διότι τοῖς τοιούτοις τοῦ θείου ἐλέους ἐξωτερικοῖς σημείοις, δεῖ ῥητῆς καὶ φανερᾶς ἐπαγγελίας θείας: οἵα ἐστὶν ἐκείνη (ἵνα διὰ παραδείγματος δηλώσωμεν) ἡ περὶ τοῦ βαπτίσματος: Μάρκ. ις. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται. Τοιοῦτον δ' οὐδὲν περὶ τοῦ ἐλαίου τῆς ἐπιχρίσεως, ἐν τοῖς θείοις γράμμασι φέρεται. Οὐ δύναται δ' ἡ πίστις πρᾶγμά τι ἐξωτερικὸν λαμβάνειν καὶ ἀσπάζεσθαι, ὡς θείου ἐλέους τύπον: μὴ ἔχουσα θεῖον ῥῆμα, ᾧ ἂν ἐπερεισθῇ. Οὐδ' αὖ χρεία ἐστὶ, τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο, ἀπολυτρώσεως καὶ ἁγιασμοῦ ἕνεκεν ἀνθρώπῳ, ἀπὸ τῶν πταισμάτων ἐπιστρέφοντι, χορηγεῖσθαι. Ἰδοὺ

ἰδοὺ γάρ, οἱ πρὸς τὸν κύριον ἀληθεῖ προθέσει ἐπιστρέφοντες, ἤδη ἀπολελύτρωνται: ὑπό τε τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡγιασμένοι τυγχά-
α΄. Κορ. γ΄. νουσιν: ἅτε αὐτοῖς, ὡς ναοῖς θεοῦ, ἐνοικοῦντος. Ὅσον γὰρ ἐπὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν: μαρτυρεῖ Πέτρος, αὐτὴν γίνεσθαι πᾶσι βεβαί-
Πράξ. ι΄. ως, τοῖς εἰς χριστὸν πιστεύουσι. Καὶ περὶ τῶν ἐπεστραμμένων Κορινθίων, Ταῦτά τινες ἦτε, φησίν: ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλ-
α΄. Κορ. ς΄. λὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Τούτων οὐδέν φησιν ἡ γραφὴ διὰ τοῦ ἐλαίου χορηγεῖσθαι: οὐδέ γε Παῦλος, ἐν οὐδεμιᾷ τῶν ἑαυτοῦ ἐπιστολῶν, οὐδεμίαν τοῦ ἐλαίου μνείαν ἐποιήσατο: καίτοι γε καὶ περὶ μικρῶν, εἰς ἀληθινὴν εὐσέβειαν φερόντων τι, διαλαβών. Οὐδ' αὖ Ἰάκωβος ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τοῖς ἀλειφθεῖσι χορηγεῖσθαι παρὰ τοῦ ἐλαίου τούτου λέγει: ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ φθέγμα αὐτοῦ. Ἀσθενεῖ, φησι, τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας: καὶ ΠΡΟΣΕΥΞΑΣΘΩΣΑΝ
Ἰακώβ ε΄. ἐπ' αὐτὸν: ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου: καὶ Η ΕΥΧΗ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ σώσει τὸν κάμνοντα: καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος: κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσονται αὐτῷ. Ἐνθάδε τῇ τῆς πίστεως εὐχῇ προστίθεται, διαπράττεσθαι αὐτήν, τὴν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν: ἐκ πίστεως ὅμως καὶ τοῦ κάμνοντος προσευχομένου. Ἡ δὲ δι' ἐλαίου ἄλειψις, θαυμαστῆς ἦν τοῦ νοσοῦντος σώματος εἰς τὴν πάλαι ὑγίειαν ἀποκαταστάσεως: ἥτις ἐν τῇ πρώτῃ τότε Ἐκκλησίᾳ, ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, πολλοῖς ἐγίνετο. Ἐφ' ἡμῶν δὲ σήμερον, διαβεβαιωθέντος ἤδη τοῦ Εὐαγγελίου διὰ θαυμάτων, οὐδένα τῶν πάντων ὁρῶμεν ἀπὸ τῆς τελευταίας ἐκείνης χρίσεως ῥαΐζοντα, ἢ ὑγιαίνοντα. Λωφησάντων οὖν τῶν θαυματουργημάτων: εὔλογον πάνυ κρίνομεν, λωφᾶν καὶ τὴν χρῆσιν τοῦ μέσου, δι' οὗ πάλαι ἐθαυματουργεῖτο. Μηκέτι τοίνυν ἀναγκαίας οὔσης ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς τοῦ ἐλαίου χρήσεως: τῶν δὲ μυστηρίων, ἀεὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγκαίων ὄντων: διὰ ταῦτα, τὴν τελευταίαν χρίσιν τοῖς Μυστηρίοις ἡμεῖς οὐκ ἐντάττομεν.

Κἂν δὲ τὸ χρίσμα τοῦτο παραλείπωμεν: ὅμως οὐδὲν τῶν εἰς σωτηρίαν τοῦ ἀρρώστου φερόντων παραλείπομεν. Ἐπικινδύνως γάρ τινος παρ' ἡμῖν ἀσθενοῦντος, καλεῖται Ἐκκλησίας διάκονος: ὅς, ἐπὶ ἄλλων εὐσεβῶν αὐτόσε

Qui enim verè ad Dominum conuertuntur, iam ſunt redẽpti, & Spiritu S. ſanctificati: quippe qui in ipſis, tanquam in templis Dei, habitat. Quod enim ad remiſſi- 1. Cor. 3.
onem peccatorum attinet: teſtatur Petrus, eam contingere certò omnibus, qui Act. 10.
in Chriſtum credunt. Et de conuerſis Corinthijs dicit Paulus: Hæc eratis quidam, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, 1. Cor. 6.
ſed iuſtificati eſtis, per nomen Domini Ieſu, & per Spiritum Dei noſtri. Horum nihil dicit Scriptura per oleum conferri: neq; Paulus in omnibus Epiſtolis ſuis olei mentionem facit: cùm tamen de rebus minutis etiam, ad veram pietatem aliquid facientibus, diſſerat. Neq; oleum illud, remiſſionem peccatorum vnctis conferre dicit Iacobus: ſed ſic loquitur: Infirmatur quis inter vos? Accerſat Presbyteros Iac. 5.
Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & obſecratio fidei ſaluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus: &, ſi peccata commiſerit, remittentur ei. Hîc obſecrationi fidei tribuitur, quòd impetret remiſſionem peccatorum: ſi tamen æger ipſe etiam ex fide oret. Olei verò vnctio pertinebat ad miraculoſam reſtitutionem ſanitatis corporalis: quæ in primitiua Eccleſia (pro confirmanda doctrina Euangelij) multis contingebat. Hodie (confirmato iam Euangelio Chriſti, per miracula) non videmus, quenquam ex vnctione illa extrema meliùs habere, aut conualeſcere. Quare ceſſantibus miraculis, iudicamus etiam ceſſare debere vſum eius medij, per quod olim miracula edebantur. Cùm igitur olei vſus non ampliùs ſit neceſſarius in Eccleſia: Sacramenta verò ſemper ſint neceſſaria in Eccleſia: ideo vnctionem illam extremam, inter Sacramenta non numeramus.

Etſi autem extremam illam vnctionem omittimus: tamen idcirco nihil eorum, quæ ad ſalutem ægri promouendam faciant, negligimus. Si quis enim ex periculoſo morbo apud nos decumbat: vocatur Eccleſiæ miniſter. Is conuenien-

tibus & præſentibus alijs pijs hominibus, admonet ægrũ: vt peccata ſua agnoſcat et deploret, vt omnẽ fiduciam ſuam in Chriſtum collocet, vt veram vitæ emendationẽ ſibi proponat: ſi Dominus eum diutiùs in hoc Mundo viuere velit. Exhibetur illi (poſt generalem factam & recitatam abſolutionem) ſacra Cœna Domini, ad fidei ſuæ confirmationem. Proponuntur illi ſuauiſsimæ conſolationes è verbo Dei: de remiſsione peccatorum, de æterna ſalute per Chriſtum nobis parta, de mortuorum reſurrectione: de æterna felicitate, quam poſt huius vitæ ærumnas expectamus. Adduntur piæ preces, pro ſalute ægroti, tàm animæ, quàm corporis. Neq; deſunt, qui cum ægro maneant, (præſertim, vbi mors accedere propiùs videtur) & ex ſacris literis fidem eius confirment: atq; cum illo, & pro illo orent, donec extremum Spiritum emittat. Hanc nos longè omnium ſaluberrimam vnctionem eſſe credimus, quæ hominem in vitam æternam dimittat.

Sacramentis igitur illis duobus, ab ipſo Chriſto inſtitutis Baptiſmo & Cœna Domini, contenti ſumus. Hæc enim habent promiſsionem diuinam: quòd per eorum pium vſum remiſsionem peccatorum accipiamus, & ſanctificemur. Hæc ideo à Chriſto inſtituta ſunt, vt eorum vſus in Eccleſia maneat, vſq; ad diem Nouiſsimum: donec redeat Chriſtus, iudicaturus viuos & mortuos. *Matth. 28. 1. Cor. 11.* Hæc duo ſacramenta non modò animas, verùm etiam corpora noſtra, ſanctificant, vt fiant ſacra Dei templa. His duobus Sacramentis fides noſtra confirmatur, ſpes alitur, Charitas accenditur, Satanas profligatur, Mundus & caro deuincuntur. Pro his Domino, & Seruatori noſtro Ieſu Chriſto, ex animo gratias agimus: quòd ſe ad captum noſtrum quaſi demittens, Sacramentis illis, in oculos incurrentibus, noſtræ infirmitati ſuccurrere ſit dignatus.

5. Innocatio Sanctorum.

DE INVOCATIONE *Sanctorum.*

Sanctos

αὐτόσε συνελθόντων, παραινεῖ τῷ κατακειμένῳ: τὰ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματα ἐπιγινώσκειν, καὶ ὀλοφύρεσθαι: πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν πεποίθησιν ἐπὶ χριστῷ τίθεσθαι: ἀληθινὴν τοῦ βίου διόρθωσιν, ἐὰν ὁ θεὸς ἐπιπλέον ἐν τῇ νῦν ζωῇ μένειν αὐτὸν θελήσῃ, ἀναιρεῖσθαι. Εἶτα δὲ, προηγησαμένης γενικῆς τῶν ἐπταισμένων ἐξαγορεύσεως, καὶ ἀκολουθησάσης αὐτῶν ἀπολύσεως: τῆς ἱερατικῆς κοινωνίας, ἐπὶ τῆς ἰδίας πίστεως στερεώσει, ἀξιοῦται. Προτίθενται αὐτῷ παραμυθίαι τοῦ θείου ῥήματος γλυκύταται: περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, περὶ ἧς ἡμῖν περιεποιήσατο χριστὸς αἰωνίου σωτηρίας, περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, περὶ οὔ ποτε ληξούσης μετὰ τὰς ἐν τῷ παρόντι θλίψεις προσδοκίμου μακαριότητος. Ἐπιτίθενται θεοσεβεῖς, ὑπὲρ τοῦ ἀσθενοῦς, τῆς τε ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, σωτηρίας, προσευχαί. Εἰσὶ δὲ, οἳ αὐτῷ παραμένουσι (μάλιστα, τοῦ θανάτου μᾶλλόν τι προσεγγίσαι δοκοῦντος) τὴν μὲν πίστιν αὐτοῦ, θείαις παρακλήσεσιν ἐπιῤῥωννύντες: μετὰ δ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς προσευχόμενοι. Ταυτηνὶ, μακρῷ πασῶν σωτηριωδεστάτην ἐπίχρισιν ἡμεῖς γε πιστεύομεν: ἄνθρωπόν γε εἰς αἰώνιον ζωὴν παραπέμπουσαν.

Μυστήρια τοίνυν ἐκεῖνα τὰ δύο, ὧν αὐτὸς νομοθέτης ὁ χριστὸς, τό, τε βάπτισμα, καὶ τὸ τοῦ κυρίου δεῖπνον, ἡμῖν ἀρκεῖ. Ταῦτα γὰρ ἐπαγγελίαν ἔχουσι θείαν: ἡμᾶς, εὐσεβῶς αὐτοῖς χρωμένους, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν, καὶ ἁγιάζεσθαι. Ταῦτα εἰς τοῦτο παρὰ χριστοῦ νενομοθέτηνται: ὅπως τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ διηνεκοῦς μεταχειρίσεως ἐμμείνωσιν, ἕως τῆς ἐσχάτης ἡμέρας: μέχρις ἂν, κρινῶν τοὺς ζῶντας καὶ νεκροὺς, ὁ κύριος ἐπανέλθῃ. *Ματθ. κή. ά. Κορ. ιά.* Τούτοις τοῖς δυσὶ μυστηρίοις, οὐ μόνον αἱ ψυχαὶ, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ἡμῶν, καθαγιάζονται: εἰς τὸ γενέσθαι ἱεροὶ ναοὶ τοῦ θεοῦ. Τούτοις ἡ πίστις ἡμῶν βεβαιοῦται, ἡ ἐλπὶς τρέφεται, ἡ ἀγάπη ἀνάπτεται, ὁ Σατανᾶς ἀπελαύνεται, ὁ κόσμος μετὰ τῆς σαρκὸς καταπολεμεῖται. Περὶ τούτων τῶν δύο, τῷ σωτῆρι καὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστῷ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς εὐχαριστοῦμεν: ἀνθ' ὧν φιλανθρωποτάτῃ συγκαταβάσει χρησάμενος, τοῖς τοιούτοις ὀφθαλμοφανέσι μυστηρίοις, ἡμῶν τῇ ἀσθενείᾳ βοηθεῖν ἠξίωσε.

ε. Ἐπίκλησις τῶν ἁγίων.

ΠΕΡῚ ἘΠΙΚΛΉΣΕΩΣ τῶν ἁγίων.

Τοὺς

Τοὺς ἁγίους οὐκ ἐπικαλούμεθα· διότι οὐδεμίαν τούτου πέρι θείαν πρόσταξιν, οὐδὲ παράδειγμα, ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν εὑρίσκομεν. Μᾶλλον μὲν οὖν Ἡσαΐας λέγει· Ἀβραάμον καὶ Ἰσραῆλον (τοὺς ἁγιωσύνῃ προύχοντας Πατριάρχας) ἀγνοεῖν τὰ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς γῆς πραττόμενα. Ὅθεν καὶ παραχρῆμα τὴν εὐθεῖαν ὁ προφήτης, αὐτόθι ἐπὶ τὴν παρὰ τοῦ οὐρανίου πατρὸς βοήθειαν καταφεύγει. Ἠσαΐ. ξγ.

Ἰστέον οὖν, αἰδεσιμώτατε κύριε, τοὺς λόγους, οἷς κατασκευάζειν τὴν ἐπίκλησιν τῶν ἁγίων πειρᾶσθε, (καὶ πράως δέχοισθε, παρακαλοῦμεν) οὐ πληροῦν τὴν ἡμετέραν συνείδησιν, οὐχ ἱστάναι τὴν διάνοιαν ἡμῶν.

Πιστεύετε, τοῖς ἁγίοις προσκυνητέον εἶναι· διότι βοηθεῖν τοῖς θνητοῖς δυστυχοῦσι δύνανται· αὐτό τε λόγοις καὶ παραδείγμασιν ἀποδεικτὸν οἴεσθε. Πρὸς αὐτὰ δή, καθ' ἕκαστον μὲν, βραχέως δὲ καὶ στερεῶς, σὺν θεῷ φάναι, ἀποκρινούμεθα. Ἰὼβ. μβ'. Ἰώβ, ἐντεύξει μὲν πρὸς θεὸν, συγγνώμην τοῖς προσδιαλεξαμένοις κατεπράξατο· ἔτι δὲ ζῶν ἐπὶ γῆς, αὐτὸ ἐποίησεν. Ἡμεῖς δ' οὐ τοῦτο ζητοῦμεν· ἆρα ζῶντας, ὑπὲρ ζώντων προσεύχεσθαι δεῖ· καὶ, ἆρα καταπράττεσθαί τι δύνανται. Καὶ ἡμεῖς γὰρ ὑπὲρ ἀλλήλων προσευχόμεθα· καὶ πεποίθαμεν, μᾶλλον δὲ ἔργῳ καταλαμβανόμεθα, τὰς ἡμῶν εὐχὰς εἰσακουσθῆναι. Οὐκ ἄρα τοῖς ἀποθανοῦσι τῶν ἁγίων, ὀρθῶς τὸ παράδειγμα προσάπτεται τοῦτο. Ματθ. κβ'. Κἂν γὰρ οἱ ἅγιοι, καὶ τελευτήσαντές γε, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ζῶσι, κατὰ τὴν χριστοῦ μαρτυρίαν· ὅμως οὐχ ἕπεται ἐντεῦθεν, αὐτοὺς εἰδικῶς εἰδέναι, ἢ καθ' ἕκαστον, τὰ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς γῆς πραττόμενα· ὅπερ ἐκ τῆς ἄνω τεθειμένης ἐξ Ἡσαΐου μαρτυρίας φανερώτερόν ἐστιν, ἢ ὥστε ἂν ἀρνηθῆναι.

Τὸ, νεκρὸν ἄνθρωπον, ἁψάμενον τῶν ὀστέων τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου, ἀναζῆσαι, οὐκ ἄγνωστον ἡμῖν. δ'. Βασιλ. ιγ'. Ἀλλὰ τῷ σημείῳ τούτῳ, καὶ ἀποθανόντος τοῦ προφήτου τὴν διακονίαν ὁ κύριος πιστώσασθαι ἠβουλήθη· ἵνα μὴ διστάζοιεν οἱ Ἰσραηλῖται, μὴ οὐ πάντα ἀδιαπτώτως γενήσεσθαι, τὰ πρὸς Ἐλισσαίου ζήσαντος προλεχθέντα. Ἀλλ' οὐδαμοῦ εὑρίσκομεν, ὑπὸ τῶν ὀστέων αὐτοῦ πλείους νεκροὺς ἀνεγερθῆναι. Οὐδ' αὖ ἐκεῖνοι, οἱ τὸν νεκρὸν εἰς τὸν τάφον Ἐλισσαίου (φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ, διὰ τοὺς ἐν ὄψει πολεμίους) ἀπορρίψαντες, ἐπικεκλημένοι τὸν προφήτην ἦσαν, ἐφ' ᾧ τὸν θανόντα ἀναστήσει· οὐ μὲν οὖν αὐτοῖς τοιοῦτον οὐδὲν ἐπὶ νοῦν ἐληλύθει. Ὥστε οὐ βλέπομεν, πῶς ἡ τῶν ἁγίων ἐπίκλησις, ὑπὸ τοῦ θαύματος τοῦδε ἂν συσταθείη.

Τὸ

SAnctos non inuocamus, propterea quòd nullum ea de re mandatum diuinum, aut exemplum, in ſacris literis reperiamus: quin potius Iſaias dicat, Abrahamum & Iſraëlem (ſanctiſsimos certè Patriarchas) ignorare, quid apud nos in terris agatur. Iſa. 63. Vnde & Propheta, eo ipſo loco rectà ad Patris cœleſtis opem confugit.

Rationes igitur, chariſsimi, quas pro ſtabilienda Inuocatione Sanctorum adducitis, (quod pace veſtra dictum volumus) conſcientijs noſtris non ſatisfaciunt.

Creditis, Sanctos inuocandos eſſe: quia auxilium miſeris mortalibus ferre poſsint: idq; exemplis & argumentis quibuſdam demonſtrari poſſe exiſtimatis. Ad ea ſingula, ſed paucis, & ſolidè, Domino nos bene iuuante, reſpondebimus. Iob veniam à Deo precibus ſuis impetrauit. Sed Iob id fecit, cùm adhuc in viuis Iob. 42. eſſet. Nobis autem non eſt quæſtio, an viui pro viuis intercedere debeant: &, an aliquid impetrare poſsint. Nam & nos pro nobis inuicem oramus: & confidimus, imò experimur, preces noſtras exaudiri. Itaq; hoc exemplum ad defunctos Sanctos non rectè applicatur. Etſi enim Sancti, etiam mortui, coram Deo viuunt, Matth. 22. vt Chriſtus teſtatur: tamen inde non conſequitur, quòd in ſpecie norint, quid apud nos in his terris geratur: quod ex teſtimonio Iſaiæ, ſuprà allato, manifeſtius eſt, quàm vt negari poſsit.

Quòd cadauer hominis, ad contactum oſsium Prophetæ Eliſæi reuixit, non 4. Reg. 13. ignoramus. Eo miraculo Dominus etiam mortui Prophetæ miniſterium confirmare voluit: ne Iſraelitæ dubitarent, omnia ea certiſsimè euentura, quæ Eliſæus viuus prædixerat. Sed nuſquam legitur, quòd illius oſſa plures mortuos excitârint. Neq; illi, qui cadauer in ſepulchrum Eliſæi (ex metu & trepidatione, propter conſpectos hoſtes) abijciebant, inuocauerant Prophetam, vt mortuum illum excitaret: nihil illis tale in mentem venerat. Quare non videmus, quomodo hoc miraculum probet, ſanctos eſſe inuocandos.

 Hono-

Honorandos eſſe Sanctos, quia Deus in ipſorum corporibus habitauit, fueruntque Dei templa, non negamus. Sed honorare, & inuocare, duo diuerſa ſunt. Et templa Dei honeſtè ſunt habenda, ſed non inuocanda: Deus autem in templo ſuo habitans, eſt inuocandus. Hunc verò legitimum honorem eſſe, qui ſanctis exhiberi debeat, credimus: ſi honeſtè & reuerenter de ijs, vt de membris Chriſti, ſentiamus & loquamur: ſi ipſorum fidem, ſpem, charitatem, celebremus: atq; ad imitationem, ſuo tempore proponamus. Sed hæc ab inuocatione procul adhuc abſunt.

Sanctos Angelos mitti inuocantibus nomina ipſorum, nunquam in ſacris literis nos legere meminimus. Deum autem à nobis inuocatũ, mittere Angelos ſuos, qui *Pſal. 90.* nos cuſtodiant in vijs noſtris, ne ad lapidem offendamus pedem noſtrum: Et An- *Pſal. 33.* gelos Domini caſtrametari circa pios homines, eosq; è præſentiſsimis periculis eruere: ex Pſalmis didicimus. Angelos autem inuocandos eſſe, ſcriptura non docet: imò adorandos eſſe, prohibetur in Apo- *Apoc. 22.* calypſi Ioannis Theologi. Creatura nanq; creaturam (inquit Magnus Athanaſius) *In Arianos Serm. 2.* non adorat: ſed Dominum ſeruus, & creatura Deum. Sanè Apoſtolus Petrus, cùm adorare Cornelius ipſum vellet, vetuit, dicens: Quoniam & ego, homo ſum. Angelus etiã in Apocalypſi prohibet, ne ipſum Ioannes, qui hoc volebat, adoret: cùm ei dicit: Caue, ne. Conſeruus enim tibi ſum: nec non fratribus tuis, Prophetis: & illis, qui ſeruant ſermones libri huius. Deum tu adora. Tantùm itaq; ad Deum, cultus adorationis pertinet: idq; etiam Angelis notum eſt. Quanquam enim eorum alius alij ſplendore gloriæ præſtat: tamen omnes, creaturæ ſunt: nec tales, qui adorari, ſed qui Dominum adorare, debeant. Patet id exemplo Manoæ, qui pater Sampſonis fuit. Cùm .n. ille ſacrificium facere Angelo vellet: vetans id Angelus, ait: Non mihi, ſed Deo, offer. Hæc, S. Alexandrinus Athanaſius.

Allegatur ſaxum, quod in deſerto aquam, ſitientibus Iſraëlitis præbuit: & aſini mandibula, ex qua Sampſon ſitim ſuam reſtinxit. Inde colligitur, quòd ex reliquijs Sanctorum multifariã beneficia ſcaturire poſsint. Nos

Τὸ δὲ τιμᾶσθαι δεῖν τοὺς ἁγίους, διὰ τὸν θεὸν ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνοικῆσαι, αὐτούς τε γενέσθαι ναοὺς τοῦ θεοῦ, οὐκ ἀρνούμεθα. Τὸ δὲ τιμᾶν, καὶ τὸ ἐπικαλεῖσθαι, δύο ἐστὶν, ἀλλήλων διαφέροντα. Καὶ τοὺς τοῦ θεοῦ ναοὺς, σεμνῶς μὲν ἑκτέον, οὐκ ἐπικλητέον δέ: ἀλλ᾽ ὁ θεὸς, ἐν τῷ ἑαυτοῦ ναῷ οἰκῶν, ἐπικλητέος. Ταύτην δὲ πιστεύομεν εἶναι νομίμην, καὶ τοῖς ἁγίοις προσήκουσαν, τιμήν: τὸ, καλὰ περὶ αὐτῶν, ὡς περὶ χριστοῦ μελῶν, μετ᾽ αἰδοῦς φρονεῖν καὶ λαλεῖν: τὸ, τὴν αὐτῶν πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, δοξάζειν: καὶ πρὸς μίμησιν, ἐν προσήκουσι καιροῖς προτιθέναι. Ταῦτα δὲ, μακρὰν ἔτι τῆς ἐπικλήσεως ἀφέστηκεν.

Εἶτα δὲ, ἁγίους Ἀγγέλους πέμπεσθαι τοῖς τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπικαλουμένοις: τοῦτο οὐ μεμνήμεθα, πώποτε ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς ἀναγνῶναι. Τὸν καὶ θεὸν, ὑφ᾽ ἡμῶν ἐπικληθέντα, πέμπειν τοὺς Ἀγγέλους ἑαυτοῦ: τοῦ διαφυλάξαι ἡμᾶς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ: *Ψαλ. ϙ´.* μή ποτε προσκόψωμεν πρὸς λίθον τὸν πόδα ἡμῶν: καὶ παρεμβάλλειν Ἀγγέλους κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, ῥύεσθαί τε αὐτοὺς ἐκ *Ψαλ. λγ´.* προύπτων κινδύνων: ταῦτα ἐκ τῆς τῶν ψαλμῶν βίβλου ἐμάθομεν. Δεῖν δ᾽ ἐπιβοηθῆναι τοὺς Ἀγγέλους, οὐ διδάσκει ἡ γραφή: μᾶλλον *Ἀποκ. κβ´.* μὲν οὖν ἐν Ἀποκαλύψει τοῦ θεολόγου Ἰωάννου, τὸ προσκυνεῖσθαι αὐτοὺς ἀπηγόρευται. Κτίσματι γὰρ κτίσμα (φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος) οὐ προσκυνεῖ: ἀλλὰ δοῦλος δεσπότην, καὶ *Κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ β´.* κτίσμα θεόν. Πέτρος μὲν οὖν ὁ ἀπόστολος, προσκυνῆσαι θέλοντα τὸν Κορνήλιον, κωλύει, λέγων: ὅτι κἀγὼ ἄνθρωπός εἰμι. Ἄγγελος δὲ θέλοντα προσκυνῆσαι τὸν Ἰωάννην, ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, κωλύει, λέγων: ὅρα, μή: σύνδουλός σου εἰμί: καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. Τῷ θεῷ προσκύνησον. Οὐκοῦν, θεοῦ ἐστι μόνον, τὸ προσκυνεῖσθαι: καὶ τοῦτο ἴσασι καὶ αὐτοὶ οἱ Ἄγγελοι: ὅτι, κἂν ἀλλήλους δόξαις ὑπερέχωσιν, ἀλλὰ κτίσματα πάντα εἰσί: καὶ οὐκ εἰσὶ τῶν προσκυνουμένων, ἀλλὰ τῶν προσκυνούντων τὸν δεσπότην. Τὸν γοῦν πατέρα τοῦ Σαμψὼν, τὸν Μανωὲ, θέλοντα θυσίαν προσενεγκεῖν τῷ Ἀγγέλῳ, ἐκώλυσεν ὁ Ἄγγελος, λέγων: μὴ ἐμοὶ, ἀλλὰ τῷ θεῷ, προσένεγκον. Ταῦτα μὲν, ὁ ἅγιος Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιος.

Ἐπάγεται δ᾽ ἐν τοῖς ἑπτὰ, ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ πηγάσασα τοῖς Ἰσραηλίταις διψῶσι πέτρα: καὶ ὁ ἐκ σιαγόνος ὄνου ὕδατι ῥυέντι τὴν δίψαν σβέσας Σαμψών. Ἐξ ὧν συνάγεται, ἐκ τῶν λειψάνων τῶν μαρτυρικῶν, πολυτρόπως εὐποιήματα γίνεσθαι οἷά τε εἶναι.

Ἡμεῖς δὲ, ὦ μακάριοι, οὐδένα τρόπον ὁρᾷν δυνάμεθα: πῶς οὖν, ἐξ ἐκείνων ἕπεται: τίς δηλαδὴ σύγκρισις τῆς πέτρας ἐκείνης, καὶ τῆς ὀνείας σιαγόνος, πρὸς τὰ λείψανα τῶν ἁγίων. Εἶτα δὲ, οὐ ζητεῖται: τί ὁ θεὸς, ἢ διὰ πέτρας, ἢ διὰ λειψάνων ἁγίων, ἐνεργεῖν δύναται: ἀλλὰ τί βούλεται. Καὶ, ὥσπερ ἡ ἐν τῷ θεῷ βούλησις, ἐστὶν ἡ αὐτοῦ δύναμις: οὕτως οὐκ ἀντιστρόφως, ἡ ἐν τῷ θεῷ δύναμις, ἐστὶν αὐτοῦ ἡ βούλησις. Οὐ γὰρ πάντα ὁ θεὸς, ἃ δύναται, ποιεῖ. Τοιγαροῦν, εἰς τὴν αὐτοῦ πεφανερωμένην βούλησιν ἀποβλέπειν χρή. Ἐὰν τοίνυν ἡμῖν, κἂν μία μαρτυρία ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν δειχθῇ: τὸν θεὸν βούλεσθαι, ἐπικληθέντος τινὸς τῶν ἀποθανόντων ἁγίων, διὰ τῶν αὐτοῦ λειψάνων εὐεργετεῖν τι: ἄσμενοι περὶ τοῦδε τοῦ μέρους ἀπροφασίστως ὑμῶν τῇ ἁγιότητι συγκατατεθησόμεθα.

Τοὺς ἁγίους, εἶναι μὲν τέκνα καὶ κληρονόμους τοῦ θεοῦ, ἐπιστάμεθα: οὐ παρὰ τοῦτο δὲ ἐπικλητέους, ἢ προσκυνητέους, ὁρῶμεν. Δεῖν μὲν γὰρ τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐπιβοᾶσθαι, ὁ καλὸς πρωτομάρτυς Στέφανος, τῷ ἑαυτοῦ ὑποδείγματι ἐδίδαξε. Τὸ δὲ, καὶ τοὺς λοιποὺς υἱοὺς, τοὺς ὑπὸ θεοῦ υἱοποιηθέντας ἐπικαλεῖσθαι δεῖν: τοῦτο οὐδαμοῦ τῶν γραφῶν ἀνέγνωμεν.

Τοὺς ἁγίους, ὑπὲρ μὲν τῆς ἐν γῇ στρατευομένης ἐκκλησίας, τῷ θεῷ ἐντεύξεις ποιεῖσθαι: οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ γνῶναι εἰδικῶς τὸ ἑκάστου ἄχθος, ᾧ πιέζεται, οὐκ ἀπόφαμεν. Φησὶ γὰρ Παῦλος ῥωμ. η. πᾶσαν τὴν κτίσιν συστενάζειν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Οὐχὶ δὲ διὰ
Ησαι. ξγ. τοῦτο, ἐπιβοητέοι: οὐ γὰρ Ἀβραάμου μὴ γνόντος ἡμᾶς, κατὰ τὸ τοῦ προφήτου. Τὸ δὲ αὐτοὺς εἶναι τιμητέους ἐγέρσει ναῶν εἰς θεοῦ τιμὴν, ἐπὶ τῷ αὐτῶν ὀνόματι: οὐχ ὁρῶμεν, πῶς ταῦτα συναρμόττει. Τὸ μὲν γὰρ ναὸν οἰκοδομεῖν εἰς τιμὴν θεοῦ: τουτέστιν, ἐπὶ τῷ, τὸ Εὐαγγέλιον χριστοῦ ἐν αὐτῷ διδάσκεσθαι: καὶ τὰ θεοδιάτακτα μυστήρια νομίμως αὐτόθι διαχειρίζεσθαι, οὐκ ἀποφάσκομεν: οὐ δυνάμεθα δὲ νοεῖν, πῶς ἓν καὶ τὸ αὐτό ἐστι: τὸ, τε ναὸν ἐπὶ τιμῇ θεοῦ ἐγείρειν: καὶ τὸ, ναὸν ἐπὶ τιμῇ τινος τῶν ἁγίων οἰκοδομεῖν. Θεῷ μὲν γὰρ, οὐκ ἀνθρώποις δὲ, ναοὺς ἐγερτέον: ἵνα ἐν τοῖς ναοῖς ὁ θεὸς λατρευθῇ, οὐκ ἄνθρωποι.

Ἔτι φάσκετε, παναγιώτατε, τὰς μνήμας τῶν ἁγίων γεραίρεσθαι προσήκειν πράγμασιν: οἷς ὅ, τε θεὸς θεραπεύεται, οἵ τε θεράποντες αὐτοῦ εὐφραίνονται: ψαλμοῖς δηλονότι, ὕμνοις, καὶ πνευματικαῖς ὠδαῖς.

Ἀλλὰ

Nos verò, Chariſsimi, nullam rationem huius collectionis videre poſſumus: quæ videlicet ſit comparatio ſaxi illius & mandibulæ aſini, ad reliquias Sanctorum. Deinde non quæritur: quid Deus vel per ſaxum, vel per reliquias Sanctorum operari poſsit: ſed, quid velit. Et vt voluntas in Deo eſt poteſtas: ita non viciſsim Dei poteſtas, eſt ipſius voluntas. Non enim Deus omnia facit, quæ poteſt: ideoq; in voluntatem eius reuelatam intueri decet. Quare, ſi vnicum Scripturæ teſtimonium nobis monſtratum fuerit: quòd Deus velit ad inuocationem alicuius Sancti mortui per ipſius reliquias beneficium aliquod conferre: libenter vobis in hac parte, ſinè omni tergiuerſatione, ſubſcribemus.

Sanctos eſſe filios Dei, & hæredes ipſius, nouimus: ſed quòd ideo ſint inuocandi, non videmus. Vnigenitum Dei Filium inuocandum, Stephanus Protomartyr ſuo nos exemplo docuit: reliquos verò Dei filios adoptiuos, quantumuis ſanctos inuocandos eſſe, in Scriptura ſacra nuſquam legimus.

Sanctos orare Deum pro Eccleſia in terris militante, non negamus: ita tamen, vt in ſpecie non norint, quo quiſq; malo Rom. 8.
prematur. Paulus enim docet, omnes creaturas pro ſalute noſtra congemiſcere. Sed non ideo ſunt inuocandi Sancti: quia Abraham neſcit nos, vt Propheta teſtatur. Iſa. 63.
Quòd ſint honorandi ædificandis Templis in honorem Dei: non videmus, quomodo hæc congruant. Si enim templum extruatur in honorem Dei: hoc eſt, in eum finem, vt in eo Templo Euangelion Chriſti doceatur, & Sacramenta diuinitus inſtituta ibi legitimè adminiſtrentur: non refragamur: ſed non intelligimus, quomodo vnum & idem ſit, Templum in honorem Dei ædificare: &, Templum in honorem Sancti alicuius ædificare. Templa enim Deo, non hominib., ſunt ædificanda: vt in Templis colatur Deus, non homines.

Dicitis, Chariſsimi, honorandos Sanctos ijs rebus: quibus tum Deus obſeruatur, tum miniſtri eius exhilarantur: Pſalmis, Hymnis, et cantionibus Spiritualibus.

Imagines Sanctorum & Hymni.

Imagines item illis erigendas eſſe, vt virtutem eorum imitemur. Sanè ipſorum virtutes imitandas eſſe, ſuprà etiam faſſi ſumus: ſed eam ob cauſam non eſt neceſſe, vt illis erigantur imagines. Tametſi non repugnamus: ſi imagines memoriæ tantùm, non adorationis cauſa, habeantur. Sed & Hymnis ipſorum virtutes & Martyria celebrari, non iniuſtum exiſtimamus. Talia verò illis in Hymnis attribui, quæ ſolius ſunt Mediatoris Chriſti, nequaquam probare poſſumus. Et quidem Sanctos eiuſmodi laudibus non magis delectari credimus, quàm cùm Ioanni
Matth. 11. Baptiſtæ honor Meſsiæ deferebatur: quem conſtantiſsimè recuſabat. Et Pau-
Actor. 14. lus ac Barnabas ſibi diuinos honores à Lyſtrenſibus haberi, haudquaquam patiebantur: vt eſt videre in Actis Apoſtolicis. Neq; verò ſancti honorandi ſunt ijs rebus, quibus Deus obſeruatur & colitur propriè: ne honorem ſoli Deo debitum, ad Creaturas transferamus.

Ἀλλὰ καὶ εἰκόνας αὐτοῖς ἐγείρεσθαι: ἵνα τὴν αὐτῶν ἀρετὴν μιμησώμεθα. Πάνυ μὲν οὖν δεῖν τὰς ἀρετὰς αὐτῶν μιμεῖσθαι: καὶ ἐν τοῖς ἄνω ὡμολογήσαμεν: οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ἐστὶ διὰ τοῦτο, αὐτοῖς εἰκόνας ἐγείρεσθαι: εἰ καὶ οὐκ ἀντιλέγομεν, εἰ μνήμης μόνον ἕνεκα, ἀλλ' οὐ προσκυνήσεως χάριν, εἰκόνες ἔχοιντ' ἄν. Ἀλλὰ μὴν, καὶ ὕμνοις τὰς αὐτῶν ἀρετὰς, καὶ τοὺς ὑπὲρ χριστοῦ περανθέντας ἀγῶνας, θανάτους τε λαμπροτάτους, ἐγκωμιάζεσθαι, οὐκ ἄδικον ὑπολαμβάνομεν. Τὸ δὲ ἐν τοῖς ὕμνοις τοιαῦτα αὐτοῖς περιάπτεσθαι: ἃ μόνου τοῦ μεσίτου ὑπάρχει χριστοῦ: οὐδαμῶς ἀποδεξαίμεθ' ἄν. Πιστεύομέν τε, τοὺς ἁγίους τοῖς τηλικούτοις ἐγκωμί-
οις οὐ μᾶλλον τέρπεσθαι: ἢ ὅτι Ἰωάννῃ τῷ Βα- *Ματθ. ιά.*
πτιστῇ, ἡ τοῦ Μεσσίου τιμὴ προσενέμετο, ἣν ὁ ἅγιος στερρότατα παρῃτεῖτο. Καὶ Παῦλος
Βαρνάβας τε, παρὰ τῶν ἐν Λύστροις ἑαυτοῖς *Πράξ. ιδ'.*
θείας τιμὰς προσφέρεσθαι, οὐδαμῶς ἠνείχοντο: ὡς ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς ὁρᾶται πράξεσιν. Οὐδέ γε προσοιστέον τοῖς ἁγίοις τιμὰς: αἷς ὁ θεὸς ἰδίως θεραπεύεται καὶ τιμᾶται: ἵνα μὴ τὴν μόνῳ τῷ θεῷ ὀφειλομένην τιμὴν, ἐπὶ κτίσματι μετενέγκωμεν.

Imagines Sanctorum honorandas & adorandas exiſtimatis: quia nos inuicem honorare ſoleamus corporis inclinatione: propterea, quòd ad imaginem Dei creati ſimus. Sed hic honor, quem viuus homo viuo homini exhibet, ciuilis eſt: neq; quicquam diuinitatis homini tribuit. At nos imagini (etiam Principis) ne ciuilem quidem honorem habemus, ſed ipſi Principi. Itaq; ciuilis honor, quem homo homini exhibet, non rectè ad imagines transfertur. Neq; Sancti vnquam poſtulârunt, vt ipſorum imaginibus honor exhiberetur. Quare etiam honor imagini exhibitus, non tranſit ad Prototypum. Neq; Deus, neq; Sancti eius, hoc modo ritè honorantur: quia hic modus nuſquam in ſacra Scriptura nobis eſt monſtratus: ideoq; eſt ſuperuacaneus & illegitimus. Ac Iudæi quidé rectà circumcirca Tabernaculum fœderis adorabant: ſed illi Deum adorabant, quia ſuam præſentiam, & precum exauditionem, in Tabernaculo (& poſtea in Templo) expreſſo verbo ſuo promiſerat. Neq; Iudæi (qui verè pij erant) quicquam aliud, niſi Deum ipſum (quem

Ταῖς εἰκόσι τῶν ἁγίων, τιμὴν καὶ προσκύνησιν οἴεσθε νέμειν δεῖν: διότι καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους προσκυνοῦμεν, ὡς κατ' εἰκόνα θεοῦ πεποιημένους. Ἀλλ' ἰστέον, τὴν τιμὴν, ἣν ζῶος ἄνθρωπος ζῶῳ ἀνθρώπῳ ὑπέχει, πολιτικὴν, ἢ κοινήν τινα εἶναι: οὐδὲν ὅλως θεότητος ἀνθρώπῳ παρέχουσαν. Ἡμεῖς δέ γε, οὐδὲ πολιτικῶς τὴν ἄρχοντος εἰκόνα προσκυνοῦμεν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἄρχοντα. Οὐ τοιγάρτοι ἡ πολιτικὴ τιμὴ, ἣν ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ νέμει, ὀρθῶς πρὸς τὰς εἰκόνας μεταφέρεται. Οὐδὲ ᾔτησαν πώποτε τιμὴν καὶ προσκύνησιν ταῖς εἰκόσιν ἑαυτῶν οἱ ἅγιοι. Ὥστε οὐδὲ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Οὐδὲ θεὸς, οὐδὲ οἱ ἅγιοι, τοῦτον τὸν τρόπον προσηκόντως τιμῶνται: διότι οὐδαμοῦ ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς, ἡμῖν ὁ τρόπος οὗτος ἐξεφάνθη. Διὸ, καὶ περιττὸς, καὶ ἄνομος. Καλῶς μὲν ποιοῦντες, οἱ Ἰουδαῖοι, τῇ σκηνῇ κύκλωθεν προσεκύνουν: τῷ θεῷ γὰρ προσεκύνουν, ἑαυτὸν αὐτοῖς παρέσεσθαι, καὶ τῶν προσευχῶν εἰσακούσεσθαι, ἐν τῇ σκηνῇ (ὡς καὶ ὕστερον, ἐν τῷ ναῷ) ῥήμασι τοπικοῖς διαῤῥήδην ἐπαγγειλαμένῳ. Οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν οἱ Ἰουδαῖοι (ὅσοι αὐτῶν τῷ ὄντι εὐσεβοῦν) εἰ μὴ αὐτὸν τὸν θεὸν (ὅν γ'

ἐνοικεῖν

ἐνοικεῖν τῇ σκηνῇ, ἐκ τοῦ ῥήματος αὐτοῦ ᾔδεσαν) προσεκύνουν. Οὐκ ἄρα τῷ παραδείγματι τῷδε, τὸ ταῖς εἰκόσι προσκυνεῖσθαι βεβαιωθείη ἄν.

Πρὸς τὸ ῥητὸν χριστοῦ, τό: Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις: ἀποκρίνεσθε: κωλύεσθαι τὴν τοιαύτην προσκύνησιν, ἢ λατρεύσωμεν ἂν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα: καὶ ἢ δουλείας καὶ λατρείας ἕνεκα, προσκύνησιν τῇ κτίσει προσάγωμεν. Καὶ τὴν μὲν λατρείαν κεκωλύσθαι, τὴν δὲ σχέσιν ἀκώλυτον εἶναι, νομίζετε. Καὶ μὴν, ὅστις τὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἁγίῳ τινὶ διεπέτασεν, αὐτὰ οἱονεὶ εἰς κόλπον αὐτοῦ ἀποφορτισάμενος, αὐτόν τε προσκυνῶν: ἢ ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος ἑαυτὸν βαλὼν, τὰς ἑαυτοῦ ταλαιπωρίας ἐνταυθοῖ ἀποστηθίζει, βοηθείας δεόμενος: οὗτος τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ ἀπονέμει, αὐτὸν ἀκούειν τῶν ἐκ καρδίας στεναγμῶν, καὶ δὴ καρδιογνώστην εἶναι, καὶ βοηθὸν ἐν ἀνάγκῃ. Πρὸς δὲ, καὶ θεότητός τι, καὶ μεγαλειότητος οὐρανίου, τῇ εἰκόνι νέμει.

Ἐξόδ. κ'. Δι' ὅπερ, ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ὁ κύριος ἀποτόμως ἀπηγόρευσε: μηδεμίαν εἰκόνα (μηδεμίαν ἥντινα οὖν) προσκυνεῖσθαι. ᾔδει γὰρ, τῷ τρόπῳ τούτῳ, τῇ εἰκόνι θεῖόν τι απονέμεσθαι: ὅπερ, οὐκ οἰστὸν αὐτῷ. Οὐ τοίνυν φαίνεται ἡμῖν: πῶς, ὅτε ἐπικαλοῦνται οἱ ἅγιοι, ἢ αἱ εἰκόνες αὐτῶν προσκυνοῦνται: τοῦτο, σχέσις μόνον, ἀλλ' οὐ λατρεία, ὀνομαστέον. Οὐ γὰρ διαφορὰ γίνεται τῶν πραγμάτων: κἂν προφάσεως χάριν, διάφοροι ὀνομασίαι αὐτοῖς ἐπιτεθῶσι. Τὴν δὲ λατρείαν, μόνῳ τῷ θεῷ προσήκειν, αὐτοὶ οἴδατε. Ἀσφαλέστατα τοίνυν ἂν ἡμῖν ἔχοι: μόνῳ ἑνὶ θεῷ, τῷ πατρὶ, τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, προσκυνεῖν, αὐτῷ τε ΜΟΝΩι λατρεύειν: ἵνα μὴ, ἄκαιρόν τινα εὐλάβειαν ζηλώσαντες, εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξοκείλωμεν. Οὐδὲν γὰρ παρὰ θεῷ διαφέρει: τὸ, εἴτε ἀνδριάντα, εἴτε εἰκόνα, προσκυνεῖν: οὐδέτερόν γε κελεύσαντι, ἢ τῶν γραφῶν που ἀποδεξαμένου.

Ψαλ. πά. Τὸ δὲ τοῦ Ψαλμοῦ: Ἐγὼ εἶπα, θεοὶ ἐστὲ, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες: οὐκ ὀρθῶς ἐπὶ τοὺς ἁγίους μετηνέχθη. Ὁ κύριος γὰρ, ἐν ἐκείνῳ τῷ Ψαλμῷ, τοῖς πολιτικοῖς κριταῖς προσφωνεῖ: σφόδρα χαλεπαίνων, ὅτι οὐ ποιοῦσι τὰ τῆς δικαιοσύνης: καίπερ τοποτηρηταὶ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὄντες: κἀντεῦ-

(quem in Tabernaculo fœderis habitare, ex ipſius verbo nôrant) adorabant. Itaq; hoc exemplum, adorationem imaginum ſtabilire non poteſt.

Ad dictum Chriſti (Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies) reſpondetis: prohiberi talem adorationem, qua ſeruiamus creaturæ præ creatore: & qua ſeruitutis & cultus cauſa adorationẽ creaturæ exhibeamus. Ac λατρείαν quidem prohibitam, σχέσιν verò nõ prohibitam, putatis. At quiſquis animum ſuum in ſinum alicuius Sancti effundit, eumq; adorat: aut coram imagine procumbit, & miſerias ſuas ibi exponit, & opem petit: is illi Sancto tribuit, quòd gemitus cordis audiat, atq; adeo corda ſcrutetur, & adiutor ſit in neceſsitate. Deinde etiam imagini aliquid diuinitatis, & maieſtatis cœleſtis, attribuit. Qua de cauſa Dominus in veteri Teſtamento ſeueriſſimè prohibuit: ne vllæ (vllæ, qualescunq;) Imagines adorarentur. Sciebat e- *Exod. 20*
nim Dominus, quòd hoc modo imaginibus aliquid diuinitatis tribueretur: quod Deus ferre non poteſt. Itaq; non videmus: quomodo cùm Sancti inuocantur, aut ipſorum imagines adorantur: is cultus tantùm σχέσις, non autem λατρεία ſit appellandus. Non enim res ſunt diuerſæ propterea: quòd excuſationis gratia nomina diuerſa rebus imponuntur. Λατρείαν autem ſoli Deo conuenire, ipſi noſtis. Quare tutiſsimum fuerit, ſolum vnum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum adorare, & ipſi SOLI ſeruire: ne intempeſtiuo Religionis zelo, in Idololatriam incidamus. Coram Deo enim nihil refert, ſtatuá ne, an verò pictura, adoretur: cùm neutrum Deus iuſſerit, aut vſpiam approbauerit.

Quod ex Pſalmo affertur: Ego dixi, *Pſal. 81.*
Dij eſtis, & filij excelſi omnes: non rectè accommodatur ad Sanctos. Dominus.n. eo Pſalmo Politicos Iudices alloquitur: eosq; grauiter reprehendit, quòd Iuſtitiam non adminiſtrent: cùm tamen vices Dei in terris gerant: vnde & Dij appellentur:

Propterea

Propterea quòd Dei loco, Iuſtitiam in his terris, omnibus ſuis ſubditis adminiſtrare deberent. Seueras autem addit ibi comminationes: fore, vt Reſpublicæ totæ euertantur, niſi poſthac officium ſuum diligentiùs fecerint. Hæc autem quomodo ad Sanctos in cœlis accommodari poſsint: ſperamus vos ipſos animaduerſuros, ſi totum Pſalmi contextum exactè conſideraueritis.

Aſſeritis, in Sanctis fuiſſe Spiritum ſanctum, (vt veriſsimum eſſe, etiam nos credimus) & poſt funera etiam Spiritus ſancti gratiam non exceſsiſſe ex ipſis: (quod ſi de ipſorum animabus intelligatur, non refragamur) ſed ineſſe & animis, & corporibus, & ſepulchris, & ſimulachris, & ſanctis ipſorum imaginibus, affirmatis. Hæc poſteriora, ſi ſacrarum literarum teſtimonio confirmata videbimus: promptè recipiemus. Si verò hæc, ex Propheticis & Apoſtolicis Scriptis demonſtrari non poſſunt: nullius temeritatis accuſabimur, ſi ea ſuis authoribus relinquamus.

Salomonem feciſſe Cherubim, ſcimus: illos verò adoratos fuiſſe, nuſquam in ſacris literis legimus. Itaq; hoc exemplum quidem probat, licere imagines facere, contra quod non pugnamus: eaſdem verò adorandas eſſe, non probat.

Quòd Deum (aliquo modo) honoret, qui Martyrem honorat: & quòd Ieſum honoret, qui matrem ipſius honorat, non negauerimus: ſi de eo honoris genere accipiatur, quod Sanctis competere ſuprà diximus. Sin illis diuini honores exhibeantur: exiſtimamus, tantum honoris Deo decedere, quantum Sanctis accedit. Deus enim alteri ſuum honorem non vult
Iſa. 42. communicare. ❡ Excuſatur Sanctorum inuocatio, hoc etiam nomine, quòd, etſi Sanctorum interceſsio petatur, tamen ſolus Deus opitulator agnoſcatur. At ſi de interceſsione apud Deum agatur: habemus Mediatorem ad dextram Dei Patris ſedentem, Ieſum Chriſtum: qui (teſte
Rom. 8. Apoſtolo) intercedit pro nobis: neque opus eſt, vt Sanctorum interceſsionem precibus

Κἀντεῦθεν θεοὶ ὀνομαζόμενοι: διότι δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ τὰ δίκαια νέμειν, τοῖς ὑπηκόοις πᾶσιν, ἐπὶ τῆς γῆς ὀφείλοιεν ἄν. Δεινὰς δὲ ἐπιτίθησιν αὐτόθι ἀπειλάς: ὅλας τὰς πολιτείας ἀνατραπήσεσθαι, ἐὰν μὴ τὰ δέοντα μετέπειτα σπουδαιότερον ποιήσωσι. Ταῦτα δὲ, τοῖς ἐν οὐρανῷ ἁγίοις οὐχ ἁρμόζειν, ἐλπίζομεν, αὐτοὺς ὑμᾶς κατανοήσειν: ἐὰν ὅλην τὴν συνάφειαν καὶ συμφωνίαν τοῦ ψαλμοῦ μετ᾽ ἀκριβείας θεωρήσητε.

Εἶτα λέγετε, πεπληρωμένους τοῦ ἁγίου πνεύματος τυχεῖν τοὺς ἁγίους, (ὃ καὶ ἡμῖν, ὡς ἀληθέστατον, πιστεύεται) καὶ οὐδὲ τελευτησάντων αὐτῶν, τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐκχωρῆσαι, (πρὸς ὃ, περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν νοούμενον, οὐκ ἀντιλέγομεν) ἀλλ᾽ ἐνεῖναι καὶ ταῖς ψυχαῖς, καὶ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς χαρακτῆρσιν, ἁγίαις τε εἰκόσιν, αὐτῶν. Ταῦτα τὰ ὕστερα, εἰ μὲν ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν πιστωθέντα βλέψομεν, ἕτοιμοί ἐσμεν καταδέχεσθαι. Εἰ δὲ ἐκ τῶν προφητικῶν ἀποστολικῶν τε γραμμάτων οὐ δυνήσονται δείκνυσθαι: οὐδεμίαν ἀβελτηρίαν καὶ προπέτειαν οὐ μὴ καταγνωσθῶμεν, ἐὰν αὐτὰ τοῖς αὐτῶν εἰσηγηταῖς ἀπολείπωμεν.

Τὸν μὲν Σολομῶντα, ποιήσαντα Χερουβὶμ ἐπιστάμεθα: αὐτοὺς δὲ προσκυνηθέντας, οὐδαμοῦ τῶν γραφῶν εὑρίσκομεν. Κατασκευαστικὸν οὖν, τὸ παράδειγμα τοῦτο, τοῦ μὲν ἐξεῖναι ποιεῖν εἰκόνας, πρὸς ὃ οὐ μαχόμεθα: τοῦ δὲ προσκυνητέας εἶναι αὐτὰς, οὔ.

Τὸ δὲ, ὅτι ὁ τὸν μάρτυρα τιμῶν, τὸν θεὸν (τρόπον τινὰ) τιμᾷ: καὶ ὁ τὴν μητέρα τοῦ Ἰησοῦ, αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν: οὐκ ἂν ἀρνοίμεθα: νοουμένης γε τοιαύτης τῆς τιμῆς, οἵας προσήκειν τοῖς ἁγίοις προλαβόντες εἴπομεν. Θείων δὲ αὐτοῖς τιμῶν προσαγομένων: ἡγούμεθα, τοσοῦτον τιμῆς τῷ θεῷ ἀπογίνεσθαι, ὅσον τοῖς ἁγίοις προσγίνεται. Οὐ γὰρ ὁ θεὸς ἑτέρῳ τὴν δόξαν ἑαυτοῦ δοῦναι θέλει. Ἡσαΐ. μβ'.

Προβάλλεται καὶ ταυτηὶ τῇ προφάσει, ἀπολογία ὑπὲρ τῆς τῶν ἁγίων ἐπικλήσεως, τῇ: ὅτι, κἂν πρεσβείαν τις ἁγίων αἰτήσῃ: ὅμως πρὸ πάντων μόνος ὁ θεὸς, βοηθὸς γνωρίζεται. Ἀλλ᾽ ἰστέον, ὅτι, εἰ περὶ πρεσβείας καὶ ἐντεύξεως πρὸς θεὸν λόγοι γίνονται: μεσίτην καὶ πρεσβευτὴν ἔχομεν, ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθήμενον, Ἰησοῦν τὸν χριστὸν: ἐντυγχάνοντα (μαρτυροῦντος τοῦ ἀποστόλου) Ῥωμ. η'.
ὑπὲρ ἡμῶν: οὐδὲ χρείαν ἔχομεν, ἁγίου τινὸς ὑπὲρ

νὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔντευξιν, διὰ ἐπικλήσεως αὐτοὺς ἑαυτοῖς παρασκευάζειν: ἐφ' ὅσον ὁ ἀγαπητὸς θεοῦ υἱὸς (ᾧ οὐδὲν ἂν ὁ πατὴρ ἀρνοῖτο) πιστῶς ἡμῶν ὑπερεντυγχάνει. Καὶ γενικῶς μὲν τοὺς ἁγίους ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας προσεύχεσθαι, ἐν τοῖς ὀπίσω οὐκ ἔξαρνοι γεγόναμεν: οὐκ ἐπικλητοὺς δὲ διὰ τοῦτο κρίνομεν, δι' ἃς μικρῷ πρότερον αἰτίας εἰπόντες ἔφθημεν.

Θαυμάζομεν δὲ, ἁγιώτατε δέσποτα: τὸ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου χωρίον, τὸ κωλῦον ἐπικαλεῖσθαι τὴν ἁγιωτάτην καὶ μακαριωτάτην θεοτόκον, ὅπερ ἡμεῖς παρηγηοχότες ἦμεν, νόθον (κατὰ τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ δῆθεν δοκοῦν) ὑπολαμβάνεσθαι. Θαυμάζομεν, φαμέν. Εἰ γὰρ καὶ οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἔνιά που ἀλλότρια, τοῖς τῶν πατέρων ξυγγράμμασι παρεισδῦντα: ἅπερ ἐκεῖνοι, εἰ σήμερον ἔζησαν, οὐκ ἂν ἑαυτῶν εἶναι φαῖεν: ὅμως ὅλον τὸ ἐν τοῖς Ἐπιφανίου ὕφος, καὶ ὅλη ἡ συνέπεια δείκνυσιν: οὐδὲν μὲν αὐτόθι νοθευθῆναι, πάντα δὲ συμφώνως δι' ἀλλήλων συνέχεσθαι. Ναὶ μὴν, καὶ ταῖς ἁγίαις γραφαῖς ὁμοφωνεῖ ὁ ἅγιος πατήρ: ἀναμφισβητήτως εἰς τὸ γράφειν αὐτὸ προαχθεὶς: ὅτι οὐδὲν προσκυνήσεως τῆς ἀειπαρθένου ἴχνος, ἐν ὅλῃ τῇ ἱερᾷ γραφῇ καταλαβεῖν ἐδυνήθη. Εἰ γὰρ διὰ προσκυνήσεως τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ὁ χριστὸς τιμηθῆναι ἠθέλησε: πάντως οἱ ἀπόστολοι, ἢ πρόσταγμά τι περὶ τούτου, ἢ γοῦν παράδειγμα, ἐν τοῖς ἰδίοις βιβλίοις ἂν ἡμῖν κατέλιπον.

Ὁ δ' αὐτὸς Ἐπιφάνιος, γράφων Ἰωάννῃ, τῷ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπῳ (ἣν ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Ἱερώνυμος εἰς Λατινίδα φωνὴν μετέβαλεν: ἐξ ἧς μεταβολῆς, ἡμεῖς τὸν ἑπόμενον τόπον, πάλιν ἑλληνιστὶ μετεβάλομεν) οὕτω πως φησί. Πορευόμενος ἐπὶ τόπον ἅγιον Βαιθὴλ: καὶ γενόμενος κατὰ τὴν Ἀναβλαθὰ κώμην: ἰδών τε αὐτόθι ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ λύχνος ἐκαίετο: εἰσελθὼν προσευχῆς ἕνεκα, εὗρον ἐπὶ ταῖς θύραις ὀθόνην: ἐν ᾗ ὥσπερ ἐζωγράφητο χριστοῦ εἰκὼν, ἢ ἁγίου τινός. Οὐ γὰρ ἱκανῶς μέμνημαι. Ἰδὼν οὖν τοῦτο: ἐν ἐκκλησίᾳ χριστοῦ, κατὰ τῆς τῶν γραφῶν αὐθεντίας, ἀνθρώπου κρεμαμένην εἰκόνα: ἔσχισα τὴν ὀθόνην: συνεβούλευσα δὲ μᾶλλον τοῖς τοῦ τόπου φύλαξι, πτωχὸν τεθνεῶτα ἐντυλίττειν αὐτῇ, καὶ ἐκφέρειν.

Δέομαι

precibus noſtris peramus: quamdiu Filius Dei dilectus (cui Pater nihil negare poteſt) fideliter pro nobis intercedit. Et Sanctos quidem in genere pro Eccleſia orare, ſuprà non negauimus: ſed ideo inuocandos eſſe, non iudicamus: ex cauſis, quæ paulò ante ſunt commemoratæ.

Miramur autem, Chariſsimi, Epiphanij dictum contra adorationem beatiſsimæ & ſanctiſsimæ virginis Mariæ à nobis allatum, ex Damaſceni ſententia pro ſuppoſititio haberi. Etſi enim non ignoramus, quædam in Patrum Scripta alicubi irrepſiſſe: quæ illi, ſi hodie viuerent, non eſſent pro ſuis agnituri: tamen totus orationis contextus in Epiphanio oſtendit, nihil eſſe ibi ſuppoſititium: ſed omnia benè & aptè cohærere. Sed & cum ſacris literis conſentit Epiphanius: procul dubio ad id ſcribendum permotus, quòd nullum adorationis Mariæ veſtigium, in tota ſacra Scriptura animaduertere potuit. Si enim Chriſtus voluiſſet adoratione Matris ſuæ honorari: haud dubiè ea de re Apoſtoli vel mandatum, vel ſaltem exemplum, in ſuis Scriptis nobis reliquiſſent.

Scribit idẽ Epiphanius ad Hieroſolymorum Ioannem Epiſcopũ (quam Epiſtolam S. Hieronymus in latinam linguam conuertit) hoc modo. Quando ſimul pergebamus, inquit, ad ſanctum locum, qui vocatur Bæthel: vt ibi collectam tecum ex more Eccleſiaſtico facerem: & veniſſem ad villam, quæ dicitur Anablatha: vidiſſemq; ibi præteriens lucernam ardentem: & interrogâſſem, quis locus eſſet: didiciſſemq;, eſſe Eccleſiam: & intrâſſem, vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eiuſdem Eccleſiæ, tinctum atq; depictum: & habens imaginem Chriſti, vel Sancti cuiuſdam. Non enim ſatis memini, cuius imago fuerit. Cùm ergò hoc vidiſſem: in Eccleſia Chriſti contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendêre imaginem; ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci: vt pauperem mortuũ eo obuoluerent, & efferrent. 2. Tomo Epiſt. fol. 157.

Precor

Precor autem (inquit ad Epiſcopum Ioannem) vt iubeas Presbyteros deinceps præcipere: in Eccleſia Chriſti, iſtiuſmodi vela, quæ contra Religionē noſtrā veniūt, non appendi. Hæc præclarus Epiphanius.

4. Reg. 19. Iſa. 37 Quòd Dominus dixit Ezechiæ pio Regi, (poſtulantibus Aſſyrijs deditionem vrbis Ieruſalem fieri) Protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum: id Sanctorum intercesſionem, (in ſpecie) inuocationem & adorationem, fulcire non poteſt. Non enim Dominus dicit, ſe propter preces ſeu intercesſionem Dauidis Vrbem ſeruaturum: ſed hoc vult: quia promiſi olim ſeruo meo Dauidi, me hoc imperium in ipſius poſteritate, & hanc Vrbem ſeruaturum, quamdiu ipſius poſteri veram Religionem exercerent: ideo nunc promiſſionem illam meam ſeruabo: & nominis mei gloriam aduerſus blaſphemos Aſſyrios vindicabo. Hæc eſt genuina illius loci ſententia: ſed ea intercesſionem Sanctorum (in ſpecie) non probat.

Exod. 32. Iere. 11. et 14 Quòd Moſes precibus ſuis Deum retinuit, ne in populum Iſraeliticum ſæuiret: quòd Ieremiæ etiam dixit Dominus, Noli orare pro populo iſto: nouimus. Sed viuorum & mortuorum intercesſionem non eſſe vnius generis, neq; alteram ex altera probari poſſe, ſuprà, cum de Iobi intercesſione ageretur, demonſtrauimus.

Cyrilli (viri aliàs in Eccleſia Dei præſtantisſimi) opinionem probare non poſſumus: quòd videlicet in nouisſimo die, beatisſimæ virginis Mariæ, Angelorum, & Sanctorum intercesſiones futuræ ſint pro ijs: qui tempore pœnitentiæ mortui, non omnes peccati maculas eluere potuêre. Qui enim verè in Chriſtum credunt: ſanguine Ieſu Chriſti, Filij Dei emundati ſunt ab omni peccato, quandocunq; moriantur. Et Chriſto omnes Prophetæ teſtimonium perhibent: quòd remisſionem peccatorum accepturus ſit per nomen eius, quiſquis crediderit in eum.

1. Ioan. 1 Act. 10. Matth. 25. Et Chriſtus, vbi iudicium illud nouisſimi diei

Δέομαι δέ σου (φησὶ τῷ Ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ) εἰπεῖν τοῖς πρεσβυτέροις: μὴ ἐᾶν μετέπειτα, ἐν ἐκκλησίᾳ χριστοῦ, τὰς τοιαύτας ὀθόνας, αἳ τῇ πίστει ἡμῶν ἐναντιοῦνται, ἀνακρεμασθῆναι. Ταῦτα μὲν, ὁ καλὸς Ἐπιφάνιος.

Εἰ δὲ ὁ κύριος εἶπε τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ Ἐζεκίᾳ, (αἰτούντων τῶν Ἀσσυρίων, παραδοθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ πόλιν) ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, τοῦ σῶσαι αὐτὴν, δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου: τοῦτο τὴν τῶν ἁγίων εἰδικὴν πρεσβείαν, καὶ τὴν αὐτῶν προσκύνησιν ἐπίκλησίν τε, ὑπερείδειν οὐ δύναται. Οὐ γάρ φησιν ὁ κύριος, διὰ προσευχὰς, ἤτοι πρεσβείαν, τοῦ Δαβίδου, σώσειν τὴν πόλιν: ἀλλὰ τοῦτο βούλεται: ἐπειδὴ πάλαι τῷ δούλῳ μου Δαβίδῃ ἐπηγγειλάμην: φυλάξειν τὴν βασιλείαν τήνδε καὶ τὴν πόλιν, ἐν αὐτοῦ τοῖς ἀπογόνοις: ἐφ' ὅσον ἂν οὗτοι, τῇ ἀληθεῖ θρησκείᾳ ἐμμένειαν: διὰ τοῦτο νυνὶ, τὴν ἐπαγγελίαν ἐκείνην ἐμπεδώσω: καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ ὀνόματός μου δόξης, καὶ τῶν βλασφήμων Ἀσσυρίων ἀμυνοῦμαι. Αὕτη, ἡ γνησία τοῦ τόπου ἐκείνου διάνοιά ἐστιν: ἣ τὴν ἐν εἴδει ὑπερέντευξιν τῶν ἁγίων οὐκ ἀποδείκνυσι.

δ'. βασιλ. ιθ. Ἡσαΐ. λζ.

Τὸ δὲ, τὸν Μωϋσῆν διὰ προσευχῶν ἐπισχεῖν τὸν θεὸν, τοῦ μὴ ὠμῶς μετιέναι τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν: καὶ τὸ, τὸν κύριον τῷ Ἱερεμίᾳ λέξαι: μὴ ἀξίου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου: ταῦτα μὲν οἴδαμεν. Οὐχ ὁμογενῆ δὲ εἶναι, τὴν τῶν ζώντων, καὶ τὴν τῶν θανόντων, ἔντευξιν: οὐδὲ ἑτέραν, ἑτέρας κατασκευαστικὴν: ἐν τοῖς κατόπιν περὶ τῆς τοῦ Ἰὼβ πρεσβείας ἀπεδείξαμεν.

Ἐξόδ. λβ. Ἱερεμ. ιά. καὶ ιδ'.

Κυρίλλου δὲ (ἀνδρὸς τἄλλα ἐν τῇ θεοῦ ἐκκλησίᾳ διαφορωτάτου) τὴν δόξαν, οὐ δυνάμεθα ἀποδέχεσθαι: τὴν, ὅτι ἐν τῇ ἐσχάτῃ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου, μεσιτεία ἔσται: δεηθησομένων, τῆς μακαριωτάτης παρθένου Μαρίας, καὶ Ἀγγέλων, καὶ ἁγίων, ὑπὲρ τῶν: οἱ μεταξὺ μετανοοῦντες, θανάτῳ προληφθέντες, οὐ πάσας τὰς κηλῖδας τῶν ἁμαρτημάτων ἐκπλῦναι οἷοί τε ἐγένοντο. Οἱ γὰρ ἀληθῶς εἰς χριστὸν πιστεύοντες, τῷ αἵματι Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ θεοῦ, ἐκαθαρίσθησαν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, ὁπετοῦν ἂν τὸν βίον τελευτήσωσι. Καὶ τῷ χριστῷ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσι: λαβεῖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Ἀλλ' οὐδὲ χριστὸς, ἐν οἷς τὴν ἰδέαν τῆς τελευταίας ἐκείνης δικαιοκρισίας,

ά. Ἰωάν. ά. Πράξ. ί. Ματθ. κέ.

Matt. xi. σίας, εἰς πλάτος διαγράφει· οὐδεμίαν ἡντινοῦν τῆς ἐντεύξεως ταυτησὶ μνείαν ποιεῖται· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐρίφους, ἐξ εὐωνύμων ἱσταμένους, εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πορευθήσεσθαί φησι· τὰ δὲ πρόβατα, ἐκ δεξιῶν σταθέντα, εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὐδ' ἐνταυθοῖ τις διάκρισις τῶν προβάτων σεσημείωται· ὧν, τὰ μὲν, εἰς τὸ παντελὲς καθαρθῆναι· τὰ δὲ, οὔπω τὰς τῶν ἡμαρτημένων κηλῖδας ἱκανῶς ἐκπλυθῆναι· οὐμένουν. Τοιγαροῦν, ἡ μεσιτεία ἐκείνη, οὐδενὶ βάθρῳ γραφικῷ ἐπερηρεισμένη, ἀθεμελίωτος πίπτει.

Ἔπειτα δὲ, τὰ παρὰ τοῦ καλοῦ Δαμασκηνοῦ Ἰωάννου, ἐπὶ βεβαιώσει τῆς θεραπείας τῶν εἰκόνων παραγόμενα, ἀσθενέστερα ἢ τηλικοῦτον πρᾶγμα πιστοῦσθαι ἂν ὑπάρχει. Τὸν ἄνθρωπον (φησὶν ἐκεῖνος) ἐποίησεν ὁ θεὸς κατ' εἰκόνα αὐτοῦ. Ὁμολογοῦμεν. Ἆρα δὲ διὰ τοῦτο, αἱ εἰκόνες προσκυνητέαι; Ὁ θεὸς (φησὶν) ἐγέννησε τὸν υἱὸν, εἰκόνα αὐτοῦ· ἀληθές. Ἆρα δὲ διὰ τοῦτο, τὰς γεγραμμένας εἰκόνας προσκυνητέον; ὁ θεὸς (φησὶν) ἐφάνη εἰκασθεὶς ἀνθρώπῳ. Ἀλλὰ τί δή; Ἆρα διὰ τοῦτο, γεγραμμένην εἰκόνα προσκυνητέον; Τί δήποτε οὐκ ἂν τιμῴην (φησὶ) τὴν εἰκόνα τοῦ με λυτρωσαμένου; Κολασσ. ά. Τὸν Χριστὸν τίμα (φαμὲν) τὸν ὄντα εἰκόνα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Εἰ δὲ οἴει τὸν Χριστὸν σέβειν, διὰ τοῦ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ σέβειν· μέμνησο τοῦ Χριστοῦ, εἰπόντος· Ματθ. ιέ. μάτην σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἀλλὰ προσκυνῶ (φησὶν) οὐχ ὡς θεοῖς, ἀλλ' ὡς εἰκόσι φίλων θεοῦ; Ἀλλὰ τὸν πλησίον σου εὖ ποίει, κατ' εἰκόνα τοῦ θεοῦ ποιηθέντα, τότε σοι Χριστὸς Ματθ. κέ. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ λέξει· Ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. ταυτασὶ τὰς τοῦ θεοῦ ζώσας ἁγίας εἰκόνας (τὰς ὁσημέραι πρὸ τῶν σῶν ὀμμάτων ἀναστρεφομένας, καὶ βοηθείας σου, ἢ βουλῆς, δεομένας) θεραπεύειν, καὶ εὐεργετήμασιν ἐπικουφίζειν τὰς ἐνδείας αὐτῶν, πολλῷ βέλτιόν ἐστι, ἢ γεγραμμένας εἰκόνας τιμᾶν· αἵτινες οὔτε βλέπουσιν, οὔτ' ἀκούουσιν, οὔτ' οὐδὲν αἰσθάνονται. Ταῦτα εἴ τις οὕτω φιλοφρόνως καὶ αἰδοίως, πρὸς τὸν βέλτιστον ἐκεῖνον Δαμασκηνὸν συζητήσας εἶπεν· οὐ δυσχερῶς αὐτὸν δέξασθαι ἂν ὑπολαμβάνομεν.

Τρόπους τοῦ προσκυνεῖν ταῖς εἰκόσι θεμιτοὺς, οὐδένας ἄχρις εἰς τὸ σήμερον ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς

diei copioſiſsimè deſcribit, nullam prorſus facit huius interceſsionis mentionem: Matt. 25. ſed hœdos à ſiniſtris ſtantes, in ignem æternum ituros docet: oues verò, in Regnum cœleſte ingreſſuras oſtendit: neq; ibi aliqua inter oues diſtinctio ponitur, quarum aliæ plenè ſint mundatæ, aliæ verò nondum ſatis peccati maculas eluerint. Quare interceſsio illa, cùm ſcripturæ teſtimonio nullo nitatur, fundamento caret.

Quæ bonus ille Damaſcenus ad ſtabiliendum cultum imaginum affert: imbecilliora ſunt, quàm quæ rem tantam confirmare valeant. Homo (inquit ille) creatus eſt ad imaginē Dei: fatemur: ſed num ideo imagines ſunt adorandæ? Deus (inquit ille) Filium (imaginem ſuam) genuit. Verum eſt: num autē ideo pictæ imagines erunt adorandæ? Deus (ait ille) apparuit in imagine hominis. Quid tùm? num ideo picta imago eſt adoranda? Cur non colerem Coloſ. 1. (inquit ille) imaginem eius, qui me redemit? Reſpondemus: Chriſtum cole, qui eſt imago Dei inuiſibilis. Quòd ſi exiſtimas, te Chriſtum colere, dum imaginem Matth. 15. eius colis: memineris illius dicti Chriſti: Fruſtra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. At colo imagines, (inquit ille) non vt imagines Dei, ſed vt amicorum Dei? Reſpondemus. Benè merere de proximo tuo, qui ad imaginem Matth. 25. Dei creatus eſt. Tùm tibi Chriſtus in illa die dicet: Quicquid minimo ex meis feciſti, mihi feciſti. Has viuas Dei ſanctas imagines (quæ tibi quotidie ob oculos verſantur: tuaq; ope, auxilio & conſilio indigent) colere, et beneficijs iuuare, multò ſatius eſt: quàm pictas imagines honorare, quæ neq; vident, neq; audiunt, neq; quicquam ſentiunt. Hanc amicam collationem non exiſtimamus iniquo animo laturum fuiſſe Damaſcenum: ſi quis cum viro illo optimo, ea de re fuiſſet modeſtè collocutus.

Adorationis modos licitos imaginum nullos hactenus in ſacris literis reperire potuimus:

potuimus: &, quæ argutè (ad excuſandam veterem non laudabilem conſuetudinem) excogitantur, conſcientiam hominis de re tanta tranquillam reddere non poſſunt: quia teſtimonio verbi Dei deſtituuntur.

Dan. 5. Nouimus, impium Regem Balthaſarum, Babylonicum Monarcham, punitum eſſe: quòd vaſa ſancta, olim è Templo Ieroſolymitano ablata, prophanârit: atq; cum concubinis ſuis ex eiuſdem vaſis ſtrenuè potans, Deos aureos, argenteos, ligneos, & lapideos (in contumeliam veri Dei) laudauerit. Sed non videmus, quomodo inde conſequatur: quòd adorare oporteat cruces, calices, diſcos, libros Euangelicos. Aliud enim eſt, ſacra vaſa, cultui diuino deſtinata, non prophanare: & aliud, vaſa illa adorare. Prophanari ſacra ſua vaſa Dominus noluit: adorare verò ea nuſquam præcepit.

Neq; verò ideo transferimus terminos à Patribus poſitos: cùm non omnia ea recipimus, quæ ſub nomine traditionum Eccleſiæ, in Eccleſiam irrepſerunt: ſed potiùs diligenter limites illos quærimus, quos Prophetę, Chriſtus, et Apoſtoli, poſuerunt: intra eos nos continemus, ne latius euagemur, quàm oporteat.

Aſſertis etiam, chariſſimi, illud: Si principibus quandoq; impijs honor defertur: multò magis Principes cœleſtes, ſanctos, honorandos eſſe. Sed nos ſuprà commemoratum honorem Sanctis non denegamus: ab adoratione autem abſtinemus. Quia Dominus Regem honorare iuſſit: Sanctos adorare non iuſſit: & Angeli a-
1. Pet. 2. Apoc. 22 dorationem oblatam reſpuerunt. Et dum ſic ſentimus, non diſcimus nouam fidem: neq; ſanctorum Patrum traditiones (cum ſacra ſcriptura congruentes) damnamus. Ideoq; ad nos illa cōminatio non ſpectat:
Gal. 1. ſi quis aliud Euangelion prædicauerit, Anathema ſit. Hoc enim vnicè in votis habemus: vt omnia, quæ Prophetæ, quæ Chriſtus, quæ Apoſtoli ipſius docuerunt, vera fide

γραφαῖς εὑρίσκειν ἐδυνήθημεν: καὶ τὰ κομψῶς εἰς ἀπολογίαν τοῦ παλαιοῦ οὐκ ἐπαινετοῦ ἔθους ἐπινοηθέντα, πληροφορεῖν ἀνθρώπου συνείδησιν περὶ τοῦ τηλικούτου τὸ μέγεθος πράγματος οὐ δύναται: διότι ὑπὸ μηδεμιᾶς γραφῆς θείας μαρτυρεῖται.

Οἴδαμεν τὸν ἀσεβῆ τῶν Βαβυλωνίων μονάρχην Βαλτάσαρον τιμωρηθέντα: διὰ Δαν. ε.
τὸ, τὰ πάλαι ἐκ τοῦ Ἱεροσολυμίτου ναοῦ μετενεχθέντα ἱερὰ σκεύη βεβηλῶσαι: καὶ μετὰ τῶν παλλακῶν ἑαυτοῦ ἐξ αὐτῶν ἀφέτως πίοντα, τοὺς χρυσοῦς θεοὺς, τε ἀργυροῦς, τε ξυλίνους, καὶ λιθίνους, ἐφ' ὕβρει τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ αἰνέσαι. Ἀλλ' οὐ βλέπομεν, ὅπως ἐνθένδε ἀκολουθεῖ: δεῖν προσκυνῆσαι τούτους σταυρικοὺς, ποτήρια, δίσκους, βίβλους εὐαγγελικάς. Ἄλλο μὲν γὰρ, τὸ ἱερατικὰ σκεύη, εἰς θεραπείαν θεοῦ ἀνακείμενα, μὴ βεβηλοῦν: ἄλλο δὲ, τοῖς τοιούτοις σκεύεσι προσκυνεῖν. Βεβηλοῦσθαι μὲν τὰ ἑαυτοῦ σκεύη, ὁ κύριος οὐκ ἠθέλησε: προσκυνεῖσθαι δ' αὐτὰ, οὐδαμοῦ προσέταξεν.

Οὐ μεταίρομεν δὲ διὰ τοῦτο τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τεθέντα ὅρια: κἂν μὴ πάντα καταδεξώμεθα, τὰ ἐπ' ὀνόματι παραδόσεων τῆς Ἐκκλησίας, εἰς αὐτὴν παρεισφρήσαντα: μᾶλλον μὲν οὖν ἐπιμελῶς τὰ ὅρια ἀναζητοῦμεν, καὶ ἀνασκάλλομεν: ἅπερ οἱ Προφῆται, ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ Ἀπόστολοι, ἔθεντο. Ἐντὸς τούτων ἑαυτοὺς συνέχομεν: ἵνα μὴ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἀποπλανηθῶμεν.

Ἔτι δὲ, προφέρει ἡ ἁγιότης σου καὶ τοῦτο: ὅτι, εἰ βασιλεῦσι τε ἄρχουσι, πολλάκις ἀσεβέσι, τιμὴ προσάγεται: πολὺ μᾶλλον τοὺς οὐρανίους ἄρχοντας, τοὺς δηλαδὴ ἁγίους, προσκυνεῖσθαι δεῖ. Ἡμεῖς δὲ, ἣν ἐν τοῖς ἄνω εἰρήκαμεν τιμὴν, τοῖς ἁγίοις οὐκ ἀφαιροῦμεν: τῆς δὲ προσκυνήσεως ἀπεχόμεθα. Διὰ τί; ὅτι τὸν μὲν βασιλέα τιμᾶσθαι ὁ κύ-
ριος ἐκέλευσε: τοὺς δ' ἁγίους προσκυνεῖ- ά. Πετ. β. Ἀποκαλ. κβ.
σθαι οὐκ ἐκέλευσε: καὶ Ἄγγελοι προσκυνηθῆναι οὐκ ἠνέσχοντο. Οὕτω τε φρονοῦντες, οὐ καινοτομοῦμεν νέαν τινὰ πίστιν: οὐδὲ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσεις, τὰς τοῖς ἱεροῖς λογίοις ἀναλογούσας, κατακρίνομεν. Οὐκ ἄρα ἡμῶν ἅπτεται ἡ ἀπειλή: Ἐάν τις ἄλλο
ἡμῖν εὐαγγελίζηται, ἀνάθεμα ἔστω. Τοῦτο γὰρ Γαλ. ά.
μόνον ἡμῖν δι' εὐχῆς ἐστι: τὸ, πάντα τὰ ὑπὸ τῶν Προφητῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ, διδαχθέντα, ἀληθινῇ πίστει

πίστει περιπτύσσεσθαι· καὶ τῶν ἀρχαιοτάτων τούτων, καὶ ἀσφαλεστάτων, προφητικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν παραδόσεων, οὐδ᾽ ὅσον ὄνυχος πλάτος, ἀποχωρεῖν.

Οὐδ᾽ αὖ τὴν εἰκόνων λατρείαν καλλύνειν δύναται ἡ πρόφασις, ἡ λέγουσα· οὐ τῇ ὕλῃ αὐτῶν προσφέρεσθαι τὴν προσκύνησιν· ἀλλὰ τῷ δι᾽ αὐτῆς εἰκονιζομένῳ. Τῇ γὰρ αὐτῇ προφάσει χρῆσθαι καὶ τὰ ἔθνη, ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἐδυνήθησαν· καὶ δὴ καὶ ἐχρήσαντο· φάσκοντές γε, οὐ τῇ ὕλῃ τῶν εἰκόνων· ἀλλὰ τῷ διὰ τῆς ὕλης σημαινομένῳ θείῳ, προσάγειν τὴν προσκύνησιν. Ὥστε, ἣν μὴ πίστεσιν ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, δειχθῇ θέλων ὁ θεὸς· ἑαυτόν τε, καὶ τοὺς ἁγίους, ἐν ταῖς εἰκόσι καὶ χαρακτῆρσι τιμᾶσθαι σέβεσθαί τε· μάταιος, ὁ τῆς τῶν εἰκόνων θεραπείας ἀνθεκτικὸς πόνος καὶ ἱδρώς.

fide amplectamur: atq; ab ijs antiquiſsimis & certiſsimis Propheticis & Apoſtolicis traditionibus, ne latum quidem vnguem diſcedamus.

Neq; imaginum cultum excuſare poteſt, cùm dicitur: non materiam imaginum adorari, ſed illud, quod per imaginem ſignificatur. Eâdem enim excuſatione gentes olim vti poterant, atq; adeo vſæ ſunt: quæ certè non materiam imaginum, ſed numen quoddam, quod per imaginem repræſentaretur, adorare ſe affirmabant. Itaq;, niſi demonſtretur ſacrarum literarum teſtimonijs: quòd Deus velit, vt ipſe & ſancti, in imaginibus colantur & honorentur: fruſtra in imaginum cultu defendendo ſudatur.

Ποῖον δ᾽ ἀξίωμα καὶ αὐθεντίαν, χρὴ νομίζειν τοῦ τῷ Ἀρεοπαγίτῃ Διονυσίῳ ἐπιγεγραμμένου, καὶ περιφερομένου, βιβλίου εἶναι· ἐν τοῖς προλαβοῦσι σαφῶς ὑφ᾽ ἡμῶν ἀπεδείχθη. Ὥστε ἰσχυροτέρας δεῖται ἡ εἰκονολατρεία βοηθείας καὶ ἀπολογίας.

Quæ debeat eſſe authoritas ſcripti illius, quod ſub inſcriptione Dionyſij Areopagitæ circumfertur: ſuprà perſpicuè demonſtratum eſt. Quare cultus imaginum, fortiore defenſione indiget.

Τὰ μαρτυρικὰ τῶν ἁγίων πάθη ζωγραφεῖν, οὐ κωλύομεν· ἵνα τοῖς αὐτῶν ὑποδείγμασιν, εἰς ὁμοίαν ἀνδρίαν, καὶ τῇ ἀληθινῇ πίστει ἐγκαρτέρησιν, παρατρεπώμεθα. Καὶ πολλαὶ τοιαῦται γραφαὶ, καθ᾽ ἡμέραν παρ᾽ ἡμῖν ὁρῶνται. Τὸ δὲ τοὺς μάρτυρας ἐπικαλεῖσθαι, οὔτε προστάττομεν, οὔτε συμβουλεύομεν· καὶ οὕτω, διὰ τὰς αἰτίας, ἃς τοσαυτάκις ἐπαναλαβεῖν, περιττόν ἐστιν.

Martyria Sanctorum pingere non prohibemus: vt ipſorum exemplis ad conſtantiam in vera Religione inuitemur. Et multa talia apud nos quotidie viſuntur. Sed martyres adorare neq; præcipimus, neq; ſuademus: ex ijs cauſis, quas toties repetere ſuperuacaneum eſt.

Γενέσ. μζ. Οὐ προσεκύνησε τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, Ἰάκωβος ὁ Πατριάρχης. Ἐπεὶ, τίνος ἕνεκα προσεκύνησεν ἂν ῥάβδον, ἢ τὸ αὐτῆς ἄκρον; Ἀλλ᾽ οὐδὲ μνημονεύεται οὐδεμία ἐκεῖθι εἰκών, ἣν ἂν ὁ ἅγιος προσεκύνησεν.
Ἑβραι. ια. Εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους, ὁ Ἀπόστολος τῇ κοινῇ καὶ καθωμιλημένῃ ἑλληνίδι μεταβολῇ ἠκολούθησεν, (οὐδὲν γὰρ ἥδε, τῷ προκειμένῳ ἐλυμαίνετο) ὅμως ἡ Ἑβραῒς πηγὴ, οὕτως ἐπ᾽ ἀληθείας ἔχει· Προσεκύνησεν Ἰσραὴλ,
Γενέσ. μζ. ἐπιστραφεὶς ἐπὶ κεφαλὴν τοῦ κλινιδίου· τουτέστιν, ὁ πατριάρχης μικρόν τι ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Ἰωσὴφ ἀποστρέψας, προσεκύνησε τὸν κύριον· αὐτῷ τε περὶ τοσούτων εὐποιημάτων, ἃ παρ᾽ ἐλπίδα εἰλήφει, εὐχαρίστησε. ταῦτα δὲ, τί πρὸς τὸ συνιστᾶν τὴν προσκύνησιν τῶν εἰκόνων;

Iacob Patriarcha non adorauit ſummitatem virgæ. Ad quid enim Iacob adoràſſet virgam, aut illius virgæ ſummitatem? Gen. 47. Sed neq; ibi vlla fit mentio imaginis, quam Iacob adorauerit. Etſi autem Apoſtolus ad Hebræos ſecutus eſt vulgatam Heb. 11 Græcam translationẽ: (quod ea ipſius inſtituto nihil derogaret) tamen textus Hebræus reuera ſic habet: Adorauit Iſrael, Gen. 47 conuerſus ad lectuli caput. Patriarcha paululùm ſeſe à filio Ioſepho auertit, & adorauit Dominum: eiq; pro tot beneficijs, quæ inſperatò contigerant, gratias egit. Sed quomodo hæc adorationem imaginum probant?

Cyrilli, Gregorij Nazianzeni, & Chryſoſtomi, ſanctiſsimos labores exoſculamur: ſed tamen eorum ſcripta ſacræ ſcripturæ iudicio ſubmittenda iudicamus. Et hos tam bonos viros fuiſſe iudicamus: vt non dubitemus, quin admoniti, meliora docentibus libenter ceſsiſſent.

In teſtimonio Seueriani Gabalenſis Epiſcopi, nihil videmus, quod ad cultum Imaginum aſſerendum faciat.

Dicitur etiam: Sicut, qui non honorat filium, non honorat patrem: ita, qui non honorat imaginem, non honorat eum, cuius eſt Imago. Sed maxima eſt diſsimilitudo. Ideo nulla eſt ratio conſequentiæ in hoc argumento. Quia Pater & Filius in ſacroſancta Trinitate ſunt vnum eſſentiâ. Ideo, qui vnum non honorat, is nec alterum honorat. Imago verò, & ille, cuius eſt, imago, haudquaquam ſunt vnum, eſſentiâ. Ideo honorari poteſt Deus, honorari poteſt (legitimo modo) Sanctus: etſi imago eius non honoretur. Quare etiam in conſequentibus nulla eſt argumenti connexio, cùm dicitur: Qui non honorat Sanctos, neque Deum honorat. Et, qui crucem non adorat, neque Chriſtum adorat.

Sexta Synodus, & ſeptima, non ſunt tantæ authoritatis: vt poſsint in Eccleſia Dei cultus diuinos, ſine teſtimonio verbi diuini inſtituere. Et negari non poteſt: multa, quæ in Synodis quibuſdam ſtatuta ſunt, non prorſus ad normam verbi Dei quadrare. Quapropter, cùm neq; Prophetæ, neq; Chriſtus, neq; Apoſtoli, iuſſerint Sanctos inuocare, aut ipſorum imagines venerari & adorare: nemo certè nos impietatis ob eam cauſam accuſare poterit, quòd ea omittamus, quæ Deus ipſe à nobis in verbo ſuo non requiſiuit.

DE MONASTICA vita.

Apud

Τοὺς ἁγιωτάτους Κυρίλλου, Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ, Χρυσοστόμου, καὶ τοιούτων ἄλλων, πόνους καὶ συντάγματα, ἀσπαζόμεθα μὲν: τῇ δ' ὅμως βασάνῳ τῶν θεοσδότων γραφῶν, καθυποβλητέα ἀξιοῦμεν. Αὐτούς τε, οὕτως ἀγαθοὺς καὶ ἐπιεικεῖς ὑπολαμβάνομεν ἄνδρας γενέσθαι: ὥστε οὐ διστάζομεν, εἰ πρὸς ἄλλων, βελτίονα διδαξάντων ἐνουθετήθησαν, μὴ οὐκ αὐτοῖς ἀσμένως ἂν ὑπεῖξαι.

Ἐν τῇ χρήσει, τῇ ἐκ Σευηριανοῦ Γαβάλων, οὐδὲν ὁρῶμεν, εἰς πίστωσιν τοῦ τὰς εἰκόνας τιμᾶν φέρον.

Ἔπειτα λέγεται: Ὥσπερ ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱόν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα: οὕτω καὶ ὁ μὴ τιμῶν τὴν εἰκόνα, οὐδὲ τὸν εἰκονιζόμενον τιμᾷ. Ἀλλὰ πλεῖστον, τὸ ἐνταῦθα ἀνόμοιον. Ὥστε, οὐδεμίαν συνεστῶσαν ἀκολουθίαν ὁ λόγος οὗτος ἔχει. Τί δήποτε; Ὅτι ὁ μὲν πατὴρ, καὶ ὁ υἱός, ἐν τῇ ὑπεραγίᾳ τριάδι, ἓν κατ' οὐσίαν εἰσίν. Ὥστε εἰκότως τὸν μὴ τιμῶντα τὸν ἕνα, μηδὲ τιμᾶν τὸν ἕτερον. Ἡ δ' εἰκὼν, καὶ ὁ εἰκονιζόμενος, οὐ μὴ ἂν ὦσιν ἓν οὐσίᾳ. Ὥστε τιμηθῆναι ἂν δύνασθαι τὸν θεὸν: τιμηθῆναι καὶ (ἐννόμως μέντοι) ἄνθρωπον ἅγιον: κἂν εἰ μὴ τιμηθείη αὐτοῦ ἡ εἰκών. Ὥστε, οὐδὲ τὰ τούτων ἑξῆς τεθέντα, σύνδεσμον ἐλέγχου οὐδένα ἔχουσιν, ὅπου λέγεται: Ὁ μὴ τιμῶν τοὺς ἁγίους, οὐδ' αὐτὸν τὸν κύριον τιμᾷ: καὶ, ὁ μὴ προσκυνῶν τὸν σταυρὸν, οὐδὲ τὸν σταυρωθέντα προσκυνεῖ.

Ἡ δὲ ἕκτη καὶ ἑβδόμη Σύνοδοι, οὐ τηλικούτου εἰσὶν ἀξιώματος: ὥστε ἐξουσίαν ἔχειν, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν θεοῦ, θεολατρείας δίχα θείου ῥήματος ἐπικυροῦντος εἰσάγειν. Οὐδὲ ἀρνήσιμόν ἐστι, μὴ οὐ πολλὰ τῶν ἐν συνόδοις τισὶν ὁρισθέντων εἶναι: οἷα μὴ παντελῶς, τῷ τοῦ θείου ῥήματος κανόνι ἐφαρμόττειν. Ἐπειδὴ τοίνυν, οὔτε οἱ Προφῆται, οὔθ' ὁ χριστὸς, οὔτε οἱ Ἀπόστολοι, προσέταξαν τοὺς ἁγίους ἐπικληθῆναι, ἢ τὰς αὐτῶν εἰκόνας σέβεσθαι καὶ προσκυνηθῆναι: οὐδεὶς δήπου δυνήσεται διὰ τοῦτο ἀσέβειαν ἡμῶν καταγνῶναι: ὅτι, ἅτινα αὐτὸς ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις οὐκ ἀπῄτησε, ταῦτα παραλείπομεν.

ΠΕΡῚ ΜΟΝΑΣΤΙΚῆΣ πολιτείας.

Οὐδεὶς

ϛ. Μοναστικὴ πολιτεία.

Οὐδεὶς παρ᾽ ἡμῖν ἀναγκάζεται, γάμου δεσμοῖς περισφίγγεσθαι: ἀλλ᾽ ἔξεστιν, ἢ μονώτην βίον διάγειν, ἢ τοῖς ἀνθρώποις ἐμπολιτεύεσθαι: μόνον ἐὰν περὶ τὴν πίστιν ὀρθοδοξήσῃ, καὶ ταύτῃ ἐμμείνῃ, ἀμέμπτως τε ζήσῃ. Τέως γε μὴν, τῆς μοναστικῆς διαγωγῆς, οἵαν ἐστὶν ἐν πολλοῖς Εὐρώπης χωρίοις ἀσκουμένην ὁρᾶν, πολλὰ, μέμψεως ἄξια δικαίως κρίνομεν. πολλοὶ γὰρ δοξάζουσιν οὕτως: ὡς τῇ τοιαύτῃ διαγωγῇ δυνάμενοι τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας ἐξαλείφειν. Αὕτη ἡ δόξα, εἰς τὸ τοῦ λυτρωτοῦ χριστοῦ κατόρθωμά ἐστιν ὑβριστική. Πολλοὶ αὖ νομίζουσι, διὰ τὸ τοιοῦτον βίου εἶδος, πολλῷ βελτίους εἶναι τῶν ἄλλων χριστιανῶν: οἱ ἐν πολιτικῷ καὶ οἰκονομικῷ βίῳ τὰ δέοντα ποιοῦσι, καὶ τῷ θεῷ λατρεύουσιν. Ἡ δὲ δόξα αὕτη, φαρισαϊκῇ βέβαπται ὑποκρίσει. Πᾶσι δ᾽ ἄρα, τοῖς ἅπαξ τὸν μονήρη βίον ἐπανελομένοις, βρόχοι τῇ συνειδήσει ἐπιβάλλονται: ὥστε πεπεῖσθαι, ἑαυτοῖς οὐκέτι θεμιτὸν εἶναι, εἰ μὴ μετὰ μεγίστου μιάσματος, τῆς τοιαύτης πολιτείας ἀφέσθαι: κἂν εἰ τὰ μάλιστα πρὸς αὐτὴν ἀποπεφυκότες τύχωσι. Τὸ δὲ μέγιστον πάντων, ὃ τὴν μοναστικὴν οὐ περὶ πολλοῦ ἡμᾶς ποιεῖσθαι ποιεῖ, ἐστι τοῦτο: ὅτι πρὸς θεοῦ οὐ προστέτακται: ἀλλὰ γυμνή ἐστι θείου ῥήματος, αὐτὴν ἂν συνιστάντος. Τὸ δέ γε τὸν πάντα τῆς ζωῆς καιρὸν, ἐν τῇ τοιαύτῃ διαγωγῇ καταναλίσκειν: ἢ ἀποδοχῆς ἐκ θείων λόγων ἐστέρηται: ἢ μὴν μεγάλῳ τῷ ψυχῶν κινδύνῳ συνέζευκται: ἄλλως τε, καὶ οὐ πάντων εἰς ἀγαμίαν εὐθέτων ὄντων. Οὐ πάντες (φησὶν ὁ Σωτὴρ) χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον. Ἀλλὰ μὴν, καὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, κρεῖσσον εἶναι ἀποφηναμένου γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι: ἀναντιλέκτου τε ὄντος, σφόδρα ὀλίγους εἶναι, οἳ τὸ τῆς ἐγκρατείας δῶρον ἔχουσι: βλέπομεν, αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου τῇ φωνῇ, ἄπειρον σχεδὸν ἀνθρώπων πλῆθος, τῶν μοναστηρίων εἴργεσθαι. Οὐδὲ γὰρ τὸ τοῦ ἐγκρατεύεσθαι ἐπάγγελμα, ἱκανὸν τῷ κυρίῳ: ἐὰν μὴ οὕτω κατορθωθῇ, ὥστε τελέως αὐτοῦ τῷ μεγαλείῳ ἀποδεκτὸν εἶναι.

Ματθ. ιθ΄. α΄. Κορ. ζ΄.

Οὐδὲ μὴν τὰς συνειδήσεις ἡσυχάζειν ἂν ποιήσειεν ὁ ὑποβολιμαῖος Διονύσιος ἐκεῖνος, ὁ δῆθεν Ἀρεοπαγίτης: ὃς πολλὰ περὶ τοῦ τελεῖν καὶ καθαγιάζειν τοὺς μοναχοὺς γράφει. Ἄνω γὰρ ἀπεδείξαμεν, τουτονὶ τὸν

6. *Vita Monaſtica.*

APud nos nemo cogitur, vt matrimonij vinculis ſeſe conſtringat. Et licitum eſt, vel ſolitariam vitã agere, vel in hominum cœtu viuere: dummodo veram Religionem ampleĉtatur atque retineat, & innocenter viuat. Sed interim in Monaſtica vita, qualis ea in multis Europæ partibus in vſu eſt, multa non immeritò deſideramus. Multi enim in ea ſunt opinione, quòd in eo vitæ genere peccata ſua expiare poſsint. Hæc opinio, in meritum Chriſti Redemptoris eſt contumelioſa. Multi putant, ſe propter illud vitæ genus multò eſſe meliores, quàm ſunt alij Chriſtiani: qui in vita politica & Oeconomica officium ſuum faciunt, & Deo ſeruiunt. Hæc opinio, tincta eſt hypocriſi Phariſaica. Omnibus autem, qui ſemel vitam Monaſticam ampleĉtuntur, his laquei in conſcientia induuntur: vt exiſtiment, ſibi non ampliùs integrum eſſe, id genus vitæ, ſine grandi piaculo deſerere: etiamſi prorſus ad Monaſticen non ſint idonei. Omnium verò maximè nos mouet, vt Monaſticam vitam non magnifaciamus: quòd ea non habeat mandatum Dei, & deſtituatur verbo diuino, quo hoc vitæ genus commendaretur. Toto autem vitæ tempore in tali vitæ genere verſari, quod non habeat approbationem verbi Dei, profectò multo cum animarum periculo eſt coniunĉtum: præſertim cùm non omnes ad cœlibatum ſint idonei. Non omnes (inquit ſeruator Chriſtus) capiunt hoc verbum. Et cùm Apoſtolus Paulus vtilius eſſe iudicet, nubere, quàm vri: certum autem ſit, pauciſsimos eſſe, qui donum continentiæ habeant: videmus, ipſius Apoſtoli voce, infinitos propè homines à cænobijs arceri. Neque enim profeſsio continentiæ Domino ſatisfacit: niſi ea ita ſeruetur, vt ipſius Maieſtati probari poſsit.

Matth. 19. *1. Cor. 7.*

Neq; conſcientias releuare poteſt ſuppoſititius ille Dionyſius Areopagita: qui multa de conſecratione & initiatione Monachorum ſcribit. Suprà enim demonſtrauimus, hunc Dionyſium ſcri-

ptorem, non fuiſſe illum Areopagitam, *Act.17.* Pauli Apoſtoli diſcipulum, cuius mentionem acta Apoſtolica faciunt.

Baſilium nouimus magnum fuiſſe admiratorem vitæ Monaſticæ: ſed quandoq; etiam ſummi viri, in quibusdam rebus iudicandis hallucinantur, (id quod & ipſi vos ſuprà de multis Græcis & Latinis ſcriptoribus affirmâſtis) vt nihil ex omni parte beatum. Itaq; teſtimonia diuina, non humana, haud abs re, requirimus.

Cùm Chriſtus inquit: Regnum Dei *Matth.11.* vim patitur, & violenti rapiunt illud: loquitur de publicanis & peccatoribus, atq; id genus hominibus: quorum ſalus deplorata prorſus videbatur. Hi ſeriò agebant pœnitentiam: & quidem tanto zelo, vt reliqui horum reſpectu frigêre viderentur. Itaq; quaſi violentia quadam in regnum cœlorum (quod ipſis minimè paratum videbatur) impetum faciebant, atq; irrumpebant. Talis erat violentia illius mulieris *Luc.7* peccatricis: quæ corde pœnitenti, lachrymis ſuis pedes Chriſti rigabat, & capillis ſuis eosdem tergebat. Sed hæc peccatorum conuerſio, non erat profeſsio vitæ Monaſticæ. Quare dictum Chriſti non rectè ad ornandam Monaſticen accommodatur.

Nouimus etiam, hoc tempus eſſe certaminis: alterum verò, retributionis. At hoc certamen non ſoli Monachi ſuſtinent, ſed omnes verè Chriſtiani. Omnibus enim pugnandum atq; certandum eſt, in quocunq; genere vitæ degant: ſiue Eccleſiæ (docendo) præſint: ſiue ad Reipublicæ gubernacula ſedeant: ſiue œconomicis operis ſint occupati. Nam & Satan nos impugnat: & caro noſtra nobis multas creat moleſtias: & mundus nunc illecebris, nunc iniurijs & contumelijs, à Deo abſtrahere conatur. Et ſanè Paulus in epiſtola, *Ephe.6.* quā ad Epheſ. ſcripſit, omnes Chriſtianos ad pugnam illam Spiritualem armauit. Quare quæ de certamine in ſacris literis dicuntur, non rectè ad vitam Monaſticam accommo-

τὸν γραφέα, οὐ μέντοι τὸν ἐξ Ἀρείου πάγου ἐκεῖνον, τὸν τῷ ἀποστόλῳ Παύλῳ μαθητεύσαντα: οὗ αἱ Ἀποστολικαὶ πράξεις μέμνηνται. *Πραξ. ιζ.*

Τὸν Βασίλειον οἴδαμεν, μέγαν τῆς μονήρους ζωῆς θαυμαστὴν γενόμενον: ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ οἱ γνωριμώτατοι τῶν ἀνδρῶν, ἐν τῷ κρίνειν, ἔνια παραβλέπουσιν, (ὃ καὶ αὐτοὶ ἐν τοῖς φθάσασι τοῦ ὑμετέρου βιβλίου, πολλοῖς τῶν ἑλληνιστὶ καὶ λατινιστὶ γραψάντων πατέρων συμπεσεῖν ἔφατε) ὥσπερ οὖν οὐδὲν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, εὑρίσκεται πάντῃ πάντως τέλειον καὶ μακάριον. Τοιγάρτοι, μαρτυρίας θείας, οὐκ ἀνθρωπίνας, οὐκ εἰκῇ αἰτοῦμεν.

Ἡνίκα χριστὸς λέγει: ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν: *Ματθ. ια.* περὶ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν λέγει, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀνθρώπων: ὧν τὰ τῆς σωτηρίας, ὅλως ἀπηλπισμένα ἐδόκει. Οὗτοι, ἐνδιαθέτως μετὰ σπουδῆς μετενόουν: καὶ δὴ τηλικοῦτον τὸν ζῆλον ἔχοντες: ὥστε τοὺς ἄλλους, τούτοις παραβληθέντας, ψυχροὺς καὶ νωθροὺς φαίνεσθαι. Τοιγαροῦν, οἱονεὶ βίᾳ τινὶ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἥτις αὐτοῖς οὐδαμῶς ἑτοιμασθῆναι ἐδόκει, ἐνέβαλλον, ἑαυτοὺς εἰσωθοῦντες. Τοιαύτη γοῦν ἦν βία καὶ βιασμὸς ἐκείνης τῆς ἁμαρτωλοῦ: ἣ ἀπὸ καρδίας με- *Λουκ. ζ.* τανοοῦσα, τοῖς ἰδίοις δάκρυσι τοὺς πόδας χριστοῦ ἔβρεχε, καὶ ταῖς ἑαυτῆς θριξὶν αὐτοὺς ἐξέμασσεν. Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἐπιστροφὴ αὕτη, οὐκ ἦν ἐπαγγελία μοναστικοῦ βίου. Οὐκ ἄρα τὸ χριστοῦ ῥητὸν τουτὶ ὀρθῶς ἐπὶ καλλωπισμὸν τῆς μονήρους διαγωγῆς προηνέχθη.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἴσμεν: τὸν μὲν παρόντα καιρὸν, ἀγῶνος εἶναι: τὸν δὲ μέλλοντα, ἀνταποδόσεως. Τούτων δὲ τῶν ἀγώνων, οὐ μόνοι ἀνέχονται οἱ μονάζοντες: ἀλλ᾽ ἰδοὺ καὶ πάντες οἱ τῷ ὄντι χριστιανοί. Πάντας γὰρ ἀγωνιστέον καὶ μαχητέον, ἐν οἵᾳ δή ποτε στάσει τοῦ βίου ἂν ζῶσιν: εἴτε Ἐκκλησίας προΐστανται διδάσκοντες: εἴτε τὰ κοινὰ κυβερνῶσιν: εἴτε οἰκονομίας ἔργοις ἐναπησχόληνται). Ὅ,τε γὰρ σατανᾶς ἡμῖν προσβάλλει: καὶ ἡ σὰρξ ποικίλας ἐπιφέρει παρενοχλήσεις: καὶ ὁ κόσμος, νῦν μὲν δελεάζων, νῦν δὲ ἀδικῶν καὶ ἐνυβρίζων, τοῦ θεοῦ ἀφέλκειν ἐπιχειρεῖ. Ὁ γοῦν θεῖος Παῦλος, ἐν ᾗ τοῖς Ἐφεσίοις ἐπι- *Εφεσ. ς.* στολῇ ἔγραψε, πάντας τοὺς χριστιανοὺς, ἐπὶ τὴν μάχην ἐκείνην ὁπλίζων διεσκεύασεν. Ὥστε, ἃ περὶ ἀγώνων αἱ θεῖαι λαλοῦσι γραφαὶ, οὐκ ὀρθῶς τῇ Μοναστικῇ προσαρμόζεσθαι.

ζεσθαι. Οὐ γοῦν αὐτῆς βεβαιωτικά ἐστιν: ὥσπερ οὐδὲ ἀρχὴν, αὐτῆς συστατικά.

Τὰ τῶν συνόδων δόγματα, τότε ὑπτίαις ταῖς χερσὶν ὑποδεχόμεθα: ὅτε ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς αὐτὰ συνάδοντα βλέπομεν. Εἰ δὲ γραφικῶν μαρτυριῶν ἀπολείπονται: τοῖς αὐτὰ εἰσηγησαμένοις καταλείπομεν: καὶ τοῦτο, χωρὶς ἀδικίας ἢ ὕβρεως εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ἐκείνους: οἷς ζῆλος μὲν ὑπῆρξεν εὐσεβείας: περὶ δὲ τὴν τοῦ βελτίονος ἐκλογὴν ἐνίοτε ἐσφάλησαν: καὶ ἔσθ' ὅτε ἐπὶ τὸν θεμέλιον, καλάμην ᾠκοδόμησαν: τοῦθ' ὅπερ ὁ ἀπόστολος Παῦλος γενησόμενον προεῖδε, καὶ προεῖπεν. Ἀλλὰ μεμνώμεθα τῶν
α. Κορ. γ'. παρ' αὐτῷ γεγραμμένων. Εἰ ἀπεθάνετε (φησὶ πρὸς Κολασσαεῖς) σὺν τῷ χριστῷ
Κολ. β'. ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου: τί, ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς. Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος: οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός.
α. Τιμ. δ'. Καὶ πρὸς Τιμόθεον, τοῖς κωλύουσιν ὁ αὐτὸς ἐπιφύεται γαμεῖν: κελεύουσί τε ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς, καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν.

Ἀπαιτούντων ἡμῶν γραφικὰς περὶ τοῦ Μοναχικοῦ διαγωγῆν, ἐκ τῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας διαθήκης, μαρτυρίας: ἰδοὺ ἀναφαίνεται Ἡλίας ὁ προφήτης. Ἀλλ' οὐδαμοῦ εὑρίσκομεν τοῦτον, ἢ αὐτὸν εὐχὴν καὶ ἐπαγγελίαν Μοναστικὴν ποιησάμενον: ἢ ἄλλῳ τῷ τοιαύτην τηρεῖν ἐπιθέντα. Διήγαγεν ἐκεῖνος, ἄλλοτε μὲν ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ, ἄλλοτε δ' αὖ μετ' ἄλλων ἀνθρώπων: ὥσπερ οὖν καὶ ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος. Ἑκάτερος εἶχεν ἰδίους φοιτητάς: οἵτινες υἱοὶ προφητῶν ἐκαλοῦντο. Οὗτοι δ' οὐκ ἔζων ἄγαμον καὶ μονήρη βίον: ὅπερ, ἐκ τῶν γραφῶν πρόδηλον. Τῶν γάρ τις ἐν ἐκείνοις τοῖς υἱοῖς τῶν προφητῶν, γυναῖκα χήραν θανὼν ἀπέλιπε, καὶ δύο υἱούς:
δ'. Βασιλ. δ'. οὓς ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος, θαυμασίῳ πληθυσμῷ τοῦ ἐλαίου, τοῦ παραδίδοσθαι πλεονέκτῃ δανειστῇ εἰς δουλείαν ἀπήλλαξεν. Ἰωάν-
Ησαι. μ'. νης ὁ Βαπτιστής, ἰδίαν τινὰ κλῆσιν θεόθεν κληθεὶς, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐβίω. Ἀλλὰ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, εἰς τὸ μέσον προϊὼν, καὶ τὴν θεοῦ Ἐκκλησίαν διδάσκων: οὐδενὶ

accommodantur. Certè eam non confirmant: quemadmodum etiam eam non conſtituunt.

Synodorum decreta promptiſsimis animis recipimus: cùm ea ſacris literis conſentire videmus. Sin teſtimonio Scripturæ deſtituuntur: relinquimus ea ſuis authoribus: idq; citra iniuriam, aut contumeliam bonorum illorum virorum: qui zelum quidem pietatis habuêre, ſed tamen in delectu quandoq; errârunt: & interdum ſuper fundamentum ſtipulas ædificârunt: id quod Apoſtolus Paulus præuidit & prædixit. 1.Cor.3. Meminerimus modò illorum, quæ ab eo ſcripta ſunt. Si mortui eſtis (inquit ad Coloſſenſes) cum Chriſto ab elementis Col.2 mundi: quid tanquam adhuc viuentes in mundo, decretis tenemini? Ne tetigeris, ne guſtaueris, ne contrectaueris. Quæ omnia ipſo pereunt abuſu, iuxta præcepta & doctrinas hominum. Quæ verbotenus quidem habent ſpeciem ſapientiæ: per ſuperſtitionem, ac humilitatem animi, & læſionem corporis: non per honorem aliquem ad expletionem carnis. Et ad Timotheum ſcribens, idem in illos inuehitur, qui vetant matrimonium contrahere: iubentq; abſtinere cibarijs, quæ Deus con- 1.Tim.4 didit ad ſumendũ cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui veritatem cognouerũt.

Requirentibus nobis teſtimonia veteris & noui Teſtamenti de Monachatu, proponitur Elias Propheta. At ille nuſquam legitur, vel votum Monaſticum feciſſe, vel cuiquam alij tale votum ſeruandum impoſuiſſe. Conuerſatus eſt ille quandoq; in monte excelſo, quãdoq; inter alios homines: vt & Eliſæus Propheta. Vterq; habebat ſuos diſcipulos, qui filij Prophetarum vocabantur. Sed hi non viuebant vitam cœlibem & Monaſticam: quod ex ſcriptura manifeſtiſsimum eſt. Quidam enim ex filijs illis Prophetarum, vxorem viduam moriens reliquit, & duos filios: quos Eliſæus Propheta (mirabili multiplicatione olei) ab auaro fœneratore (ne in ſeruitutẽ illi traderentur) liberauit. Ioannes Baptiſta in deſerto (ex peculiari 4.Reg.4 vocatione diuina) vixit: ſed cùm ſuo tẽpo- Iſa.40. re prodiret, & Eccleſiam Dei doceret:

 nemi-

nemini author fuit, vt Eremiticam & Monaſticam vitam ſectaretur: ſed vnumquemq; in ſuo vitæ genere (modò per ſe honeſtum eſſet) manere permiſit: ita quidem, vt etiam militiam non prohiberet: neq; cuiquam cœlibatum ſuaſiſſe legitur. *Lucæ 3.* Chriſtus interdum in Eremo docuit: interdum in eremo reſpirationem cum diſcipulis quæſiuit: interdum, vt ardentiùs oraret, aut impetum hoſtium declinaret, in deſertum quoddam ſeceſſit: maximam verò ætatis partem haudquaquam in eremo, ſed inter homines, tranſegit. Ex ipſius Apoſtolis quoſdam (Petrum præſertim) vxores habuiſſe, conſtat. Et Paulus oſtendit, licere Apoſtolis vxores ſuas circumducere ſecum. *1. Cor. 9.* Quare Elias, Ioannes Baptiſta, Chriſtus, & Apoſtoli, neque authores, neq; typi vitæ Monaſticæ fuêre. Et rectè feciſſent quidam Patres: ſi ijs vitæ generibus contenti fuiſſent, quæ diuinitus erant & inſtituta, & approbata.

Dictum illud Pauli ad Coloſſenſes, de illis, qui in peculiari vitæ genere ſanctimoniam Angelicam præ ſe ferunt, non poſſe de ijs intelligi, qui docuerunt, per Angelos nos ſaluari, ex ipſo contextu Pauli eſt manifeſtum. *Coloſſ. 2.* Nemo (inquit) vos ſeducat, volens, in humilitate & religione Angelorum: quæ non vidit, ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Hîc nihil de eorum opinione dicitur, qui finxerant, nos per Angelos ſaluari: ſed de ijs cauendis agitur, qui vitam Angelicam religione ſimulant. Huius admonitionis nos memores eſſe decet: ne, dum vitam Angelicam affectamus, à vera pietate & innocentia declinemus. Non dubitamus autem, quin multi & boni viri in hoc vitæ genere vixerint, hodieq; viuant: ſed tamen non videmus firmum fundamentum, ſuper quod iſtud exercitium ſit exſtructum.

Et

οὐδενὶ εἰσηγητής, τοῦ ἀναχωρητικὴν ἢ Μοναστικὴν ζωὴν διώκειν, ἐγένετο: ἀλλ' ἕνα ἕκαστον, τῇ ἰδίᾳ τοῦ βιοτεύειν τάξει (εἴγε καθ' ἑαυτὴν σεμνὴ εἴη) ἐπιμένειν ἐπέτρεψεν: *Λουκ. γ'.* ἐπὶ τοσοῦτόν τε, ὥστε μηδὲ τὸ στρατεύεσθαι κωλῦσαι: οὐδ' ἀγάμως ζῆν οὐδενὶ συμβουλεύσας ἀναγιγνώσκεται. Ὁ δὲ κύριος χριστὸς, ποτὲ μὲν ἐν Ἐρήμῳ ἐδίδαξε: ποτὲ δ' ἐν Ἐρήμῳ ἀνάπνευσιν μετὰ τῶν μαθητῶν ἐζήτησεν: ἐνίοτε δ' αὖ, τοῦ θερμότερον προσεύχεσθαι, ἢ βίαν ἐχθρῶν ἐκκλίνειν, εἰς ἔρημόν τινα ἀνεχώρησε: τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ βίου, οὐδαμῶς ἐν Ἐρήμῳ, ἀλλ' ἀνθρώποις ξυνεξετασθεὶς, ἐποίησεν. Ἔτι δὲ, τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τινὰς (μάλιστα, τὸν Πέτρον) γυναῖκας ἐσχηκέναι, φανερόν. Καὶ Παῦλος *ά. Κορ. θ'.* δείκνυσιν, ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς ἀποστόλους, τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας περιάγειν. Ὧν οὕτως ἐχόντων: δείκνυται, οὔτε Ἡλίας, οὔτε ὁ πρόδρομος, οὔτε χριστὸς, καὶ οἱ Ἀπόστολοι, οὔτε εἰσηγηταὶ οὔτε τύποι, τοῦ τὸν τῶν μοναχῶν τρέχειν βίον, γενόμενοι. Καλῶς ἂν οὖν ἐποίησαν τῶν πατέρων ἔνιοι: εἰ τοῖς ἄλλοις βίοις, τοῖς θεόθεν καὶ διαταχθεῖσι καὶ ἀποδεχθεῖσιν, ἔστερξαν.

Τὸ δὲ Παύλου πρὸς Κολασσαεῖς, τὸ περὶ ἐκείνων: οἳ ἰδίῳ τινὶ διαγωγῆς εἴδει, ἀγγελικὴν ἁγιότητα σχηματίζονται: οὐ δύνασθαι περὶ τῶν εἰπόντων, ἡμᾶς δι' Ἀγγέλων σώζεσθαι, ἐκλαμβάνεσθαι: ἐξ αὐτῆς τῆς συναφείας τοῦ ἐν Παύλῳ ὕφους περιφανές ἐστι. *Κολ. β'.* Μηδείς (φησιν) ὑμᾶς καταβραβευέτω: θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων: εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Οὐδὲν ἐνταῦθα περὶ τῆς δόξης λέγεται τῶν, οἳ ἡμῖν σωτηρίαν δι' ἀγγέλων ἐπέπλαττον: ἀλλὰ φυλάττεσθαι κελεύεται τοὺς ἐθελοθρήσκως ἀγγελικὸν βίον προσποιουμένους. Ἧς παραινέσεως εὖ μεμνῆσθαι ἡμᾶς δεῖ: ἵνα μὴ πολιτείαν ἀγγέλων ἐπιτηδεύοντες, ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας καὶ ἀκακίας ἐκκλίνωμεν. Οὐ μὴν ἀμφιβάλλομεν, μὴ οὐ πολλοὺς, ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι, τῶν τῷ Μοναστικῷ βίῳ ἐμπολιτευσαμένων, καὶ νῦν ἔτι ἐμπολιτευομένων: ἀλλ' ὅμως οὐ βλέπομεν ἰσχυρὸν οὐδένα θεμέλιον, ᾧτινι ὁ ἀσκητικὸς ὅδε βίος ἐπῳκοδομήθη.

Καὶ

α. Τιμ. δ'. Καὶ Παῦλος, τὴν μὲν σωματικὴν γυμνασίαν, πρὸς ὀλίγον ὠφέλιμον εἶναι λέγων: ἐν τούτῳ δὲ, τὴν εὐσέβειαν ἡμῖν διώκειν παραινῶν: οὐ περὶ τῶν σωματικῶν ἀσκήσεων φθέγγεται δήπου, τῶν ὑγιείας ἕνεκα γινομένων. Πάντως γὰρ ὠφελίμους τυγχάνειν, καὶ χρῆσθαι ἐννόμους εἶναι, δῆλον.

Et Paulus, cùm negat corporalia exercitia prodeſſe: interim verò pietatem nobis ſectandam commendat: vtiq; non de exercitijs corporis loquitur, quæ valetudinis cauſa ſuſcipiuntur. Ea enim ſuum certè vſum legitimũ habent. 1. Tim. 4

Οὐκ ἐθαύμασε δὲ ὁ Ἀπόστολος τὰς ἀσκήσεις τῶν νηστειῶν, τῶν χαμευνιῶν, καὶ τὰς τοιαύτας ἄλλας: αἵτινες ὕστερον μεγάλης θαυμάσεως ἔτυχον: καὶ πλέον ὅμως σκυλμοῦ, ἢ ὠφελείας, ἔχουσι. Βούλεται γὰρ ἐκεῖνος, ἡμᾶς καὶ φείδεσθαι τοῦ σώματος, καὶ τιμῆς τῆς προσηκούσης ἀξιοῦν: ἐφ' ᾧ γε τὴν σάρκα μὴ ἐξυβρίζειν. Ὃ πρόσταγμα, πᾶσι χριστιανοῖς, ἀλλ' οὐκ ἰδικῷ τινι ἀνθρώπων γένει, προστέτακται. Κολ. β'.

¶ Non admiratus eſt autem Paulus ea exercitia, ieiuniorum, chameuniarum, & ſimilia: quæ poſtea in magnam admirationem venerunt: & tamen plus moleſtiarum, quàm vtilitatis, habent. Vult enim Paulus, vt corpori etiam honorem ſuum habeamus: ita tamen, ne caro laſciuiat. Idq; præceptum omnibus Chriſtianis, non autem peculiari hominum generi, præſcriptum eſt. Coloſſ. 2.

Λουκ. β'. Αἱ Ἄννης τῆς προφήτιδος νηστεῖαι καὶ δεήσεις, οὐκ ἦσαν μόριον τῆς Μοναστικῆς: ἀλλ' ἡ θεοσεβὴς ἐκείνη χήρα, δεήσεις καθημερινὰς ὑπὲρ ὅλης τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐνδελεχῶς ἀνέβλυζε: καὶ ἐνήστευεν ἔστιν ὅτε, τοῦ διακαεστέρας τὰς προσευχὰς προῤῥέειν. Τοῦτο δὲ κατορθώσαιεν ἄν, καὶ οἱ μηδέποτε μονάζειν ἐπαγγειλάμενοι. Ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἐπὶ τὴν Μοναστικὴν ὁ τόπος μεταφέρεται. Καὶ Παῦλος δὲ, κελεύων σχολάζειν ἐνίοτε τῇ νηστείᾳ, περιφανῶς περὶ τῶν γάμῳ συνεχομένων λέγει: οἷς κελεύει, πρὸς καιρὸν ἔσθ' ὅτε τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἀπέχεσθαι: ἵνα διὰ μέσου τῆς νηστείας, θερμότερον ἂν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν τε, καὶ τῆς ἐκκλησίας, σωτηρίας, προσεύξασθαι δυνηθῶσιν. Ὥστε οὐδὲ τοῦτο τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, στήριγμα ἄν τι τῇ Μοναστικῇ πολιτείᾳ φέροι. α. Κορ. ζ'.

Hannæ Prophetiſſæ ieiunia & preces, non erant pars vitæ Monaſticæ: ſed pia illa vidua preces quotidianas pro tota Dei Eccleſia aſsiduè fundebat: & ieiunabat quandoq;, vt preces eſſent ardentiores. Hoc fieri poteſt etiam ab illis, qui nunquam Monaſticen ſunt profeſsi. Itaq; ad Monachatum non rectè accommodantur. Et cùm Paulus iubet interdum vacare ieiunio, expreſsè de coniugibus loquitur: quos iubet interdum aliquandiu à conſuetudine coniugali abſtinere: vt (mediante ieiunio) ardentiùs Dominum pro ſua, & totius Eccleſiæ ſalute, inuocare poſſint. Quare etiam illud Pauli dictum, ad ſtabiliendam vitam Monaſticam nihil facit. Luca 2. 1. Cor. 7.

Ἐπίλογος. Ταῦτα ἦν, παναγιώτατε κύριε Πατριάρχα: ἅπερ πρὸς τὸ σύγγραμμα τῆς ἁγιότητός σου ἀποκρίνεσθαι ἠθελήσαμεν. Μετ' αἰδοῦς δὲ, ἧς ὀφείλομεν, πρὸς σπλάγχνων τε οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, δεόμεθα: ἃ κατὰ τὸ Γερμανικὸν καὶ εὐσεβὲς ἡμῶν ἀνυπόκριτον φιλάληθες, παῤῥησιαστικώτερον ἐγράψαμεν, μὴ δυσχερέστερον τὴν ἁγιότητα τὴν σὴν ἀποδέχεσθαι. Οὐ γὰρ ὑβρίζειν, ἢ λυπεῖν, οὐδένα, ἑκόντες εἶναι εἰς νοῦν ἡμῶν ἐνεβαλόμεθα: ἀλλὰ τὰς αἰτίας ἀνυποστόλως προφέρειν, πρὸς ἑαυτῶν εἶναι ἐκρίναμεν: δι' ἃς τὸ ὑμέτερον γράμμα, ἐνίοις μέρεσι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς οὐ πληροφορεῖ, οὐδὲ ἀτρεμίζειν ποιεῖ.

Καὶ

Hæc fuêre, chariſsimi, quæ ad ſcriptum veſtrum reſpondere voluimus: & reuerenter, atq; per miſerationes Dei rogamus: ne ea, quæ pro noſtro Germanico & pio candore apertè & liberè ſcripſimus, in ſiniſtram partem accipiatis. Neq; enim quenquam lædere in animum noſtrum induximus: ſed candidè cauſas recitare debuimus, cur in quibusdã partib. veſtrum ſcriptũ conſcientijs noſtris nõ ſatisfecerit. Epilogus.

Et

Et ſanè (quemadmodum piè monetis) omnem nouitatem fugimus. Antiquiſsima autem eſſe ea iudicamus : quę à Prophetis, ab ipſo Chriſto , & ab Apoſtolis ſunt tradita. Quicquid in horum doctrina, longè antiquiſsima & certiſsima, nobis monſtrari poterit : id perlibenter , atq; gratis animis, recipimus. Scripturarum verò interpretationem, eam tutiſsimam & ſolidiſsimam eſſe credimus : quæ ex ipſa Scriptura (hoc eſt , ex dextra ſacrarum literarum collatione : adhibitis fontibus Hebræi & Græci ſermonis) ſumitur. Cùm autem in multis doctrinæ articulis inter nos pius ſit conſenſus : & veſter animus, pio charitatis affectu in nos ſit propenſus : ſperamus fore, vt his noſtris lectis, & diligenter expenſis , propiùs in veræ Religionis conſenſu ,conueniamus. Quod faxit Deus trinus & vnus , author ſinceræ pacis & piæ charitatis,
Amen.

